de talibus apostolus optat: 'Abscidantur', inquiens, 'qui vos conturbant', a Christo, id Gal. 5, 12.
est a capite et corpore, quod est 'ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis'. 1. Tim. 3, 15.
Ergo cum ita sit, prudentia tua moveri non debet, si inter tales officium cesset doctorum,

---

*) *add. man. correctoris R. Recens denique manus saec. XVII. addidit* Athanasio episcopo Neapolitano, *recte quidem, v. annot. 1.*

a) *om. R.* b) *om. R.* c) actemptanti, p *add. supra lineam R.* d) *spatium relictum R.*

6. a) *corr. ex* Multo *R.* b) partīpando *corr. ex* partia- *R.* c) qd *R.*

1) *Athanasio episcopo Neapolitano (c. 875—898; cf. Capasso Monum. I, 220 annot. 3) epistolam directam esse, facile, ut iam modernus codicis corrector (v. annot. *) et primus Romanae editionis auctor viderunt, ex eo colligitur, quod dux Neapolitanorum germanus illius, cui scribitur, appellatur in ipsa epistola.* 2) *Sergio magistro militum, fratri Athanasii.* 3) *Una tantum superest prior Iohannis epistola, non ipsi duci sed Neapolitanis et aliis directa, qua eos a Saracenorum societate prohibet, videlicet Jaffé Reg. 3012 (2251), Append. n. 54.* 4) *Cf. supra n. 3, p. 3 annot. 3.* 5) *Ad idem c. 5 Isaiae ac paulo antea (l. 29) alludere videtur, ubi fusius de vinea, aliis tamen verbis.*

sive torpenti desidia faciente rectorum, sive inpęnitenti exigente crimine subiectorum.
Divino enim iudicio quamvis occulto talia fiunt, sicut in libro beati Iob legitur, cum de
Iob 12, 19–20. Deo inter alia fertur: 'Ducit sacerdotes inglorios et optimates supplantat, commutans
labium veracium et doctrinam senum auferens.' Cuius sensus medulla concepta procul
dubio scito, quia in optionem unum e duobus a nobis tibi tribuitur: aut enim, secundum
Is. 52, 11. quod scriptum est: 'exiens exibis de medio ipsorum et pollutum non tanges'; aut certe,
quandiu cum talibus conversatus fueris, non poteris videri non talis, sed eris profecto
cf. Gen. 19. illis pęna sicut consortio similis. Nam Loth chaos Sodomis fugiens[a], cunctis necatis
cf. Act. 12, 6–9. civibus salvus singulariter redditur[b]; sic Petrus fugiens Herodis catenis ereptus, ad
cf. Act. 9, 25. salvandas gentes eruitur; sic Paulus observante Damasci pręposito teneri intra claustra
perfidorum noluit, in sporta[c] per murum summissus ad certaminis properat campum.
Verumtamen ne sanguis eorum de manibus tuis divinitus requiratur, tanquam segnis
cf. Ezech. 33, 6. desidisque[d] speculatoris, qui videas gladium lupumque venientem et taceas, 'insta
2. Tim. 4, 2. 1. Tim. 4, 12. interim', ut apostolus monet, 'oportune, inportune; obsecra, increpa'. 'Nemo adolescen-
cf. 1. Cor. 9, 19–22. tiam tuam contemnat[e].' Qui si te audierint, lucrifacies fratres tuos; sin autem, saltem
tu salvans salva quantocius animam tuam, sciens procul dubio totius Hesperię pręsules
a nobis in proximo congregandos. Quibus generaliter imminentibus tam perfido fratri
tuo quam omnibus sectatoribus et fautoribus eius perpetuum[f] dicemus modis omnibus
anathema, nunquam deinceps pęnitus dissolvendum; quod si evadere satagis in nostri-
que affectus[g] sinibus inveniri, in nullo prorsus ab hoc nostro recedere pręcepto patere
Ps. 106, 2. vel hortatu. Gratias pręterea referimus super his, qui per industriam tuam 'redempti
sunt a Domino, quos redemit de manibus inimici'; et scito nil te nobis acceptius obla-
turum, quam eos nimirum, pro quibus sanguis oblatus est Christi.

DATA V. IDUS SEPTEMBRIS, INDICTIONE X.

7.

Iohannes VIII. papa Leonem (Gabinensem) et Petrum (Fori Simpronii) episcopos legatos a Karolo (Calvo) imperatore revertentes et Papiae aut violentia alicuius retentos aut propria negligentia moram facientes quantocius Romam reverti iubet. (876 Sept.)

Cod.: R f. 3' n. 7.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 291 n. 6. Mansi Conc. coll. XVII, 7 n. 6. Migne Patr. lat. CXXVI, 683 n. 29. — Jaffé Reg. 3047 (2276).

(IOHANNES EPISCOPUS)* LEONI ET PETRO EPISCOPIS[1].

Dum vobis innumerabiles huius Dei ecclesię necessitates non minus quam nobis
sint cognitę, pro quibus compescendis vos ad piissimum cęsarem destinatos[a] sub magna
velocitate sensistis, miramur vos tanto tempore, nobis in tanto periculo constitutis et
Saracenorum incursionibus undique laceratis, ad nos remeare usque hactenus neglexisse[b].
Neque enim vos alicuius violentia magis quam vestra neglegentia credimus retardatos,
qui nescimus sub quibus argumentosis ingeniis, consiliis tamen a nobis anathematiza-
cf. Gen. 8, 6–7. torum ac fraudulentiis, more corvi tempore diluvii ad mittentem se minime revertentis,
ita legationis vestrę usque nunc obliti fuistis, ut a Papia per tot dies Romam repetere

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) n *corr. ex* t *R.* b) -it- *corr. ex* m *R.* c) porta *R.* d) desidis- *in ras. R.* e) *corr. ex* contemperat *R.* f) per petrum *R.* g) affec- *in ras. R.*

7. a) o *corr. ex* n *R.* b) -xi- *et* -se *in ras. R.*

1) *De Leone Gabinensi et Petro Fori Simpronii episcopis legatis ad Karolum imperatorem missis v. nn. 1, 4.*

minime studeretis. Cuius rei gratia vos auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum obtestamur, pręsentaliter ad sanctam sedem apostolicam, quę vos[a] misit, episcopatuumque vestrorum sedes quantocius redeatis. Verum si[b], quod absit, iuxta quod a nobis anathematizatorum satellites[1] gloriantur, quorundam violentiis retinemini et ad mittentes vos reverti non permittimini, pręcipimus vobis auctoritate Dei et domini nostri Iesu Christi, ut memores antiquorum sanctę Romanę ecclesię legatorum, qui nullis minis, nullis terroribus nullisque mortibus a suis legationibus discesserunt, pręsentaliter auctoritate huius epistolę initium ad nos revertendi facere studeatis et, si permissi fueritis, statim ad nos revertamini. Si vero aliquis vos impedierit, violentia[c], quam patimini, cunctis Christicolis valeat propalari nobisque continuo revelari, quatinus in eo, quod contra morem gentium apostolicę sedis legatio ecce secundo[2] naufragium passa est, citissimum[d] consilium confortante nos Domino pręparemus[3].

— -

8.

Iohannes VIII. Bosonem comitem (Viennensem) iterum obsecrat, ne differat ad auxilium suum adversus Saracenos, magna classe Urbi appropinquantes, non modicum exercitum quantocius destinare; miratur, eum Leonem et Petrum episcopos, legatos suos, retinuisse. *876 (Sept.)*

Cod.: R f. 3' n. 8.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 292 n. 7. Mansi Conc. coll. XVII, 8 n. 7. Migne Patr. lat. CXXVI, 684 n. 30. — Jaffé Reg. 3048 (2277).

(IOHANNES EPISCOPUS)* BOSONI[a] COMITI[4].

Sępe gloriam tuam missis et litteris[5] hortari ac depręcari studuimus, ut manum auxilii porrigens contra nefandos Sarracenos hostiliter[b] occurrere tandem satageret; sed, pro dolor! nil hactenus pręsidii adipisci meruimus, adeo ut nec responsum, sicut nec de aliis quibuscumque[c] necessitatibus, a nobilitate tua[d] recipere hucusque noscamur. Quapropter nimis dolentes gementesque iterum iterumque dilectionem tuam monemus, hortamur et obsecramus, ne differas ultra, nec patiaris[e] populum Domini ab illis divinitus fulminandis Agarenis discerpi, qui operuerunt universam superficiem terrę sicut locustę, *cf. Iudith 2, 11.* ita ut pęne cunctis habitatoribus[f] inde sublatis et in prędam et gladium traditis, redacta sit in solitudinem et in cubilia bestiarum et, quod est adhuc amplius formidandum atque *cf. Soph. 2, 15.* cavendum, certa relatione didicerimus, stolum amplissimum in proximo ad expugnandam Urbem venturum, id est centum naves, ex quibus cum equis sunt quindecim grandes. Quod quam ingens malum et incomparabile sit, si intente consideraveritis, advertetis[g]; perditio enim istius Urbis totius est mundi dispendium, immo et ipsius Christianę religionis[h]

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) ut vos *R.* b) *in ras. R.* c) violentiam *R.* d) citiss- *in rasura R.*

8. a) IOHI BOSONI *R. Hic ergo, sicut raro (cf. n. 1, 11, 17, N. A. XXXVI, 89 annot. 4), etiam nomen papae in archetypo, quem descripsit noster, positum erat; scriptor vero pro parte inscriptionis perperam illud habuit, nec corrector, qui nomen papae nonnunquam postea addidit, errorem eius perspexit.* b) ostiliter *R.* c) quibusque *R.* d) *supra lineam add. al. man.* e) patieris *R.* f) habitationibus *R.* g) advertistis *R.* h) reli- *corr. ex* reg- *R.*

1) *Scil. Formosi ep. Portuensis et sociorum eius sequaces, qui in synodo Romana d. 19. Apr. 876 et iterum in Pontigonensi d. 10. Iul. excommunicati erant, cf. Dümmler l. l. II², 410; III², 27 et infra n. 24.* 2) *Alludere videtur ad legationem Iohannis Aretini et Iohannis Tuscanensis episcoporum m. Mai. a. 876; cf. Dümmler l. l. II², 404 sq.* 3) *Epistolam hanc et sequentem n. 8, notis chronologicis omnino carentes, priores esse epistolis n. 3 et 4, ubi de revertentibus vel reversis legatis mentio fit, omnes recte consentiunt.* 4) *De Bosone cf. n. 1, p. 1 annot. 1.* 5) *Cf. n. 1.*

iactura. Et ideo, secundum quod et[a] spiritalis filius noster semper augustus necessario tuę commisit industrię, omnium ceterarum rerum curis omissis hoc vos convenit toto considerare mentis intuitu et ad auxilium nostrum non modicum exercitum quantotius destinare. Si enim vestrum divinitus roboratum nobis non porrigitis validum et amplum confestim auxilium, scitote nichil amplius remanere, nisi ut, nobis a vobis desperatis dimissis, vobis etiam ab hac sancta ecclesia nulla spes ultra remaneat. Porro si in pręsenti necessitate nobis aptum et[b] sufficiens prębueritis auxilium et nihil differentes populo Dei beato [Petro][c] speciali pręrogativa[d] commisso subvenire studueritis, scitote in omni oportunitate vestra tanto nos fore promptiores, quanto fuerimus redditi ab hoste securiores. Ceterum dilectionem tuam miramur legatos nostros retinuisse[1], Leonem episcopum, karissimum nepotem nostrum, apocrisiarium et missum apostolicę sedis, atque Petrum ęque[e] episcopum, qui cum festinantes[f] per vos ad divinitus protectum augustum mitterentur, a vobis et tunc detenti sunt et modo nichilominus non merito retinentur; quod quia contra decus apostolicę sedis, quod numquam, factum est, profecto non dimittemus, cum hinc certi fuerimus, inultum. Cum enim nos illos pro multiplicibus ecclesię nostrę necessitatibus sub nimia festinatione miserimus, a vobis, quem hoc non latet, non impediri, sed ad id[g] celerius agendum vestris, sicut credidimus, potius debuere fulciri subsidiis.

DATA UT SUPRA.

9.

Iohannes VIII. papa Karolo (Calvo) imperatori scribit, se ad votum eius Frotharium episcopum Burdigalensis ecclesiae, exterminatae secundum testimonium eius et comprovincialium episcoporum litteras, in Bituricensi ecclesia metropolitanae dignitatis cardinalem fieri decrevisse; de dilatione se excusat. *876 (Oct.)*

Cod.: R f. 4 n. 9.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 293 n. 8 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 447 n. 8. Mansi Conc. coll. XVII, 9 n. 8. Migne Patr. lat. CXXVI, 690 n. 37. — Jaffé Reg. 3049 (2284).

(IOHANNES EPISCOPUS)* KAROLO IMPERATORI.

Petitionem vestram, filiorum karissime, quam non abnegando, sed dispensando dudum distulimus, nunc nos ad votum vestrum ob id vel maxime Christo pręduce perduxisse gaudemus, quod et vestram gloriam perseverantem testificatricem cognovimus et provincialium pręsulum consentaneas[a] probationes[b][2] probavimus et legatorum nostrorum subtilissimas disquisitiones advertimus. Quocirca, licet nos multis kanonicis testimoniis provocati petitionem vestrę devotionis implere magnopere moliremur et solius maiestatis vestrę testimonio super exterminio Burdegalensis[3] provincię[4] credere minime cunctaremur, tamen [quia][c] pietatis vestrę testimonio conprovincialium quoque pręsulum litteras convenire, sicuti rebamur, nuper cognovimus, secundum pietatis vestrę religiosissimum[d] libitum Burdegalensis diocesis episcopum, fratrem scilicet[e] nostrum Frotharium,

*) *add. man. correctoris R.*

a) *corr. ex* est *R.* b) *corr. ex* est *R.* c) *om. R.* d) -va *corr. ex* -ve *R.* e) *corr. ex* neque *R.* f) festinantes eos *R.* g) -d *corr. ex* a *R.*

9. a) consentaneos *R.* b) probatitiones, b *corr. ex* u *R.* c) *om. R.* d) reli- *corr. ex* reg- *R.* e) scilicet | et *R.*

1) *Papiae, cf. n. 7, p. 6 l. 39, ubi Boso residebat, cui Karolus vices suas per Italiam commiserat; cf. Dümmler l. l. II², 403.* 2) *Parum cum his conveniunt verba Hincmari in Ann. ad a. 876 (ed. Waitz p. 129. 130), Frotharium contra regulas et per adulationem principis non adquiescentibus episcopis translationem impetrasse.* 3) *Hodie 'Bordeaux'.* 4) *A Normannis a. 848 invasae et devastatae, cf. Vogel 'Die Normannen und das fränkische Reich (Heidelberg' 1906) p. 122. 250.*

in Bituricensem[1] ecclesiam cardinalem fieri decernentes metropolitanę dignitatis privilegio iterato munire curavimus; et studii vestri sollertiam, quo semper idoneos ecclesię viros quadam naturalis ingenii nobilitate delegitis, admirantes congruas litteras his, quorum interest, ex auctoritate sedis nostrę direximus[2] atque magnanimitatem vestram, quam istius religiosi negotii circa nos incentricem cognovimus, eam nichilominus executricem fore nec inmerito delegamus, quatinus propter Deum, cuius filii pretioso sanguine tota per mundum redempta consistit[a] ecclesia, sic istius necessarię dispensationis instituta[b] custodiat, ut a paternis regulis constitutis antiquitus in parte altera numquam[c] omnino discedat. Pręterea, quod filiolitatis vestrę petit industria, ut, quorum suggestionibus dudum vestra sit dilata petitio, detegamus, omnino sciatis, quia nos, licet indigni simus, tamen, quoniam per consequentiam priorum nostrorum pontificum matura cogimur esse iudicia[3], causam tante deliberationis ideo non facile tunc deliberandam credidimus, ne diffinisse, quod[d] Deus averterit, minus ordinabiliter videremur. At postquam Deus omnipotens petitionem serenitatis vestrę conprovincialium pręsulum testimonio decoravit, immo testimonia pręsulum[e] pietatis vestrę suffragio confirmavit, nos et religiosam petitionem vestram complevimus, et suggestionibus fratrum coepiscoporumque nostrorum manus porreximus, et ecclesię Dei tantis necessitatibus consulentes de thesauro pontificalis pectoris ita nova[f] protulimus, ut a doctrinis deviasse veteribus nullo modo videamur.

DATA UT SUPRA.

10.

Iohannes VIII. papa Adalardum episcopum Veronensem Romam ad concilium episcoporum congregandum venire die 30. Novembris vel certe die 25. Decembris iubet.

876 Nov. 2.

Cod.: R f. 5 n. 10.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 294 n. 10. Mansi Conc. coll. XVII, 10 n. 10. Migne Patr. lat. CXXVI, 693 n. 41. — Jaffé Reg. 3060 (2289).

IOHANNE(S EPISCOPUS)* ADALARDO EPISCOPO VERONENSI[4].

Advertit plane prudentia tua, quanto et quali circa se apostolatus noster flagret affectu, cum tuę causa[a] provectionis non modicum sumpserimus laborem, idoneum te Christi sacerdotem merito arbitrantes futurum et spiritualem potius quam sęculi gloriam sectaturum, cum et ipsa nimirum nobilitatis tuę insignia et sapientię specula talia de te speranda tribuerent. Quod quia vindicare sibi virtutum nisibus et probitate morum sanctitatem tuam comperimus, Deo innumeras gratias valde gratulati[b] retulimus et in hoc, quia secundum apostolum 'spes[c] non confundit', experimento didicimus[d]; et ideo [Rom. 5, 5.] in proximo causa ecclesiasticę simul et imperialis oportunitatis ceterorum[e] congregaturi episcoporum concilium[5], dilectionem tuam tanto[f] conventui iubemus[g] adesse. 'Accinge [Iob 38, 3.]

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) consistat *R.* b) institura *R.* c) numqua *R.* d) quod $\overline{qd}$ *R.* e) pręsuli *R.* f) v *corr. ex* b *R.*

10. a) casa *R.* b) *secundum* t *corr. ex* n *R.* c) spem *R.* d) -ci- *add. supra lineam al. man. R.* e) cestorum *R.* f) o *corr. ex* u *R.* g) b *corr. ex* u *R.*

1) *Hodie 'Bourges'.* 2) *Cf. nn. 13. 14. Recte igitur Jaffé hanc epistolam post illas collocavit, Ewald seriem registri minus apte restituit.* 3) *Cf. Leonis I. ep. ad Flavianum, v. supra n. 2, p. 2 annot. 3.* 4) *C. 875—915. Qui a. 888—94 Berengarii I. imp. archicancellarius fuit. V. infra nn. 48—50.* 5) *Quod ad concilium papa aliis terminum indixit m. Feb. 877 (cf. n. 17, 19, 20, 26); sed nec tunc congregatum esse, probavit Pagius in crit. ad Baronii Ann. eccl. ad a. 877, m. Iulium concilio illo assignans. At de termino incerti penitus tenemur, documentis omnino deficientibus. Sermo enim Iohannis VIII. (ed. Mansi XVII app. p. 171) huic synodo a prioribus adscripta ad synodum potius Ravennatem m. Aug. 877 a Jaffé Reg. I², 394 recte relata est, cf. Dümmler III², 49 annot. 2; acta synodi vero, quae v. cl. Maassen invenit*

cf. Ps. 54, 7. igitur sicut vir lumbos tuos' et assume tibi pennas sicut columba et vola et veni et requiesce in sinu apostolicę dilectionis, ita ut pridie kalendas Decembrias pręsentiam tuam liminibus apostolicis et nostris exhibeas prorsus optutibus, porro, si hoc impossibile[a] asseris[b], octavo kalendarum Ianuariarum. Quod, hortamur et iubemus, explebis, si dumtaxat ab apostolicę sedis communione renuis prorsus arceri. Dignum enim non est[c], ut tantę sapientię vir tanto procul cętui sit. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

DATA IIII. NONAS NOVEMBRIS, INDICTIONE X.

11.

Iohannes VIII. papa Karolum (Calvum) imperatorem ob iudicium iuste in Emmenonem latum collaudat, gratiam tamen eius pro illo, qui apostolicam sedem precibus adierit, implorat. *876 Oct. 31.*

Cod.: R f. 5 n. 11.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 295 n. 11 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 450 n. 12. Mansi Conc. coll. XVII, 11 n. 11. Migne Patr. lat. CXXVI, 691 n. 38. — Jaffé Reg. 3056 (2285).

IOHANNES EPISCOPUS KAROLO IMPERATORI.

Super iudicio vestro in Emmenum[1] prolato, o rectissime imperator, cum cęlo tota
Ps. 57, 11. terra lętatur. Scriptum est enim: 'Letabitur iustus, cum viderit vindictam.' Cur autem?
3. Reg. 3, 28. Dicimus: Letatur, cum super iudicio[a] Salomonis[b] scriptum sit, quia 'audivit omnis Israhel[c] iudicium, quod iudicasset rex, et timuerunt[d] regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium'. Super quo videlicet iudicio sentiendum merito ducimus, quia lętati quidem benigni, tristati vero sunt omnino maligni. Ergo et hic ita datur intelligi, quia nimirum insuper iudicio vestro lętantur iusti, deterrentur iniusti. Nam et omnipotens Deus, cuius et vos iudicium ęmulamini, terribilis peccatoribus[e] et blandus est iustis. Quia igitur super Hemmeno iam exhibuistis severitatem iudicii, quęsumus, exhibete de cetero pietatis insigne. Imposuistis in humeros eius onus austeritatis, adhibete iam nunc id removentem digitum lenitatis. Mementote, quia hunc vobis cum Petro Paulus
cf. Philem. 10. adseclis[f] suis, sicut Philimoni quondam Honesiphorum[2], remittit, implorans et obsecrans,
cf. Philem. 12. cf. Philem. 11. quatinus eum ut sua viscera suscipiatis. Quia etsi fortassis ad horam aliquando quidem vobis inutilis, exemplum non bonum ceteris tribuens visus est, nunc autem et vobis et nobis et plurimis utilis est, longanimitatis formam[g] et patientię cunctis ostendens. Rogamus ergo, ut penes vos non sibi tam suus obsit excessus, quam fidei et amoris[h] erga vos habiti prosit affectus[i] et, quia noxam propriam et pęnam indictam sibi confiteri[k] non renuit, animadversione remota, quam meruit, patronos vestros, sanctos scilicet primos apostolos, se proficue adiisse et salutasse de reliquo sentiat et de tanto sibi collato munere
cf. Rom. 5, 20. lętetur et gaudeat, ut, ubi abundavit peccatum[l], superabundet secundum apostolum gratia[m].

DATA PRIDIE KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE X.

---

a) s *eras. in fine R.* b) ass- *in ras. R.* c) es *R.*

11. a) iudicia, s *in fine eras. R.* b) *primum* o *corr. ex* u *R.* c) r *in ras. R.* d) r *in ras. R.* e) pec- *in ras. R.* f) adsectis, s *in ras. R.* g) *corr. ex* forma *al. man. R.* h) *corr. ex* moris *al. man. R.* i) s *corr. ex* m *R.* k) -fi- *corr. ex* -st- *R.* l) u *corr. ex* o *R.* m) *corr. ex* gratiam *R.*

(cf. 'Sitz.-Ber. d. Wiener Akademie' XCI, 779 sq.) cum editore ad a. 875 (cf. etiam Jaffé Reg. I², 385) referenda sunt, non ad hanc synodum a. 877, ut putat Lapôtre l. l. in 'Additions' ad p. 314.

1) *Fratrem Bernardi marchionis Gothiae, qui a. 878 in Trecensi synodo ob rebellionem cum Hugone Lotharii II. regis filio illegitimo factam excommunicatus est, cf. n. 98. Iam igitur a. 876 contra imperatorem conspirasse videtur.* 2) *Onesiphorum, qui in secunda ad Timotheum epistola (c. 1, 16; 4, 19) occurrit, pro Onesimo potius, quem laudat epistola ad Philemonem, per errorem ponit.*

12.

Iohannes VIII. papa (Karoli Calvi) imperatoris et (Richildae) imperatricis misericordiam implorat pro Madelgerio quodam, qui Odelricum quendam peremerat et limina apostolorum poenitens adierat. *876 (Oct.)*

Cod.: R f. 5' n. 12.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 296 n. 12 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 450 n. 13. Mansi Conc. coll. XVII, 12 n. 12. Migne Patr. lat. CXXVI, 692 n. 39. — Jaffé Reg. 3057 (2286).

(IOHANNES EPISCOPUS)* AD IMPERATOREM[a] ET IMPERATRICEM[1].

Dum non minus pro misericordię intuitu delinquentibus, [satisfactione(?)[b] aliqua(?)[b]] accepta dumtaxat, exhibito, quam iudicii severitate in improbos exercenda omnipotens Deus gloriam serenitatis vestrę imperiali voluerit sublimare decore, dignum profecto esse rati sumus, pastorali cura fungentes, apud maiestatis vestrę excellentiam pro multorum salute vel vitę indulgentia et precipue illorum, qui diabolico licet instinctu nefanda committentes, ad apostolorum principum Petri ac Pauli fautorum vestrorum limina divina tamen pietate commoti venire festinant et misericordiam humili prece implorant, toto mentis annisu intercedere[c] atque pro viribus consolationis opem, in quantum fas est, petentibus impertiri clementer. Unde pro huius viri, Madelgerii videlicet nomine[2], qui adversario incitante quendam hominem Odelricum vocabulo peremit, salute, membrorum omnium integritate et rerum suarum restitutione maiestati vestrę suggessimus, filiorum carissime, et[d] pro amore Dei et domini nostri Iesu Christi sanctorumque apostolorum, quorum[e] limina prefatus Modelgeris[f] adiit, nostreque paternitatis, quam sincerissimam erga nos habetis, dilectione precamur[g], quatenus gratiam vestram plenariam ei reddere non dedignemini, eoque cum vestrę serenitatis respectu accepto, pro suis valeat excessibus penitentiam fructuosam accipere, qua commissi possit piaculi noxias sordes abluere, 'ut spiritus salvus sit in die Domini', [1. Cor. 5, 5.] de omnibus ultricem dantis vindictam. Nam pro tanti itineris labore durissimo, quem veniendo perpessus est, sicut credimus, aliquantulum de peracto scelere indulgentiam meruit, eius utique intercessionibus adiutus, cui dictum esse a Domino constat: 'Tibi dabo claves regni cęlorum, [Matth. 16, 19.] et quodcumque ligaveris[h] super terram, erit ligatum et in celis; et quodcumque[i] solveris super terram, erit solutum et in celis.' Quod cum ita sit, pręcamur etiam, ut[k] eum[k] cum parentibus eius, qui defunctus est, paciscere iubeatis, ne maius deinceps malum, quo multorum animę noceantur[l], perpetretur.

DATA UT SUPRA.

13.

Iohannes VIII. papa Bituricensibus mandat, ut Frothario, ad suggestionem eorum et relationem legatorum suorum de Burdigalensi penitus desolata ecclesia in eorum archiepiscopatum translato, sicut metropolitano obediant. *876 Oct. 28.*

Cod.: R f. 6 n. 13.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 296 n. 13 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 448 n. 9. Mansi Conc. coll. XVII, 12 n. 13. Migne Patr. lat. CXXVI, 690 n. 36. — Jaffé Reg. 3054 (2283).

---

*) *add. man. correctoris R.*

12. a) -RAT- *in ras. R.* b) basallum ūrm̄ qua *R. Verba* basallum vestrum, *non corrupta ex aliis, quae secundum sensum, quo verosimilius potuit, supplevimus, sed in locum eorum perperam ex margine introducta esse videntur, ad l. 17 potius et verba* Odelricum vocabulo *pertinentia.* c) t *in ras. R.* d) ut *R.* e) -rum *in ras. R.* f) *sic R, v. supra lin. 16.* g) p̄c- *in ras. R.* h) li- *in ras. R.* i) quodq; *R.* k) ute. *(una littera in fine eras.) corr. in* ute | eū *al. man. R.* l) noceat *R.*

1) *Richildam, filiam Biwini comitis, sororem Bosonis comitis, quam Karolus secundam uxorem a. 869 post mortem Irmintrudis duxerat, cf. Dümmler l. l. II², 286.* 2) *Hic, ignotus de cetero, de Carnotensi diocesi fuisse videtur. Cf. n. 15.*

(IOHANNES EPISCOPUS)* CLERO[a], PLEBI ET ORDINI SANCTĘ BITURICENSIS ECCLESIĘ[1].

Suggessionis vestrę relegentes epistolam, quod ab apostolatus nostri auctoritate de confratre nostro Frothario[b] reverendo archiepiscopo postulat[c] [2], hoc nos aliorum testificationibus et pręcipue serenissimi semper augusti, spiritalis quoque filii nostri, relatione comperimus, sed et legatis apostolicę sedis, Leone videlicet venerabili episcopo[3], apocrisiaro et misso sanctę Romanę ecclesię, seu Petro[d] ęque venerabili episcopo[4], revertentibus didicimus: pene totam provinciam Burdegalensi[5] metropoli pertinentem, sicut ab his, qui causam illam noverunt, idem nostri legati discere potuerunt, ita esse paganorum persecutionibus desolatam, ut non solum ipse confrater[e] noster illic lucri aliquid subiectis conferre non possit, verum etiam habitatio fidelium inde subtracta consistat[f]. Quapropter, quia eundem virum Frotharium reverendum archiepiscopum probis moribus actibusque pręclaris et ad lucrum animabus hominum conferendum idoneum esse comperimus, ne talis tantusque vir otio[g], quo prodesse aliis valeat, minime vacet, eiusdem sanctę Bituricensis ecclesię, cui subestis, ei pastoralem curam apostolica auctoritate committimus et in ipsa eum incardinandum necessario esse censemus. Cui vos ita decentem obędientiam et canonicam subiectionem humiliter exhibete, utpote ręvera metropolitanatus iura tenenti, proprio rectori et vestroque[h] antistiti[i] convenit[k] et ex nostra apostolica auctoritate diffinitum advertitis et ecce mandatum habetis, quatenus de bono vestrę obędientię nobis Deo gratias referentibus et vos[l] reverentia competenti ipsum pręphatum[m] archiepiscopum excolatis, et ille vobis tanquam pro vobis rationem Domino redditurus modeste pręesse studens ut dilectos filios amplectatur. Porro sciatis, quia sic ista non modica interveniente necessitate[n] barbarica modo concedimus, ut tali necessitate remota, removeatur[o] etiam id, quod necessitas imperarat[p].

DATA V. KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE X.

14.

Iohannes VIII. papa episcopis per Bituricensem provinciam constitutis translationem Frotharii de Burdigalensi in Bituricensem metropolitanam ecclesiam nuntiat; praecipit, ut illi tamquam metropolitano obediant. *876 Oct. 26 (?).*

Cod.: R f. 6' n. 14.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 297 n. 14 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 448 n. 10. Mansi Conc. coll. XVII, 13 n. 14. Migne Patr. lat. CXXVI, 689 n. 35. — Jaffé Reg. 3055 (2282).

IOHANNES REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS NOSTRIS EPISCOPIS PER BITURICENSEM PROVINCIAM CONSTITUTIS[6].

Quia Burdegalensem urbem, sed et totam pene provinciam quorundam[a] vestrum litteris, sed et Leonis apostolicę sedis apocrisiarii [seu Petri venerabilis episcopi, legatorum][b] sanctissimorum nostrorum expressa relatione didicimus diversis cladibus, sed precipue incursibus Nortmannorum deletam[7] et in solitudinem partim gladiis partimque

---

*) *add. man. correctoris R.*

13. a) c *corr. ex* E *R.* b) s *eras. in fine R.* c) *corr. ex* postulans *R.* d) pto *R.* e) r *post* t *eras. R.* f) consistit *R.* g) -ti- *in ras. R.* h) *sic R.* i) -ti *in ras. R.* k) c̄ *add. al. man. R.* l) vobis *R.* m) t *corr. ex* n *R.* n) necesitate *R.* o) *inter* e *et* a *eras.* r *R.* p) imperat *R; cf. n. 14, p. 13 l. 27.*

14. a) n *corr. ex* m *R.* b) *om. R; cf. n. 13, supra lin. 6.*

1) *'Bourges.' — Cf. etiam privilegium ipsi Frothario directum, infra n. 38.* 2) *Cf. de hac re n. 9.* 3) *Gabinensi.* 4) *Fori Simpronii.* 5) *'Bordeaux.'* 6) *Cf. epistolam n. 13 verbotenus in pluribus cum hac consonantem.* 7) *V. supra p. 8 annot. 4.*

captivitate deductam[a], necessaria rerum, ut cum sancto papa Gelasio[1] decessore[b] nostro dolentes gementesque fateamur, dispositione constringimur et apostolicę sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare et retro pręsulum decessorumque nostrorum pręcepta metiri, ut, quę pręsentium necessitas temporum pro instaurandis ecclesiis[c] relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. Ecce enim, ne de civitate ad civitatem episcopi transmigrent, sancti canones provide sanciunt[2]. Sed si huiusmodi sanctiones sine ulla discretione vel dispensatione ducimus observandas, nullam compassionem fratribus exhibemus, quos gentilium gladios passos causa fidei Christianę servandę videmus ęgentes, angustatos, afflictos, hac illacque palantes[d] incedere; pręsertim cum nonnulli eorum ita sint per Dei gratiam illustrati, ut non solum scientia, sed et moribus, non solum verbo, sed et exemplo plurimos valeant erudire. De quorum numero quia Frotharius, Burdegalensis dudum antistes, ut testatur vestra fraternitas, extat, necessario duximus eundem virum alii ecclesię pręponendum et incardinandum, Bituricensi videlicet, quę et vacans esse nobis denuntiata est, et tanti viri digna regimine, ne per minus idoneum rectorem salubre salvarum animarum desit ei pręsidium et nos econtra ingentis culpę involvamur annexu, si tanto urguente discrimine tantę minus consulamus ecclesię, propugnatori[e] hanc probabili minime committentes. Prioribus itaque manentibus regulis inconvulsis, quę, ubi nec rerum nec temporum urguet necessitas, iure convenit observari, vacantem sede Frotharium fratrem et coepiscopum nostrum in sede Bituricensi pręficiendum ordinavimus[f] sacerdotem, ita ut in ea incardinatus et quodammodo auctoritatis apostolicę privilegio radicatus cetera metropolitana Bituricensis ecclesię ac dioceseos iura tanquam Deo contemplante obtineat[g], dispenset et ordinet, omni posthac[h] querimonia invidorum prorsus ablata. Cui vos tanquam proprio metropolitano convenit obędire et competentem exhibere secundum pristinum morem reverentiam et honorem. Sane latere vos nolumus, sic nos ista interveniente non modica barbarica necessitate nunc concedere, ut tali necessitate remota, consuetudinarie ulterius non requiratur, quod removeatur etiam illud, quod[i] necessitas imperarat. Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

DATA VII.[k] KALENDAS[k] NOVEMBRIS[k], INDICTIONE X.

—

15.

Iohannes VIII. papa Gisilbertum episcopum Carnotensem pro Madelgerio, qui Odelricum occiderat, sed poenitens limina apostolorum adierat, convenit. 876 (Oct.).

Cod.: R f. 7 n. 15.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 298 n. 15 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 451 n. 14. Mansi Conc. coll. XVII, 14 n. 15. Migne Patr. lat. CXXVI, 693 n. 40. — Jaffé Reg. 3058 (2287).

(IOHANNES EPISCOPUS)* REVERENTISSIMO GISILIBERTO EPISCOPO SANCTĘ CARNOTENSIS[a 3] ECCLESIAE[4].

Dilectionis vestrę reverentiam spiritalibus pollere virtutibus procul dubio arbitrantes his apostolatus nostri litteris convenire ac pro presente viro Madelgario[5], qui suadente

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) *primum* d *corr. ex* u *R.* b) -ce- *corr. ex* -ci- *R.* c) -is *in ras. R.* d) *corr. ex* vacantes *R.* e) -tori *corr. ex* -turi *R.* f) ordinabimus *R.* g) b *corr. ex* p *R.* h) c *corr. ex* n *R.* i) -d *in ras.,* o *in fine eras. R.* k) VII NOU *R; iam priores editores coniecerunt:* VII kal. Nov., *Ewald (JE. 3055) minus apte:* V kal. Nov.

15. a) CARTENSIS *R.*

1) *Decr. ad episcopos Lucaniae c. 1, Dionysii Coll. can. Gelasii c. 1 (ed. Migne LXVII, 302), Pseudo-Isidori Decr. (ed. Hinschius p. 650 sq.), Jaffé Reg. 636 (391).* 2) *Cf. c. 15 conc. Nicaen. (Mansi II, 690).* 3) *'Chartres.'* 4) *A. 858 — c. 880.* 5) *De quo v. supra n. 12.*

adversario quendam[a] hominem Odelricum nomine gladio peremit, unde divina inspiratione conpunctus ad limina sanctorum apostolorum principum Petri ac[b] Pauli per longa itinerum spatia pro ipsius delicti abolitione venire curavit, petere studemus, ut pro amore Dei et eorum, ad quorum sacratissimas ecclesias venit et pro suis excessibus Deum[c] deprecatus est, necnon et pro nostrę paternitatis dilectione illi omnes res proprias atque beneficium cum propriis honoribus, quos abstulistis, cum plenaria gratia reddere non dedignemini, sicuti dilectionis nostrę consortium et caritatem circa te cupis habere[d] sinceriter illibatam[e].

DATA UT SUPRA.

16.

Iohannes VIII. papa supplicat cuidam, ut quasdam res monasterio s. Amantii (Elnonensi) a Roffrido comite b. Petro tradito ab Umfredo comite ablatas eidem monasterio reddi faciat. *876.*

Cod.: R f. 7 n. 16.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 298 n. 15 in fine. Mansi Conc. coll. XVII, 14 annot. a. Migne Patr. lat. CXXVI, 693 annot. a. — Jaffé Reg. 3059 (2288).

Gloria mansuetudinis vestrę[1] cognoscat, quia Roffredus[2] gloriosus comes monasterium[a] sancti Amantii[3] beato Petro apostolorum principi tribuit. Cuius quoniam quasdam res Umfredus comes[4] dicitur abstulisse, pietatis vestrę gloriam supplicamus, ut pro amore sanctorum apostolorum principum easdem res reddi prȩfato monasterio prȩsentaliter faciatis, quatinus fructus vestrę mercedis maneat in sȩculum sȩculi.

DATA UT SUPRA.

17[5].

Iohannes VIII. papa Dominico Olivolensi et Leoni Caprulensi episcopis nuntiat de ultimis Felici (Methamaucensi) et Petro (Equiliensi) aliisque veniendi Romam ad concilium die 13. Febr. (877) celebrandum concessis indutiis; praecipit, ut venientibus illis curam episcopalem in illorum diocesibus gerant et, si venire contempserint, excommunicatos eos pronuntient. *876 Dec. 1.*

Cod.: R f. 7 n. 17.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 299 n. 16. Mansi Conc. coll. XVII, 15 n. 16. Migne Patr. lat. CXXVI, 705 n. 52. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 323 n. 5. — Jaffé Reg. 3068 (2300).

IOHANNES EPISCOPUS DOMINICO OLIVOLENSI[6] ET LEONI CAPRENSI[a][7] EPISCOPIS.

Sanctitatem vestram nolumus ignorare, misisse nos[8] Felici[9] et Petro[10] episcopis et Dominico, qui vocatur electus Torcellensis ecclesię[11], seu abbati Altinensis monasterii[12]

---

a) n *corr. ex* m *R.* b) *in ras. R.* c) dum *R.* d) -bere *in ras. R.* e) illibratam *R.*

16. a) monachus *R.*

17. a) CA- *in ras.,* R *supra lineam add. R.*

1) *Quendam occidentalis Franciae baronem alloqui videtur.* 2) *Roffridus quidam comes occidentalis Franciae, et quidem medii regni Lotharici, prope cuius fines etiam monasterium Elnonense situm erat, occurrit a. 870, cf. Hugonis Flavin. Chron. (ed. MG. SS. VIII, 354), Jaffé Reg. 2923 (2219), Dümmler l. l. II², 288.* 3) *Elnonense, hodie 'St. Amand en Pevèle', dioc. Tornacensis.* 4) *Quis sit, nescimus.* 5) *Cf. ad hanc et sequentes epistolas n. 18—21. 26 Monticolo l. l. p. 112 sq.* 6) *'Olivolo-Castello.' Cf. Kretschmayr 'Gesch. v. Venedig I (Gotha' 1905) p. 407.* 7) *I. e. Caprulensi, 'Caorle'. Cf. ibid. p. 404.* 8) *Cf. n. 19.* 9) *Methamaucensi, hodie 'Malamocco-Chioggia'. Cf. ibid. p. 406.* 10) *Equiliensi, hodie 'Jesolo'. Cf. ibid. p. 406.* 11) *Hodie 'Torcello'. Cf. ibid. p. 405.* 12) *Hodie 'Altino'.*

atque archidiacono Torcellensis ecclesię nec non et archipresbytero et archidiacono atque huius ęquivoco ac nepoti Laurentio diacono Gradensis ecclesię, quia totiens a nobis vocati[1] ad concilium Romę occurrere contempserunt, futuram excommunicationis sententiam et eum, qui ex his nunc saltem[a] venire distulerit, tamdiu post idus Februarias omni ecclesiastica communicatione privasse, quandiu in obstinatione propria perseverans apostolicam adire sedem contempserit. Alios enim horum nostro concilio pro communibus ecclesię utilitatibus volumus interesse, quosdam autem, quia super quibusdam reprehenduntur excessibus, de his satisfacturos requiremus[b]. Unde, fratres karissimi, vos in speculo esse pręcipimus et, si quidem predicti episcopi, dextera Excelsi corda (cf. Ps. 76, 11.) eorum immutante[c], ad concilium nostrum circa idus occurrerint, ut predictum est, Februarias[2], vos per[d] ipsam[e] regionem morati, quę sunt vere religionis, peragite, ne quis sine perfectis Christianitatis sacramentis abscedat[f] neque penitens minus reconciliatus deficiat et[g] cetera illic interim desint, quę[h] ad speciale pertinent episcoporum officium. At vero, si pater inobędientię sic mentes eorum obsederit, ut obędire omnino dispiciant, restat, ut eo, qui obaudierit, benignius tractato, qui prenotato tempore ex his omnibus[i], post excommunicationem[k] noverit se anathematis gladio[l] puniendum. Qua de re pręvidimus hec omnia[m] nota facere vobis, ut ea scientes ad omnium notitiam perferatis et ad[n] hoc[n], quod decrevimus, exhortari[o] magnopere studeatis. Quodsi vos non audierint, 'non enim', ut Dei ad Hiezechihel voce dicamus, 'volunt audire vos, quia (Ezech. 3, 7.) nolunt audire nos', habete illos et habendos ubique modis omnibus prędicate, sicut Dominus pręcepit haberi eum, qui ecclesiam non audierit; tantundem est, si dicatur: (cf. Matth. 18, 17.) sicuti nos eos haberi decrevisse supra significavimus. Videte autem, ne persona vobis quęlibet silentium possit imponere, ne, quod absit, tanquam idolatrę iudicemini. 'Est (1. Reg. 15, 23.) enim,' Samuhele docente, 'quasi scelus idololatrię nolle acquiescere'. Si pręterea Felix vel Petrus impedimento inevitabili[p] prohibitus non venerit, idoneum virum ex diaconibus ecclesię suę mittat per omnia vices suas supplentem. Iam vero, si quoquo modo potuerint et noluerint, quia idcirco excommunicationis una cum tanti mali auctoribus sunt nexibus irretiti, non solum ab eorum vos communione prorsus arcete[q], sed et ab omnibus, qui eis communicaverint; sunt enim pari omnes obligatione constricti. Optamus sanctitatem.

DATA KALENDIS DECEMBRIS[r], INDICTIONE X.

18.

Iohannes VIII. papa Urso (Parteciaco I.) duci Veneticorum Dominicum electum Torcellensem, contra quem Petrus patriarcha Gradensis Romanam sedem appellaverat, Romam usque ad d. 1. Febr. una cum Felice (Methamaucensi) et Petro (Equiliensi) episcopis et aliis quibusdam occurrere iubet; ut liberalitatis eius adminiculis sustententur, rogat. *876 Dec. 1.*

Cod.: R f. 8 n. 18.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 300 n. 17. Mansi Conc. coll. XVII, 16 n. 17. Migne Patr. lat. CXXVI, 703 n. 51. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 320 n. 3. — Jaffé Reg. 3069 (2299).

---

a) salutem *R.* b) requiramus, a *in ras. R. Monticolo l. l.:* requirimus. c) -te *add. al. man. R.* d) *in ras. R.* e) *in ras. R.* f) -dat *corr. ex* -dant *R.* g) *Monticolo l. c. p. 117 annot. 4 legendum censet:* nec *vel* neu. h) *corr. ex* quem *R.* i) *excidit* abfuerit, *sicut recte suppleverunt priores editiones, vel simile quid R.* k) excommunicatione *R.* l) glodio *R.* m) om- *corr. ex* no- *R.* n) hoc ad *R.* o) -ri *supra lineam add. R.* p) b *corr. ex* u *al. man. R.* q) ariete, i *eras. R.* r) DECBER *R.*

1) *Priores citationes non exstant, cf. n. 19 (p. 17 l. 27):* non semel apicibus commonuimus, *n. 20 (p. 18 l. 16):* semel et bis decrevimus, *et n. 26, p. 24 annot. 4.* 2) *Quo de concilio cf. n. 10, p. 9 annot. 5.*

IOHANNES URSO DUCI VENETICORUM[1].

Cum pro causa venerabilis fratris nostri Petri sanctę Gradensis ecclesię[2] antistitis finienda Dominicum vocatum electum[3], cui esse[a] filium tuum[4] sociandum, ad apostolicam sedem mittere promiseras, nec tamen verbum veritas subsecuta est, valde mirati sumus et, quod non omni spiritui, nec in omni negotio credere, docente apostolo, debeamus, (cf. 1. Io. 4, 1.) patenter advertimus. Exhibitio enim rerum prȩteritarum certitudo est futurarum. Quia vero idem[b] frater et coepiscopus noster more maiorum sedem apostolicam appellavit, immo alacriter adiit[c], obsecrans, ut controversię, quę inter se vertitur et prędictum Dominicum, utraque coram posita parte, finem legitimum imponamus, secundum quod se ratio habet et[d] ius[e] canonicum dictat, rursus prȩcipimus, ut iam dictus Dominicus kalendis saltem Februariis Romam nobis satisfacturus et sese purgaturus occurrat; ambitionis enim crimine denotatur ac per hoc iuxta sacros canones[5] manifestum est confiteri cum de crimine, qui purgandi se occasione non utitur. Iam vero si dixerit, se non venientibus episcopis venire non posse, noverit et episcopos nos illius regionis occurrere[f] prȩcipere, et eundem[g] Petrum venerabilem Domini sacerdotem imitandum tribuere, qui, cum metropolitanus esset, nullis comitantibus[h] secum episcopis, memoriam apostolorum veniendo[6], sicut quondam sanctus Athanasius[7] honoravit. Verumtamen et ex episcopis duos venire[i] decernimus, Felicem scilicet et Petrum[8], ut tantum negotium non sine prȩsentia regionis episcoporum huius cognitionem habentium diffiniri quoquo modo videatur, ita ut, si forte se Felix venire nullo modo posse prȩtenderit, vicarium suum mittat, qui et mittentem se iureiurando excuset, et in synodo vicem[k] mittentis adimpleat[l]. Petrus autem, si adest, modis omnibus veniat, si quidem, ut perhibetis, Constantinopolim mittendi nec mos vester nos latet, nec tempus[9]; maturius quippe quis huc venire ac redire ad propria poterit, quam mari mos et tempus accedat itineris[10]. Prȩterea iubemus[11] archidiaconum[m] ad nos venire Torcellensis ecclesię, similiter et Altinensis abbatem monasterii[n], nichilominus et archipresbyterum et archidiaconum[o] atque huius ęquivocum et nepotem[p] Laurentium diaconum Gradensis ecclesię, quo inpresentiarum super his, quibus inpetuntur, idoneam rationem canonicamque, si nocentes sunt, subeant ultionem. Quę omnia ideo glorię tuę nota fieri volumus, ut illi ad apostolicam sedem sanctamque synodum occursuri liberalitatis tuę adminiculis sustententur sumptibusque locupletati laborem itineris facilius ac levius ferant, secundum pios principes, qui in talibus munifice semper erant intenti. Hos autem, quos hac auctoritate[q] apostolicę presentandos sedi decrevimus, quia tertio iam commoniti hucusque occurrere contempserunt, Romam[r] idibus[s] Februariis fore venturos decrevimus, nisi forte instanter properare delegerint. Porro post [idus][t] Februarias tandiu sit unusquisque ipsorum cum fautoribus suis excommuni-

18. a) esses *R.* b) i- *in marg. add. al. man. R.* c) -t *corr. ex* -s *R.* d) *add. in marg. al. man. R.* e) *in ras. al. man. R.* f) occurre *R.* g) n *corr. ex* m *R.* h) *corr. ex* comitatibus *al. man. R.* i) -re *in ras. al. man. R.* k) *corr. ex* vice *al. man. R.* l) i *corr. ex* d *R.* m) archidiacono *R.* n) monastrii *R.* o) co *add. supra lineam R.* p) nepote *R.* q) auctorite *R.* r) -am *ex* e *corr. al. man. R.* s) diebus *R.* t) *om. R.*

1) *Urso Particiaco I., 864—881. Cf. n. 21 et p. 24 annot. 4.* 2) '*Gradò.*' 3) *Torcellensem, antea abbatem monasterii s. Ilarii, quem Ursus mortuo Senatore episcopo, licet mutilatum, promoverat, Petrus vero patriarcha excommunicaverat, cf. Iohannis diac. Chron. Venet. (ed. MG. SS. VII, 19). Kretschmayr 'Gesch. von Venedig' I, 99. Monticolo l. l. p. 112 sq. V. n. 20.* 4) *Quisnam filiorum (de quibus cf. Kretschmayr l. c. p. 431) hic indicetur, incertum.* 5) *Bonifacii I. ep. ad episcopos Galliae, Dionysii Coll. can. Bonifacii c. 3 (Migne LXVII, 267), Jaffé Reg. 349 (141).* 6) *Quippe ab Urso duce a sede sua Gradensi expulsus, cf. Iohannis diac. Chron. l. l.* 7) *Qui c. a. 342 a sede sua Alexandrina pulsus Iulium I. papam Romae adiit; cf. Athanasii Apologiam contra Arianos c. 20 sq. (S. Athanasii Opp. I, 110 sq.).* 8) *Methamaucensem et Equliensem episcopos, cf. supra n. 17, p. 14 l. 32, infra n. 19.* 9) *Cf. n. 21 (p. 19 l. 18):* Nec abire cis Februarium mensem speratur. 10) *Quippe nonnisi peracto hiemali tempore.* 11) *V. n. 17.*

cationis vinculis innodatus, quandiu ad sedem apostolicam non occurrens nullam idoneam super se rationem regulariter exhibuerit, sciens se anathematis[a] postmodum sententia feriendum[1].

DATA KALENDIS DECEMBRIS INDICTIONE X.

19.

Iohannes VIII. papa Felici Methamaucensi et Petro Equiliensi episcopis, quia Petrum Gradensem patriarcham, metropolitanum suum, deseruerint et Romam venire saepius vocati distulerint, sacris interdicit ministeriis et ad synodum die 13. Feb. habendam citat. *876 Dec. 1.*

Cod.: R f. 8' n. 19.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 301 n. 18. Mansi Conc. coll. XVII, 17 n. 18. Migne Patr. lat. CXXVI, 702 n. 49. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 322 n. 4. — Jaffé Reg. 3070 (2297).

IOHANNES FELICI ET[a] PETRO EPISCOPIS MANDAMAUCENSI[2] ET EQUILENSI[a][3].

Quam ingrati et inhumani fueritis erga reverendum fratrem nostrum Petrum ecclesię Gradensis antistitem, in hoc maximę datur intelligi, in quo ille pro legibus paternis incolarum[b][4] iter[b] arripiens nullum vestrum comitem suę peregrinationis habere promeruit, presertim cum ad limina sit apostolorum profectus sedemque adierit[c], ubi semper catholicis subvenitur et ubi plurimi sanctorum, iniuriam passi, petram, a qua Petrus nomen sortitus est, refugium invenerunt. Additum autem est huic rei, quod ad cf. Matth. 16, 18. maioris contumacię vestrę cumulum demonstrandum[d] est[d], quia scilicet non solum [non][e] cum illo stantes secundum prophetam 'minime ex adverso ascendistis et opposuistis Ezech. 13, 5. murum pro domo Domini', sed[f] quasi rebelles rupto unanimitatis fędere transistis ad hostes et, cum non[g] sitis[g] cum illo, facti profecto estis adversus illum, sicut Dominus ait: 'Qui non est mecum, contra me est'; in quo et ipsam bestiarum transcendistis Matth. 12, 30. sęvitiam, parricidalibus adversus eum utentes consiliis. Pro quibus omnibus apostolatus nostri vos Romam occurrere et pro his et aliis, quę corrigenda duximus, satisfacere non semel[5] apicibus commonuimus, sed[h] venire hactenus modis omnibus contempsistis. Quapropter vos a sanctis mysteriis interim celebrandis auctoritate summi pastoris arcemus, iubentes, ut idibus Februariis istius indictionis, si adestis[6] vel si dure infirmitatis pondere non gravamini, synodo nostrę Romę celebrandę[7] interesse inexcusabiliter maturetis, quatinus et ab obiectis purgemini, et a capite, tam scilicet apostolica sede quam metropolitano vestro, in nullo dividi[i] videamini, ne, quod absit, circumveniamini cf. 2. Cor. 2, 11. a Satana, qui videlicet semper dissensione gaudet. Membra quippe, quę capiti non hęrent[k], inter mortua deputantur; sicuti procul dubio vos, qui nec apostolicę sedis, quę est[l] caput omnium Christi ecclesiarum, decretis hęretis[m], nec affectui metropolitani[n] proprii et patroni atque magistri. Iam vero si idibus saltem Februariis occurrere con-

a) *secundum* a *(in fine rigae) add. al. man. R.*

19. a) et — Equilensi *non uncialibus, litteris sed, ut contextus, minusculis, minio tamen scripta sunt.* Equilensi *corr. ex* Aquilensi *R.* b) incolatum, t *corr. ex* r *R.* c) audierit *R.* d) -dum est *in ras. R.* e) *om. R.* f) *corr. ex* sunt *R.* g) nossitis *R.* h) *corr. ex* sunt *R.* i) -i *corr. ex* a *R; Monticolo l. l. legit:* dividamini. k) *corr. ex* haberent *R.* l) -t *add. al. man. R.* m) *corr. ex* haberetis *R.* n) metropolini *R.*

1) *Ursus non solum petitioni papae non assensit, sed ne legatum quidem (Deltum episcopum Ariminensem, cf. n. 26) excipere dignatus est, ut patet ex n. 57.* 2) *'Malamocco', v. n. 17, p. 14 annot. 9.* 3) *'Jesolo', v. ibid. annot. 10.* 4) *I. e. pro libera et canonica episcoporum institutione contra Ursi ducis aspirationes, cf. Kretschmayr l. l. I, 99.* 5) *Cf. n. 17, p. 15 l. 2—3:* totiens a nobis vocati, *n. 20, (p. 18 l. 16):* semel et bis decrevimus. *Priores vero citationes non exstant. Cf. n. 26, p. 24 annot. 4.* 6) *Scil. Venetiis, nec iam Constantinopolim profecti sint, cf. n. 18 p. 16 l. 22.* 7) *Qua de synodo cf. n. 10, p. 9 annot. 5.*

tumaciter parvipenditis, tandiu estote posthac omni[a] ecclesiastica[b] communione una cum vobis faventibus alieni, quandiu venire ac satisfacere, super quibus impetimini, non curatis. Ecce enim venerandos forte canones[1] tenetis prę manibus, qui tales sanciunt non communicaturos, donec purgentur. Porro si quisquam vestrum nullo modo se posse venire prętenderit, vicarium suum mittat, qui et mittentem se iureiurando excuset et in synodo vicem[c] mittentis adimpleat.

DATA KALENDIS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

20.

Iohannes VIII. papa Dominicum invasorem Torcellensis ecclesiae, iam bis Romam vocatum, petente Urso duce (Venetiarum) tertio ad synodum die 13. Feb. Romae celebrandam citat. *876 Dec. 1.*

Cod.: R f. 9 n. 20.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 302 n. 19. Mansi Conc. coll. XVII, 18 n. 19. Migne Patr. lat. CXXVI, 703 n. 50. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 324 n. 6. — Jaffé Reg. 3071 (2298).

IOHANNES DOMINICO[a] VOCATO ELECTO TORCELLENSIS ECCLESIĘ[2].

Quia fama crebrescente Torcellensem invasisse dicebaris ecclesiam, semel et bis[3] decrevimus te Romam venturum, ut coram posito fratre nostro Petro, sanctę Gradensis [ecclesię][b] metropolitano antistite, una cum episcopis, qui degunt sub ipso, facta discussione rumor super te longe lateque respersus aut innoxius patefactus absolveretur, aut comprobatus[c] noxius damnaretur, venire modis omnibus contempsisti[d]. Unde merito a nobis fores damnandus, nisi erga te, petente nobis dilecto nobis Urso glorioso duce[4], minus severitate quam patientia uteremur. Verum quia eatenus non venisti, excomuni-
cf. 2. Cor. 10, 6. catum te iure a nobis esse cognosceres, in promptu[e] habentibus, secundum apostolum, ulcisci omnem inobedientiam. Verum quia nec sic interim contempti salutem tuam contemnimus, unde tertia ecce te vice vocamus et idibus Februariis pręsentis decimę[f] indictionis nostro concilio[5] Romę adesse mandamus, ita ut, si tunc non occurreris, tandiu sis cum faventibus tibi deinceps a nobis et a toto Christi corpore alienus, quandiu minus[g] resipiscens obędientię nequaquam iussis nostris colla summiseris. Porro, si in hac[h] indisciplinatione permanseris, noveris deinceps tibi veniam denegandam et secundum sanctos canones[6] nil[i] de[i] absentia[i] penitus lucraturum et non solum communionis, sed et honoris iacturam[k] anathemate perculsum[l] sine fine passurum.

DATA KALENDIS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

21.

Iohannes VIII. papa Urso (Parteciaco I.) duci Veneticorum gratias agit pro benigna devotione; rogat, ut episcopos ad synodum Romae celebrandam venire aut vicarios mittere sinat. *876 Nov. 24.*

Cod.: R f. 9 n. 21.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 302 n. 20. Mansi Conc. coll. XVII, 18 n. 20. Migne Patr. lat. CXXVI, 701 n. 48. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 317 n. 1. — Jaffé Reg. 3067 (2296).

---

a) omnis *R.* b) ecclesiasticę *R.* c) *corr. ex* vice *al. man. R.*

20. a) NI *supra lineam add. R.* b) *om. R.* c) *corr. ex* comprobatur *al. man. R.* d) constitutis *R;* contenpseris *R*[1], *teste Monticolo l. l.* e) promptum *R.* f) *corr. ex* decima *R.* g) nimis *R.* h) *corr. ex* hoc *R.* i) nil de ab- *in ras. R.* k) c *corr. ex* m *al. man. R.* l) perculsus *R.*

1) *Conc. Hippon. a. 393 c. 6, Dionysii Syn. ap. Carthaginem Afric. c. 19 (Migne LXVII, 190).* 2) *De quo cf. supra n. 18, p. 16 annot. 3.* 3) *Priores vero desunt citationes, cf. n. 17, p. 15 annot. 1, n. 19, p. 17 annot. 5, n. 26, p. 24 annot. 4.* 4) *Cf. n. 18, p. 16 annot. 3.* 5) *Quo de concilio cf. n. 10, p. 9 annot. 5.* 6) *Cf. Bonifacii I. ep. ad episcopos Galliae, Dionysii Coll. can. Bonifacii c. 3 (Migne LXVII, 267), Jaffé Reg. 349 (141).*

IOHANNES URSO GLORIOSO DUCI VENETICORUM[1].

Gratias[a] glorię tuę pro benigna devotione tua referimus, quam non solum verbis, sed et operibus erga nos studiose declaras[b] et frequenter ostendis, et ideo nos paterno circa te detinemur affectu[c] et in his, quę ad tuam tuorumque pertinere ac prodesse utilitatem cognoscimus, prompti[d] et[d] benigni semper esse curabimus[e], ita[f] ut[f] in divinis pręceptis sacrisque canonibus impedire intentionem et sanctionem nostram nunquam consentias, sed, cum tibi de rebus ecclesiasticis quicquam iniungimus, sicut devotus filius nos obaudias et adimplere, quę dirigimus, alacri semper animo studeas, quoniam nos tanto in causis tuis et, ubi tibi oportunitas[g] fortassis evenerit, promptiores tecum nos esse ac benigniores invenies, quanto te nos nolle a mandatis Dei aliquo modo avertere manifestius viderimus. Nam tibi, karissime, tanquam familiari nostro familiariter scribimus, quia nullius mortalis amorem pręponere[h] Dei iustitię possumus, qui nimirum evangelium legimus, dicens: 'Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me Matth. 10, 37.
dignus.' Veniant igitur episcopi ad synodum nostram[2], ut ipsis nobis rei veritatem significantibus causam fratris et coepiscopi[i] nostri Petri[3] illis pręsentibus facilius diffinire valeamus. Is vero, qui valida infirmitate vel senectute gravatur[4], si ullo modo venire non potest, vicarium pro se strenuum mittat; ille vero, qui Constantinopolim[k] ire[k] refertur[5], si nondum abiit, nec abire cis Februarium mensem speratur, ab hac communi utilitate nullo modo se subtrahat, sed veniens veniat, ut omni litigio terminato in ecclesia Dei nonnisi pax et tranquillitas perseveret. Optamus gloriam tuam semper bene valere.

DATA VIII. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

22.

Iohannes VIII. papa Karoli (Calvi) imperatoris auxilium contra Saracenos et marchiones Italiam devastantes, diu iam promissum, sed nondum concessum, instanter implorat. *876 Nov. 15.*

Cod.: R f. 9' n. 22.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 303 n. 21 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 451 n. 15. Mansi Conc. coll. XVII, 19 n. 21. Migne Patr. lat. CXXVI, 696 n. 43. — Jaffé Reg. 3062 (2291).

IOHANNES ⟨EPISCOPUS⟩* KAROLO[a] IMPERATORI[a].

Quanta et qualia per impiam gentem patiamur Saracenorum, quid dicam, quia scribere quilibet stilus non sufficit, cum omnia ligna silvarum, si vertantur in linguas[6], enarrare non valeant[b]? Quorum quia ex his quędam vestra iam didicit excellentia, prędisposuit exercitum suum ad hec removenda cum valida manu dirigere[7]. Quo nos audito mox elevatis manibus Dominum collaudavimus eiusque clementiam pro imperio vestro lętantes protinus exoravimus[c]. Sed quanto, fili karissime, lętati sumus in his, quę dicta sunt nobis, tanto, heu! tristati et amaricati, quia, quę dicta sunt, rerum non sunt effectibus consumata. Reversi quippe sunt, ut audivimus, et solis paganis gaudium,

---

*) *add. man. correctoris R.*

21. a) *littera initialis* G *deest, in margine tantum praenotata, R.* b) s *corr. ex* t *R.* c) -s *in fine eras. R.* d) -ti et *in ras. al. man. R.* e) b *corr. ex* u *R.* f) *in ras. al. man. R.* g) oportitas *R.* h) -nere *in ras. R.* i) quo episcopi *R.* k) *corr. ex* -limire *R.*

22. a) -LO IMPE- *in ras. R.* b) valeat *R.* c) -ra- *supra lineam add. al. man. R.*

1) *Cf. n. 18 et p. 24 annot. 4.* 2) *De qua cf. n. 10, p. 9 annot. 5.* 3) *Gradensis patriarchae, cf. n. 18.* 4) *Felix Methamaucensis episcopus, cf. n. 18, p. 16 l. 20.* 5) *Petrus Equiliensis episcopus, cf. n. 18, p. 16 l. 22 sq.* 6) *Similia occurrunt in Hieronymi Epist. 108, 1 (Migne XXII, 878) cf. n. 30, p. 29 l. 1.* 7) *Cf. n. 1, p. 1 l. 26 sq., n. 8, p. 8 l. 1 sq.*

nobis autem nonnisi tribulationem inenarrabilem[a] reliquerunt. Et ecce, pro dolor! cf. Phil. 3, 18. inimicis crucis Christi gratulantibus solus fidelium cętus magna mestitudine[b] consumitur, Christianorum sanguis effunditur, devotus Deo populus continua strage vastatur. Nam, qui evadit ignem vel gladium, pręda efficitur, captivus trahitur et exul perpetuus constituitur. En civitates, castra et villę destitute habitatoribus perierunt et episcopi hac illacque dispersi, sola illis apostolorum principum limina derelicta sunt in refugium, cum episcopia eorum in ferarum sint redacta cubilia et, ipsi vagi et sine tectis inventi, Ier. 4, 10. non iam eis liceat prędicare, sed mendicare. 'Ecce', karissime, 'pervenit gladius usque Luc. 23, 29. ad animam'; ecce dies, in qua clamamus: 'Beate steriles, quę non genuerunt'; ecce illa cf. 2. Tim. 3, 1. Ier. 9, 1. periculosa tempora Pauli voce predicta. Libet ergo cum Hieremia clamare: 'Quis dabit capiti meo aquam aut oculis meis fontem lacrimarum', ut plangam tantam ac talem miseriam, tale ac tantum excidium patrię? Sedet[1] [in][c] tristitia, quin potius in ruina, domina gentium, regina urbium, mater ecclesiarum, consolatio tristantium[d], portus peri- Soph. 1, 15. clitantium. Ecce, inquam, revera 'dies tribulationis et angustię, dies calamitatis et miserie'. Pręterito quippe anno seminavimus quidem[e], sed non recollegimus; hoc vero anno, quia non seminavimus, nec est recolligendi fiducia[f]. Quid de paganis dicimus, cum Christiani nil melius operentur, quidam videlicet ex confinibus et vicinis nostris, Ioel 1, 4. quos marciones solito nuncupatis[2]. Nam, ut prophetice dicamus, 'residuum locuste cf. Gal. 4, 22–31. comedit bruchus' et, quod[g] [a][h] Saracenis incredulis, qui sunt filii ancillę, forte relinquitur[i], ab illis, qui per fidem libere deberent[k] existere filii, usque ad terram depascitur[l]. Quid enim illi faciunt, et isti peiora non faciunt? Illi terram occupant, isti compariter[m] nichil ex civitatibus vel ex rure dimittunt; illi occidunt gladio, isti ablatis omnibus fame trucidant; illi in captivitatem ducunt, isti sibi in servitutem redigunt; et cum quęritur, quis adversus hostes dimicet, inveniuntur nulli, cum scilicet eorum oppressione retenti, ad mandatum nostrum occurrere [nulli][n] prorsus inveniantur. Sed[o] cum undique cf. Ps. 7, 3. angustati clamamus, non est qui audiat, non est qui adiuvet, non est qui salvum faciat, nisi tu, fili karissime et imperator clementissime, qui post Deum datus es nobis in refugium et solacium et auxilium. Quocirca totis pręcordiis totisque commoti visceribus cum episcopis et presbyteris ac proceribus totisque plebis nobis olim commissę reliquiis[p] deprecamur: velis[q] tandem aperire aures, audire gemitum et singultus omnium nostrum, porrigere manum et pręstare[r] patrię periclitanti, civitati inter multas miserias et erumnas iacenti et huic ecclesię matri vestrę, a qua non solum regnandi, sed[s] et in Deum unum et verum credendi exordium percepistis, quęque in ultimo, spreto magno et bono fratre[3], vos more Dei gratuita voluntate tanquam alterum regem David elegit[t] et pręelegit atque ad imperialia sceptra provexit. Cogitate itaque, Dei cultor semper Is. 10, 3. augustę, a propheta pręmoniti, si hęc humiliatur, 'ad cuius confugietis auxilium vel ubi relinquetis gloriam vestram'? Perpendite quia, si hęc humiliatur, non solum gloria imperii vestri periclitabitur, sed[u] et ipsa[v] profecto Christianę religionis cultura maxima ex parte peribit. Et idcirco talia scientes nolite, obsecro, iam differre, nolite de die in diem indutiis non profuturis abuti. Cum proverbiatore clamo et cum Salomone voci- Prov. 3, 28. Eccl. 9, 10. feror: 'Ne dicatis amico vestro: Vade et revertere, cras enim dabo tibi', et alias: 'Quod

---

a) inerrabilem *R.* b) m *in fine eras. R.* c) *om. R; cf. n. 36, p. 35 l. 27.* d) tristitium *R.* e) quid est *R.* f) *sequitur rasura ca. 5 litt. R.* g) quid *R.* h) *om. R.* i) n *add. supra lineam R.* k) *corr. ex* debuerent *R.* l) depascimur *R.* m) competro *R.* n) *om. R, recte add. in marg. manus recens.* o) -ed *in ras. al. man. R.* p) reliquis *R.* q) iube *R.* r) *excidit* opem, *sicut recte priores editiones suppleverunt, vel simile quid R.* s) *corr. ex* sunt *al. man. R.* t) t *corr. ex* s *R.* u) *corr. ex* sunt *al. man. R.* v) in *del. ante* ipsa *R.*

1) *Sequentia usque ad* fiducia *(l. 16) eisdem fere verbis etiam in n. 36 leguntur; cf. N. A. XXXVI, 139.* 2) *Scil. Lambertus Spoletinus et Adalbertus I. Tuscanus; de quorum inimicitiis contra papam cf. Dümmler l. l. III², 30 sq.* 3) *Sc. Ludovico Germanico. Sed cf. Dümmler II², 407.*

potest', inquit, 'manus tua facere, instanter operare' et cetera. Nescitis namque, ut cum venia vestra dicam, 'quid[a] superventura pariat dies'. Ita ergo, fili Christianissime, de hac ecclesia necnon et patria velociter et prudenter excogitate et ordinate, ut saltem ipse paucissime reliquię salve sint, quę remanserunt queque cotidie catervatim gladio et pręda dispereunt. Occurrite strenue, subvenite celeriter et manu consolationis vestre ab oculis nostris tandem abstergite[b] lacrimas, quatinus super illis et presentialiter Deo propitio gaudeatis et in futuro[c] frequenti ac laudabili relicta fama superstite cum Christo perpetes[d] in celestibus inperetis. Prov. 27, 1.

DATA XVII. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

23.

Iohannes VIII. papa Lambertum comitem (marchionem Spoletinum) ab infestatione hominum s. Petri et hominum Guidonis (II. fratris eius) dehortatur, missos suos Acimundum et Walpertum (Portuensem) episcopos commendat. *876 Dec. 14.*

Cod.: R f. 10' n. 23.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 305 n. 22. Mansi Conc. coll. XVII, 20 n. 22. Migne Patr. lat. CXXVI, 707 n. 54. — Jaffé Reg. 3073 (2302). Kehr Italia pontificia IV, 2.

(IOHANNES EPISCOPUS)* LAMBERTO[a] COMITI[a 1].

Ab[b] olim, si recordaris, salutem tuam atque profectum desiderantes et anima te salvari et corporeis honoribus cumulari quęsivimus[c] et optavimus; et quia[b] nunc multo amplius hoc quam prius, fili karissime, volumus, scias paterno affectu a nobis te diligi et ut spiritalem filium prorsus amplecti, quoniam honorem atque tuum profectum nostram gloriam esse putamus et de tue prosperitatis augmento in Domino gratulamur. Unde et tu non inmemor nostri, rogamus, ut semper ea velis, quę volumus, et, que nostrum de tuis hominibus pontificium pulsant, emendare nullatenus pretermittas. Non enim speramus, ut talia scias, qualia ab eisdem tuis hominibus in nostris finibus perpetrantur, quę oportet gloriam tuam studiose inquirere et, sicut condecet, pro Dei et nostro amore omni conamine emendare, quia tam hominibus sancti Petri apostoli quam hominibus Guidonis[d 2] tui homines, sicut fertur[e], innumera mala faciunt et rapinas multas exercent, quę, rogamus, statim emendare facias et tibi subiectis ultra tale quid facere non consentias. Verum si id forte emendare te non posse fateris, ut cum pace tua dicamus, in pravos atque iniquos homines illos ob tui amoris dilectionem, tuo consensu adhibito, nostri apostolatus sententiam dabimus et, quousque resipiscant, a liminibus sanctę ecclesię sequestrabimus[f]. Latores vero pręsentium, missos apostolicę sedis, Acimundum[3] scilicet et Uualpertum[4] venerabiles episcopos dilectos nostros, ad tuam nobilitatem direximus, ut hi, quod pagina reticuit, viva voce loquentes edicant et revertentes de tua benivolentia nos letiores efficiant.

DATA IXX.[g] KALENDAS IANUARII, INDICTIONE X.

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) quod *R.* b) -te *in ras. R.* c) fut͂uro *R.* d) ppes *R.*

23. a) *litteris minusculis, ut contextus, sed minio script. R.* b) Ab olim — et quia *in ras. R.* c) quę sibimus *R.* d) Gui- *in ras. R.* e) *aliud* r *post primum eras. R.* f) b *corr. ex* u *R.* g) *sic R.*

1) *Marchioni Spoletino, 858—71, 875—79 (sed cf. Lapôtre l. l. I, 255 annot. 3).* 2) *Comitis Spoletini, postea regis Italiae (889—94) et denique imperatoris (891) constituti, qui tunc fratri suo Lamberto infestus fuisse ex hac epistola evincitur; cf. Dümmler III², 30 annot. 4.* 3) *Cuius sedes ignoratur.* 4) *Portuensem 876—83, post deiectionem Formosi ordinatum.*

24.

Iohannes VIII. papa Karolo (Calvo) imperatori gratias agit de Leone (Gabinensi) et Petro (Fori Simpronii) episcopis, legatis suis, benigne susceptis et de Ansegiso (Senonensi) archiepiscopo et Adalgario (Augustodunensi) episcopo legatis eius sibi directis; fautores Formosi a marchionibus (Spoletino et Tuscano) occultatos ob infestationes ecclesiae Romanae exilio deputari postulat. *876 Nov. 14.*

Cod.: R f. 11 n. 24.
Edd.: Editio Romana (1591) III, 305 n. 23 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 452 n. 16. Mansi Conc. coll. XVII, 21 n. 23. Migne Patr. lat. CXXVI, 694 n. 42. — Jaffé Reg. 3061 (2290).

⟨IOHANNES EPISCOPUS⟩* KAROLO[a] IMPERATORI[a][1].

cf. Prov. 21, 1. Innumeras omnipotenti[b] Deo grates et laudes referimus, qui cor pietatis vestrę, quod in manu sua consistit, tanto sancti Spiritus gratia replere dignatus est, quanto sollicitius vos sacras aures ad profectum ecclesię nobis commissę divinitus inclinantes et apostolicę sedis legatos, Leonem videlicet apocrisiarium et missum sanctę Romanę ecclesię seu Petrum, venerabiles episcopos[2] nostrosque dilectos, ea[c] benignitate, qua soliti estis, et eo amplius suscepistis et illa, quę vobis pro statu ac exaltatione sanctę Dei ecclesię suggesserunt, ad efficacem finem provenire iussistis[d]. Vere enim, filiorum cf. Prov. 21, 1. karissime, cor vestrum in manu Dei est, quia eius consultu universa disponitis[e] et sapienter imperium vobis collatum moderari studetis, quia ex utero matris crevit vobiscum sapientia et rectitudo fuit dilecta vestra amica. Et quia preconiorum vestrorum humana lingua fari non sufficit multitudinem, ad illa[f], quę de infidelibus nostris et vestris peracta sunt, epistolariter abeamus. Vestris quidem, benignissime imperator, adprime eruditis viris et Deum timentibus, Ansegiso scilicet reverendo archiepiscopo[3] et Adalgario venerabili episcopo[4], communibus quoque fidelibus nostris, iuxta quod petieramus[g], pro honore atque utilitate sanctę matris vestrę Romanę ecclesię a vobis directis, Romam pervenientibus et, quantum vobis iustitia placeat, luce clarius agnovimus, et de affectu filiorum, quem erga nos conservatis, in Domino gratulati sumus; sed eisdem infidelibus sanctęque Romanę ecclesię hostibus, quos pro multis sceleribus ac pravitatibus suis ovile Christi non recipit[5], huc illucque latitantibus et nefandissimos actus suos tegere molientibus, non ut[h] oportuit, neque sicut vestri voluerunt legati, de illis potuit adimpleri. Nam, ut ita fateamur, a sibi similibus infidelibus vestris et inimicis nostris, quibusdam scilicet marchionibus[6], quos idem vestri legati narrabunt, occultati[i] et effugati[i], nec ad se percutientes[k] reversi sunt, nec alios suę malitię inquinamento contaminare desistunt. Proinde clementiam vestre celsitudinis imploramus et per futurum Dei iudicium adiuramus, ut eosdem sanctę Dei ecclesię hostes atque prędones, sacrilegos quoque sive tyrannos ac per hoc a Christi collegio synodice[7] sequestratos studiosius requiri iubeatis et ad lugenda mala, quę inpretermisse hactenus operati sunt, sicut iam decrevistis, exilio deputetis. Quia si ipsi, qui tantum Dei ecclesiam macularunt, impune iam vestram sanctionem[l] diffugerint, vel si, quod evenire non debet, in vestro imperio quibuscumque, quod turpe est dicere, contra vestram voluntatem eis favorem prestantibus, tam absolute

*) *add. man. correctoris R.*

24. a) *litteris minusculis, ut contextus, minio tamen script. R.* b) s *in fine eras. R.* c) *corr. ex* et *R.* d) s *in fine add. al. man. R.* e) dis- *in ras. al. man. R.* f) illam *R.* g) -ti- *in ras. R.* h) u *corr. ex* a *R.* i) -tis *R.* k) -ti- *in ras. R.* l) o *add. supra lineam R.*

1) *Cf. Hirsch in 'Forsch. z. d. Gesch.' XX, 156, Dümmler III², 39 et supra n. 22.* 2) *De quorum legatione v. supra n. 1, 4, 7.* 3) *Senonensi, hodie 'Sens', 871—83; quem papa bulla a. 876 Ian. 2 (Jaffé Reg. 3032) vicarium apostolicum per Gallias et Germanias constituerat (cf. Dümmler II², 400).* 4) *Augustodunensi, hodie 'Autun', 875—93.* 5) *Fautores Formosi olim ep. Portuensis excommunicatos sentit, cf. supra p. 7 annot. 1, infra p. 23 annot. 1.* 6) *Scil. Lamberto Spoletino et Adalberto Tuscano, v. supra n. 22, p. 20 l. 17—18.* 7) *Cf. p. 7 annot. 1.*

discurrerint, totum idem vestrum imperium coinquinabunt et omni Christianitati dispendium generabunt, quia, cum sint ipsi oves morbidę, totum gregem contaminant et erunt novissima illorum peiora prioribus. cf. Matth. 12, 45. Ideoque maior morbus maiori medicina curandus est, ne, si non debita vel quali decet austeritate vulnera magnum fętorem dantia[a] radicitus[b] resecata fuerint, totum corpus ecclesię tabefiat et nobis hęc sustinentibus ministerium nostrum exercere non liceat. Nos[c] enim Stefanum et Sergium[1] ad nos fraudulenter venientes recipere noluimus, sed eos ad vestram venire iussimus maiestatem. Ceterum, fili karissime, thesauros ecclesię nostrę ab eisdem nefandissimis[d] raptos[d] ac fraudatos ita sciatis ab ipsis etiam celatos, ut per eos, qui hic de suis satellitibus remanserunt, inveniri non possint. Illos vero, qui noverunt, ubi eos recondiderint[e], ne detegi possent, apud se callide retinent et, nisi ipsi capti fuerint, ubi sunt occultati, nos nostrosque penitus latet. Verumtamen, quid vel quantum ab uno et quantum ab alio quantumque etiam in domibus eorum reppertum sit, vestri iam dicti legati et scripto et verbis vobis, si placet, edicant[f].

DATA XVIII. KALENDAS DECEMBRIS[2], INDICTIONE X.

25.

Iohannes VIII. papa Karolo (Calvo) imperatori Adalgarium episcopum (Augustodunensem) pallio decoratum remittit ad patefacienda, quae male evenerant; de Ansegiso (archiepiscopo Senonensi) et Lamberto (Spoletino marchione) queritur.

876 Nov. 16[2].

Cod.: R f. 12 n. 25.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 307 n. 24 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 453 n. 17. Mansi Conc. coll. XVII, 22 n. 24. Migne Patr. lat. CXXVI, 697 n. 44. — Jaffé Reg. 3063 (2292).

IOHANNES[a] KAROLO[a] IMPERATORI[a].

Laudabilem quidem intentionem et pium studium vestrum pro causa ecclesię nostrę, matris videlicet vestrę, fili karissime, viscerabiliter habitum et bene dispositum cognoscentes innumeras Deo gratias, qui totius boni auctor et moderator est[b] quique docet hominem iustitiam, gessimus; ‘sed[c] impedivit nos Satanas’ et spes nostra frustrata est, 1. Thess. 2, 18. cum non ad votum nostrum et commune propositum finis rei processerit. Qualiter autem vel quo faciente ita causa provenerit[d], Adelgarius sanctissimus episcopus[3], quem nos vestri amoris causa ipsiusque[e] morum probitate non inmerito moti palliatum ad vos ecce remisimus, a maiestate vestra interrogatus, ut per fidem, quam vobis se illesam servaturum pollicitus est, adiuratus edicet. Illud[f] tamen nos interim ad memoriam vestram reducimus, quod nobis olim de Ansegiso et Lamberto specialiter quodam presagio futurorum tanquam providus revera pręnuntiastis[g][4]. Est enim ita gestum, ut prędvidistis, et nil vos ante latuit, quod postmodum intellectus nostri oculus[h] non aspexit; non enim recte cum eo, sicut episcopum decuit, ambulavit, sed[i] per versipelles anfractus

---

a) -ntia *in ras. R.* b) a *ante* radicitus *eras. R.* c) -os *in ras. R.* d) *corr. ex* nef—mi raptoris *al. man. R.* e) reconderint *R.* f) n *add. supra lin. R.*

25. a) *litteris minusculis, ut contextus, attamen miniatis script. R.* b) *corr. ex* es *R.* c) *corr. ex* sunt *al. man. R.* d) -rit *corr. ex* -rint *al. man. R.* e) -que *in ras. 3—4 litt. R.* f) *ras. ante* illud *R.* g) *corr. ex* pręnuntiatis *R.* h) oculis *R.* i) *corr. ex* sunt *al. man. R.*

1) *Secundicerium illum, hunc magistrum militum, fratrem eius, duces sectatorum Formosi olim episcopi Portuensis.* 2) *Notas temporis Hirsch in ‘Forsch.’ XX, 156 annot. 1 perperam in dubium revocavit.* 3) *Augustodunensis; de quo v. supra p. 22 annot. 4.* 4) *Lambertus, qui a. 871 (vel fortasse iam a. 867, cf. Lapôtre l. l. I, 255 annot. 3) a Ludovico II. imp. depositus erat, a. 875 ducatum Spoletinum a Karolo Calvo, qui familiae eius minime favit, ad instantiam, ut videtur, ipsius papae recepit, cf. Lapôtre l. l. I, 256. Ansegisus archiepiscopus Senonensis (v. supra n. 24, p. 22 annot. 3) parti eius adversus ecclesiam Romanam favisse videtur, cf. Lapôtre l. l. I, 310 annot. 1.*

incedens multum a via rectitudinis deviavit. Quod, cum exhibitum ad lucem veritatis extiterit, penitus evasurum[a] non credimus impunitum. Cuius scilicet certam[b] rei poteritis circumstantiam procul dubio deprehendere, si, ut prętulimus, idem almificus vir[1] sub testificatione vobis promissę fidei adiuratus[c] vos latere noluerit. Sane nosse vos volumus, quia, cum sępe memoratum antistitem adeo cognovissemus vobis esse fidelem, ut crederemus nullis muneribus nullisque terroribus a sue fidei erga vos habitę sinceritate posse divelli, adhęsit animę nostrę salutis[d] filius et idcirco inter pontificium nostrum et imperium vestrum mediatorem illum fore decrevimus, ita ut quasi vocis utriusque cf. Marc. 12, 10. sit organum referatque vestra nobis et[e], quę[e] nostra sunt, vobis annuntiet, ut lapis Eph. 2, 14. angularis habitus in Christo Iesu, 'qui est[f] pax nostra et fecit utraque unum'.

DATA XVI. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

26.

Iohannes VIII. papa Deltum episcopum (Ariminensem) in causa Petri Gradensis patriarchae et suffraganeorum Venetias properare et quattuor epistolas suas (nn. 18, 19, 17, 20) destinatariis tribuere omnesque ad synodum Romanam die 13. Feb. celebrandam citare iubet. *(876 Dec.)*[2]

Cod.: *R f. 12 n. 26.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 308 n. 25. Mansi Conc. coll. XVII, 23 n. 25. Migne Patr. lat. CXXVI, 706 n. 53. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 318 n. 2. — Jaffé Reg. 3072 (2301). Kehr Italia pontificia IV, 162.

(IOHANNES EPISCOPUS)* REVERENTISSIMO[a] DELTO[a] EPISCOPO[a 3].

Tuę dilectionis sinceritati pastoralis officii nobis sollicitudine iunctę, quam in consortium nostri laboris asciscere decrevimus, cognitum facimus, quia Petrus reverentissimus Venetiarum metropoleos antistes, multis suffraganeorum suorum gravatus molestiis et canonicę constitutioni[b] repugnantibus[c] malis oppressus, delegit corde devoto[d] sanctorum apostolorum Petri ac Pauli limina properare indeque salutis et optate consolationis opem percipere, ubi totius ęcclesię Christus Deus noster fundamentum locavit et religionis atque iustitię caput instituit. Et ideo quęrimoniis[e] eius aures clementię nostrę [inclinantes?][f] tam ipsi Urso Venetiarum duci quam suffraganeis eius episcopis, quorum sane inobedientia et temeritate canonicus vigor confusus, ecclesię Dei potestas exinanita et metropolitana dignitas corrupta existit, ut in conspectu nostro apostolicęque sedis pręsentia utriusque partis presentia existente liteque discussa finem causę debitum ęquo imponeremus libramine, litteras nostras direximus[4]; sed ipse dux excusationis verba potius quam quesitas a nobis personas statuto tempore maluit destinare. Unde nolentes prefatum fratrem et coepiscopum nostrum absque consolatione debita relinquere, rati sumus te vice nostra illuc dirigere, quatinus divino fretus auxilio ea, quę predicto fratri sunt necessaria, prudenter peragas[g] et[g] cum Domini timore cuncta perficias. Has igitur

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) -surum *corr. ex* -sarum *al. man. R.* b) certum *R.* c) *corr. ex* adiuratur *al. man. R.* d) -s *supra lineam add. al. man. R.* e) *corr. super* utque *al. man. R.* f) *corr. ex* es *al. man. R.*

26. a) *litteris minusculis, ut contextus, minio tamen script. R.* b) -tioni *in ras. R.* c) in repugnantibus *R.* d) -o *corr. ex* e *R.* e) o *corr. ex* u *R.* f) litteris *R; cf. p. 22 l. 12.* g) *corr. ex* peragrare *R.*

1) *Scil. Adalgarius.* 2) *Ad eundem fere diem ac alias, quae inibi laudantur, epistolas n. 17—20 referri debere hanc epistolam notis chronologicis carentem, manifestum est.* 3) *Ariminensi, 876—85.* 4) *Quae non exstant, et quidem praecesserunt paululum epistolas n. 17—20. Cf. n. 17, p. 15 annot. 1, n. 19, p. 17 annot. 5, n. 20, p. 18 annot. 3. Monticolo l. l. p. 319 annot. 4 epistolam n. 21 hic significari putat, sed inter d. 24. Nov. (n. 21) et 1. Dec. (n. 18) pro responso ducis* excusationis verba *proferentis non sufficiens temporis spatium intercedit. Immo responsum illud inter duas epistolas, benignam illam (n. 21), increpatoriam hanc (n. 18), Romam pervenisse videtur.*

apostolatus nostri litteras accipiens, pro utilitate et[a] salute[a] ecclesię Dei ceu idoneus Christi miles laborare satage, quoniam dicente apostolo labor noster non erit inanis in (cf. 1. Cor. 15, 58; 1. Thess. 3, 5.) Domino; et, si socii sumus laboris, erimus profecto et consolationis. Christo igitur duce[b] (cf. 2. Cor. 1, 7.) Venetiam perge Ursoque duci epistolam destinatam[1] tribue, eamque ut auribus audiendi (cf. Matth. 11, 15.) audiat, instanter admone[c], nec statutis apostolicę sedis resistere, quin potius humili corde obedire procuret; alteram vero epistolam[2] Felici sanctę ecclesię [Methamaucensis et Petro sanctę ecclesię][d] Equilensis episcopis, quos ad nos venire iubemus; tertiam[3] quoque Dominico Olivolensis ecclesię et Leoni Caprensis ecclesię episcopis, quos ibi manere volumus, eisque, ut in his, quę Dei sunt, te fideliter adiuvent[e], pręcepimus, tribue; quartam[4] vero Dominico electo[f] ecclesię Torcellensis dare procura, eosque terribiliter obtestando atque iubendo easdem epistolas in conspectu totius ecclesię et populi teque presente[5] legere facito. Quibus nimirum perlectis[g] tam eosdem episcopos supradictos, hoc est Felicem Matemaucensem[h] et Petrum Equilensem[i] episcopos nec non Laurentium archidiaconum Gradensis ecclesię, abbatem cenobii Altinensis, archidiaconum Torcellensem[k] et archipresbyterum Gradensem cum nepote suo Laurentio Romam in presentiam nostram ex nostra apostolica auctoritate idibus Februariis omni mora vel occasione postposita secundum tenorem epistolę nostrę venire pręcipe[l]. Nam si in predictis[m] idibus[m] venire quolibet modo distulerint[n], sciant se omni ecclesiastica communione esse privatos atque anathematis vinculis innodatos[o], quousque nostris se[p] optutibus presentare curaverint. Cumque omnia iuxta nostrę preceptionis[q] affectum pia et fideli devotione compleveris, ad ecclesię tuę revertere gremium nobisque sub certitudine cuncta renuntiare non differas, ut, si de cetero[r] aliqua super his agenda sunt, arbitrio sollerti et cura debita sollicitius[s] Deo propitio peragamus.

27.

Iohannes VIII. papa Richildam (imperatricem) rogat, ut pro Romana ecclesia apud imperatorem advocatoris fungatur officiis. *876 Nov. 16.*

Cod.: R f. 13 n. 27.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 309 n. 26 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 454 n. 18. Mansi Conc. coll. XVII, 24 [n. 26]. Migne Patr. lat. CXXVI, 698 n. 45. — Jaffé Reg. 3064 (2293).

IOHANNES[a] RECHILDI[a 6].

Quanto amore spiritualis filius noster piissimus imperator erga hanc sanctam matrem suam ecclesiam flagret, ex hoc manifestissime claret, quod[b] causam illius apud se specialiter exequendam et ordinandam in vestris proprie manibus collocavit. Cui enim congruentius et prestantius eam, quam pręceteris spiritualiter diligit, oro, committeret, quam vobis, quę ab eo sic diligi iubemini, sicut diligi a Christo iubetur ecclesia? (cf. Eph. 5, 23.) Unde magnopere gratulamur de vobis tot audientes pręconia et confidimus in Domino, quia onera, quę portamus tam a paganis quam a pessimis Christianis, vestri studii humeris

---

a) et salute *iterum script. et eras. R.* b) *corr. ex* ducem *R.* c) *corr. ex* ammone *R.* d) *om. R; cf. l. 13 et Monticolo l. l. p. 116 annot. 2.* e) adiubent *R.* f) *corr. ex* electus *al. man. R.* g) *corr. ex* perlectus *quod prius erat* perlectos *R.* h) Mate | mau- *corr. ex* Matam | au- *R.* i) Aquilensem *corr. ex* -si *R.* k) Roscellensem *R; sed cf. p. 16 l. 25.* l) *corr. ex* pręcipue *R.* m) predictis kalendis idibus *R.* n) *corr. ex* distulerit *R.* o) *corr. ex* innodantes *R.* p) seu *R.* q) prectieptionis *R.* r) *corr. ex* ceteros *R.* s) *corr. ex* sollicitus *R.*

27. a) *litteris minusculis sicut contextus, minio tamen script. R;* Auguste *add. in marg. man. s. XVII.* b) quo *R.*

1) *N. 18.* 2) *N. 19.* 3) *N. 17.* 4) *N. 20.* 5) *Scil. in conventu communis Venetici q. v. 'Arengo', cf. Monticolo l. l. p. 320 annot. 1.* 6) *Imperatrici, cf. n. 12, p. 11 annot. 1.*

cf. Esth. 9. alleviabitis et eritis pro ecclesia Christi apud pium coniugem more sanctę illius Hesther pro Israhelitica plebe apud maritum. Quia vero sępe ad Christianissimum coniugem vestrum semper augustum diversis pro necessitatibus[a] sive missos sive apices mittimus, ex hoc iam obsecramus et petimus, vos estote pro nobis ostium, lingua et manus, immo totum[b] pro nobis sitis, advocatoris fungentes officiis, et omnia pro nobis in omnibus facite[c], ita ut amici quidem et fideles ecclesię huius per vos apud coniugem[d] vestrum locum, apud vos inveniant aditum et salubre[e] in necessitatibus suis omnino remedium, e[f] contra vero inimici et infideles per vos confundantur et excludantur. Quia et nos pro vobis apud omnes et in omnibus erimus et pręcipue apud beatissimos apostolorum principes Petrum et Paulum, amatores et protectores vestros, ita ut paterno vos affectu semper fovere studentes et tanquam spiritualem filiam dilectionis nostrę sinibus collocatam in Christo tractare ac tegere perpetuo satagentes, apud eos commendare assiduis pręcibus studeamus et vestri memoriam ad sacrosancta corpora ipsorum semper deponere satagamus.
cf. Luc. 1, 48. Lętamur autem et iocundamur in Domino, quia[g] beatam vos et felicem dicent omnes generationes[h], quia, pio committente coniuge, tam salutiferum ministerium assumpsistis,
cf. Prov. 22, 1. per quod scilicet et in pręsenti sęculo nomen bonum, quod est super divitias multas, et cęleste acquiretis inter angelos et non finiendum imperium.

DATA XVI. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE X.

28.

Iohannes VIII. papa Karoli (Calvi) imperatoris gratiam implorat pro Wigbodo Parmensi episcopo. *876 (Nov.)*

Cod.: R f. 13' n. 28.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 310 n. 27. Mansi Conc. coll. XVII, 25 n. 27. Migne Patr. lat. CXXVI, 699 n. 46. — Jaffé Reg. 3065 (2294).

(IOHANNES EPISCOPUS)* KAROLO[a] IMPERATORI[a].

Quia desiderandam nobis et totis viscerum brachiis amplectendam dilectionem vestram nichil patimur ignorare eorum quam maxime, quę ad cumulum glorie[b] vestri noscuntur culminis pertinere, opere pretium duximus innotescere, Uuigbodum venerabilem ecclesię Parmensis antistitem[1] apostolorum adiisse limen et sedem tam orationis voto quam inveniendę per nos vestrę glorię desiderio. Cuius mentis arcana subtilius investigantes nos[c] planę minime latuisse fatemur, quod[d] et nunc sincere fidei erga pium imperium vestrum habendę teneatur affectu et hoc iam olim procul dubio rerum effectibus demonstrasset, nisi sibi esset a pię memorię priori principe[2] causa talis iniuncta[3],
cf. Philem. 12. quam sine sui discrimine floccipendere nequivisset. Unde rogamus, data venia suscipite nunc illum ut mea viscera, quia etsi forte quondam vobis erat inutilis, nunc autem vobis et nobis utilis[4]; quamvis forte non sit dicendus inutilis, qui fidem ante promissam custodiens simile circa vos servandę fidei dedit indicium, pręsertim cum sperans in

*) *add. man. correctoris R.*

a) nececessitatibus *R.* b) -um *in ras. R.* c) i *supra lineam add. R.* d) apicem *R.* e) -ubre *in ras. R.* f) *corr. ex* et *R.* g) quia | *corr. ex* qui | a *al. man. R.* h) *corr. ex* genenerationes *R.*

28. a) *litteris minusculis, sicut contextus, sed minio script. R.* b) g- *in ras. R.* c) *corr. ex* non *R.* d) -uod *in ras. R.*

1) *C. 857—895; cf. Affò 'Storia di Parma I (Parma' 1792) p. 163 sq.* 2) *Ludovico II. imperatore.* 3) *Wigbodus a. 872 legatus ab Angilberga imperatrice ad Karolum missus erat ad amicitiam iungendam cum eo post pactum Tridentinum de successione inter Ludovicum II. et Ludovicum Germanicum factum, sed spe frustratus erat. Cf. Dümmler l. l. II², 342. Idem Wigbodus etiam postea partibus Karolomanni Bavarici contra Karolum Calvum favit, cf. dipl. Karolomanni a. 879 Mai. 11 (Mühlbacher Reg. 1543 [1501]).* 4) *Cf. n. 11, p. 10 l. 28 sq.*

Domino non perdiderit, si mutaverit fortitudinem, dum scilicet nobis hunc informantibus, si quopiam contra vos usus est, pro vobis proponat iam totis viribus exercere. Unde non dubitamus illum se fortiorem erga fidei vestrę constantiam exhibendum, quam fuerit, quando contra imperium vestrum perhibebatur sentire. Ergo, clementissime imperator, quia[a] ab infantia crevit[b] vobiscum miseratio, recipite illum tanquam ab ipsa beati Petri apostoli patroni vestri confessione et super eo mercedem habere contendite, non imputantes ei, quod novissimus venerit, quia et bonus ille paterfamilias operarios undecime horę pares fecisse describitur his, qui tertia[c] hora venere. Sed et vos non minus diligitis militem, qui primo quidem[d] in bello terga dedit et postea rediens premit fortiter hostem, quam eum, qui nunquam terga dedit et numquam aliquid[e] fortiter gessit. Sed[f] quid multa? Cum ecce nos ei apud pium imperium vestrum, fili karissime, fidem dicimus, ecce nos pro illo vadem offerimus; tantum sic agat erga [eum][g] clementissima et serenissima pietas vestra, ut alii sub tegmen miserationis vestrę hoc comperto[h] alacrius confluant et per interventionem nostram quasi per immobilem pontem ad vos certatim transitum faciant. Siquidem[i] hic in signum est[k] [ad][l] apostolica tecta quoddam[m] positus: cunctos ad vos terrigenas aut bene dispositus invitabit, aut a vobis male tractatus terrebit. Nam difficile esse[n] credimus apud pietatem vestram quemquam per alios optinere, quod per Petrum et Paulum apostolorum eximios non poterit impetrare.

cf. Is. 40, 31; 41, 1. — cf. Iob 31, 18. — cf. Matth. 20, 1–16.

DATA UT SUPRA.

29.

Iohannes VIII. papa Waiferio principi Salernitano gratias agit de fidei constantia; de Adalgisii (principis Beneventani) eiusque complicum fraude queritur; episcopum Surrentinum, longius iam expectatum, Romam mitti iubet. *876 Dec. 18.*

Cod.: R f. 14 n. 29.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 311 n. 28. Mansi Conc. coll. XVII, 26 n. 28. Migne Patr. lat. CXXVI, 708 n. 55. — Jaffé Reg. 3074 (2303).

IOHANNES UVAHIFERIO PRINCIPI SALERNITANO[1].

Gloriosę nobilitati vestrę, quam spiritalibus ulnis amplectimur et dilectionis semper sinibus fovere non mediocriter anhelamus, condignas gratias agimus, quoniam in fidei petra statuens constantię pedes nec fluminibus nec ventis diversorum eventuum impetu potuit a stabilitate sua dimergi vel a nobis[a] prestitis[a] sponsionibus[a] aliquatinus amoveri; fundata enim est supra petram. Quę autem de Adelgisii[2] et complicium eius[3] prioribus ac modernis fraudulentis actibus indicastis, et ipsi veraciter sensimus, et sagacitatem tuam, ut se res habet, sensisse manifeste cognovimus. Erit autem eis ut Saul et Achaab et anima eorum pro anima inimicorum Dei, quoniam virum dignum morte dimittere minime formidarunt[4], nosque Deo favente cantabimus[b] et psallemus: 'In operibus manuum suarum conprehensus est peccator'; et[c] iterum[c]: 'Lacum aperuit et fodit eum et incidit in foveam, quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius', et cetera. Interim autem, quantum nos superna virtus adiuvare[d] dignata fuerit, et in consiliis et in auxiliis vobis

cf. Matth. 16, 18. — Ps. 9, 17. — Ps. 7, 16–17.

a) *corr. ex* quam *R.* b) v *corr. ex* b *R.* c) undecima *R.* d) -em *corr. ex* -est *R.* e) d *corr. ex* t *R.* f) si *R.* g) *om. R.* h) coperto *corr. ex* cumperto *R.* i) -em *corr. ex* -est *R.* k) et *R.* l) *om. R.* m) quadam *R.* n) *corr. ex* est *R.*

29. a) -s prestitis spon- *in ras. R.* b) cantavimus *R.* c) *in ras. R.* d) v *corr. ex* b *R.*

1) *V. supra n. 3, p. 3 annot. 1.* 2) *Principis Beneventani, 854—78.* 3) *Lamberti marchionis et Sergii ducis Neapolitani, quibuscum iunctus erat foedere Saracenis; cf. Dümmler III², 29.* 4) *Scil. quendam de fautoribus Formosi, cf. n. 24, p. 22 l. 31.*

ferre presidium non omittemus[a], sed piissimum filium nostrum semper augustum ad adiuvandum[b] vos tam per se quam per exercitum suum quantocius incitabimus[1]. Simili etiam modo et alios quosque fideles et ecclesię Christi amicos ad hoc ipsum excitare atque hortare studiosius procurabimus[c] atque omnia, sive quę nos cogitare, sive quę vos salubriter adinventa nobis intimare maturaveritis, gratulanter agere ingenti
Ps. 30, 25. cum gaudio festinabimus[d]. Interim autem state in fide, 'viriliter agite et confortetur cor vestrum', omnes, qui non in Sudan[2], qui Satan congruentius dicitur, sed speratis in Domino, ita ut omnes a paganorum consortio subducatis et vos ad pacem in invicem et concordiam uniatis in Christo Iesu domino nostro. Quicquid sane consilii vobis vel accreverit vel salutiferum visum fuerit, nobis innotescere ne pigritemini, ut a libramine nostro vel tanquam salubre abprobetur vel, si aliter cęlitus revelatum fuerit, aliter et dispensetur. Etenim nos vestra damna nostra credimus, sicut e contrario lucra vestra nostra procul dubio deputamus. Episcopum interea Syrrentinum[3], sive per terram sive per mare profectum, quia iam minus recepimus[e], haud parum moleste tulimus[f] et, nisi ocius mittatur, molestius[g] non inmerito sustinebimus[h]; at vero[i], si ad nos indifferenter fuerit destinatus, tunc magna et solita devotionis tuę recognoscemus indicia[k] et pure profecto circa pontificium nostrum dilectionis tuę sole clarius patebunt insignia. Optamus gloriam et cetera.

DATA XV. KALENDAS IANUARII, INDICTIONE X.

30.

Iohannes VIII. papa Landulfo episcopo Capuano de fide servata gratias agit et auxilium promittit. *876 Dec. 19.*

Cod.: R f. 14' n. 30.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 312 n. 29. Mansi Conc. coll. XVII, 27 n. 29. Migne Patr. lat. CXXVI, 709 n. 56. — Jaffé Reg. 3075 (2304).

LANDOLFO EPISCOPO CAPUANO[4].

Sicut de sanctitatis tuę devotione ab[a] olim erga hanc sanctam Romanam ecclesiam habita gratulamur, ita de infidelium et de inimicorum malivolentia contristamur, nullatenus de omnipotentis Dei misericordia diffidentes, quod et tibi condigna recompensatio et illis repentina confusio maturetur. Verum, ut condecet, reverentiam tuę fraternitatis laudabiliter amplectentes et gratias agimus et, ut in bono perseverare proficereque decertes, apostolica mansuetudine deprecamur, quatenus, qui in illis regionibus et sanctitate decoratus et devotione prelatus es, sis etiam contra tortitudinem regula et, sicut hactenus fecisse probaris, contra infelices felicitas et contra iniquos ęquitas atque lux
2. Cor. 4, 6. contra tenebras, sciens illius, 'qui de tenebris dixit lucem splendescere', solacium nobis et vobis citius affuturum et nimis diu afflictę Christi ecclesię omnipotentem Dominum consulturum. Preterea, quod de adiutorio, sicuti et ingens necessitas omnimodis postulat, a nobis conferendo deposcis, hoc et nos meditamur, hoc volumus et divina gratia protegente cito nos collaturos confidimus, quia iam calamitatem nobis commissi populi sustinere non possumus, iam devastationem terrę istius aspicere non sufficimus tantumque

a) omittimus *R.* b) adiubandum *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) b *corr. ex* u *R.* e) -mus *in ras. R.* f) -mus *in ras. R.* g) -us *in ras. R.* h) -mus *in ras. R.* i) ver- *in ras. R.* k) indi | cia *corr. ex* indi | dicia *R.*

30. a) ob *R.*

1) *V. n. 31; cf. etiam n. 22.* 2) *'Ssultân', vox arabica, audit 'princeps'; saepius vero apud Latinos auctores pro nomine proprio habetur; cf. MG. SS. III, 909.* 3) *Cuius nomen ignoratur.* 4) *Cf. n. 4, p. 3 annot. 5.*

dolemus, ut dici non possit, si omnes artus nostri vertantur in linguam [1]. Quapropter vellemus adhibito sanctitatis tuę consultu necessaria ad communem securitatem negotia pręvidere. Tamen pręter id, quod ad presens difficile posse fieri, ut ita dixerimus, cernitur, cum primum se nobis posse prębuerit, quamquam imperialem exercitum nos cito habituros speremus, hanc ipsam necessitatem spiritali filio nostro serenissimo semper augusto rursum significabimus[a] et, ut quantocius nobis potenti virtute subveniat, humillimis precibus exhortabimur[2]. Verumtamen 'prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, orationes eorum exaudiet et salvos faciet eos'. Ps. 144, 18–19.

DATA XIIII. KALENDAS IANUARII, INDICTIONE X.

31.

Iohannes VIII. papa Karolum (Calvum) imperatorem iterum deprecatur, ut Romanae ecclesiae promissum auxilium contra Saracenos aliosque inimicos iam viciniora Urbis devastantes quantocius mittat et legatos suos benigne suscipiat. *877 Feb. 10.*

Cod.: R f. 14' n. 31.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 312 n. 30 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 455 n. 19. Mansi Conc. coll. XVII, 27 n. 30. Migne Patr. lat. CXXVI, 711 n. 58. — Jaffé Reg. 3077 (2306).

KAROLO IMPERATORI.

Cum nos in ecclesiasticis curis instantia cotidiana constringeret et hinc inde populi nobis commissi continuus dolor, qui cuncta nostra interiora perculit, perturbaret, illud, ut ita dixerim[a], inter alia flevimus, quod nunc usque tam per terram quam et navigio ad vos nostrum missum dirigere[b] summo desideravimus studio, ut nobis vestram prosperitatem desiderantibus et anxie sitientibus renuntiaretur citissime sanitas[c] tua[c]; sed omnino nequivimus. Hinc fateor, fili karissime, tanta per utrumque iter[d] impedimenta[d] timuimus, quantum et per paganos et per iniquos Christianos sine respectu divini timoris generari mala, quę ętas nostra non meminit, deploramus. Tanta enim sunt, ut intra męnia Urbis reliquię populi innumerata paupertate affectę consistant et omnibus forinsecus devastatis[e] ac in solitudinem redactis nichil iam restet, nisi, quod Deus avertat[f], ipsius Urbis excidium. Sed et quantum nos Leo venerabilis episcopus[3], apocrisiarius[g] et missus sanctę Romanę ecclesię, communis quoque fidelis, a vestro servitio rediens de hoc, quod a vobis retulit, post[h] se[h] vestrum exercitum contra Agarenos esse mittendum, lętificaverat, tantum hucusque eundem nobis expectantibus, quia consecuti non sumus, validior meror et ineffabilis angustia contristavit, quia tota Campania ab ipsis Deo odibilibus Saracenis funditus devastata iam fluvium, qui a Tiburtina urbe Romam decurrit[4], furtim transeunt et tam Sabinos[i] quam sibi adiacentia loca prędantur. Sanctorum quoque basilicas et altaria destruxerunt, sacerdotes et sanctimoniales, alios quidem captivos duxerunt, alios autem variis mortibus necaverunt et omnem[k] Christi sanguine redemptum populum in circuitu deleverunt. Et quid dicam, aut quid loquar? Cum pervenerit gladius usque ad animam et sanguis omnium de terra clamet ad Deum. Ergo, cf. Ier. 4, 10. cf. Gen. 4, 10. precellentissimę cęsarum, iamiam nostrę calamitati succurrite, iam populi nostri miserias relevate[l], iam vestrę potentię manum porrigite et hanc terram, cuius vobis necessitates ab ipso vestrę vocationis initio notas fecimus, liberate, ne, si perdita fuerit, et vestrum

a) b *corr. ex* u *al. man. R.*

31. a) direxerim *R.* b) *in ras. R.* c) sanitates *R.* d) iter im- *corr. ex* inierunt *al. man. R.* e) devastis *corr. ex* devas *al. man. R.* f) advertat *R.* g) -us *corr. ex* -um *R.* h) *in ras. R.* i) Savinos *R.* k) omne *R.* l) u *corr. in* b *et iterum in* u *al. man. R.*

1) *Cf. S. Hieronymi Epist. 108, 1 (Migne XXII, 878).* 2) *V. n. 31; cf. n. 29 p. 28 annot. 1.* 3) *Gabinensis. Cf. supra n. 4, p. 3 annot. 6.* 4) *Anienem, hodie 'Teverone'.*

vilescat imperium, et tote Christianitati nascatur dispendium. Reminiscimini igitur propter Deum, reminiscimini, quia multa spe[a] et fiducia freti divinitus et humanitus ad imperii gubernacula promerenda pro vobis certamina sumpsimus nullique labori pepercimus[1], cf. 1. Cor. 15, 58. ideoque vicem nobis rependite, ut spes et labor noster non sit inanis in Domino; quia, cum hęc fuerit semper apud vos summa nostrę petitionis, si amplius nobis auxilium vestrum subtraxeritis, in desperationem lapsi deficiemus et forsitan ad aliut consilium[2] resumptis aliquantulis viribus necessario transcendemus. Non enim, sicut vos forsitan estimatis, mediocre[b] malum tota nostra ecclesia patitur, minimis status rei publicę damnis afficitur, sed alia Saracenorum incursibus, alia autem Christianorum ita sunt exterminata et devastata tyrannide, ut non nostra sint, quę nostra fuerunt, quin potius solo nomine omnibus illis utamur et vel ad defensionem patrię vel ad aliquam utilitatem nostrę ecclesię quorumlibet solacia numquam inveniamus. Pręcipuę autem hi[c][3], quos vestra non ignorat maiestas, non solum nulla nobis solacia conferunt, verum etiam, quicquid residuum est a paganis, impretermisse subtrahunt et omnem nostram dispositionem in territorio Romano suis violentiis calcant, adeo ut nec victualia nec ulla quadrupedia in omnibus nostris remaneant, nec ullum, qui nobis compatiatur vel nostros singultus aut gemitus doleat, oculus[d] noster[d] aspiciat[d]. Sed, quia tanto imperatori pauca sufficiunt et ex istis iam, fili karissime, quę nos pręgemitu et afflictione cordis loqui non possumus, universa alia cognoscetis, quasi humo prostrati vestram magnificentiam deprecamur et per futurum iudicium adiurantes cum tota nostra ecclesia vestro divinitus protecto imperio totis viribus suggerimus votisque[e] subplicibus pręces multas effundimus, ut contritę et omni humano solacio destitutę sancte matri vestrę Romanę ecclesię defensionem debitamque tuitionem cunctis remotis occasionibus cunctisque omissis dilationibus omnimodis prębeatis, quia, cum iam iuxta pręcipitium consistamus, nisi manu vestrę defensionis et necessariis nobis, sicut premisimus[f], immo sępius exoravimus[g], quantocius[h] opibus subvenire studueritis, spe vivendi per Christianos sublata, aut ipsis paganis subiciemur, aut, quod avertat divina potentia, ab eorum multitudine victi ad omnem Christianitatis interitum crudeli nece peribimus ac per hoc et Christi nomen in gentibus blasphemabitur, et vestrę opinionis ante acta studia oblivioni tradentur[i]. Huius rei gratia, sicut supra meminimus, oportunum adiutorium conferentes nobis vestrum exercitum ad hostilem expeditionem promptissimum destinate aliosque Deum per omnia diligentes missos, qui vitiorum flammas iustitię tramite usi compescant, nimia celeritate dirigite, quatenus, qui innumeris tribulationibus quatimur ac ęstuamus et pro populi nobis commissi miseriis cruciamur, vestris consolationibus refecti lętemur et per vos tranquillitate percepta optatam libertatem, sicut decet, per tam benignum imperatorem consequi mereamur. Postremo subtilitatem vestram deposcimus, ut latores presentium, Petrum[4] scilicet atque Petrum[5] venerabiles episcopos, missos apostolicę sedis nostrosque dilectos, iuxta morem benignę ac pacifice suscipere non dedignemini[6] et ea, quę piis vestris auditibus pro utilitate sanctę Romanę ecclesię in conspectu vestro retulerint, ad congruum ac oportunum effectum pervenire pro sanctis apostolis vestris intercessoribus apud Deum celeriter studeatis.

DATA IIII. IDUS FEBRUARII, INDICTIONE X.

a) *corr. ex* sep *R.* b) *corr. ex* mediocrem *R.* c) in (i *superscr.*) *R.* d) *corr. ex* oculi nostri aspiciant *al. man. R.* e) *in ras. R.* f) promisimus *R.* g) -mus *in ras. R.* h) -ci- *in ras. al. man. R.* i) trademus *corr. ex* -mur *al. man. R.*

1) *Scil. cum parti eius in adquirendo imperio a. 875 adversus Karolum et Karolomannum filios Ludovici Germanici faveret.* 2) *Scil. alium ad auxilium sibi ferendum futurum imperatorem adsciscendi.* 3) *Scil. Lambertus Spoletinus et Adalbertus Tuscensis, cf. n. 22.* 4) *Fori Simpronii.* 5) *Senogalliensem.* 6) *Haec legatio in die paschae a. 877 Karolum Compendio adiit, cf. Hincmari Ann. ad a. 877 (ed. Waitz p. 134), Dümmler l. l. III², 40.*

32.

Iohannes VIII. papa Karolo (Calvo) imperatori palmae bravium mittit et auxilium contra inimicos noviter expetit. *877 Feb. 13.*

Cod.: R *f. 16 n. 32.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 315 n. 32 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 461 n. 21. Mansi Conc. coll. XVII, 30 n. 32. Migne Patr. lat. CXXVI, 714 n. 60. — Jaffé Reg. 3079 (2308).

IOHANNES (EPISCOPUS)* KAROLO IMPERATORI.

Inter cetera, quę pro[a] [re][b] publica, quę vera crescente religione ab olim ecclesiastica facta est, vestrę pietati duximus intimanda, virentium vobis palmarum ecce bravium mittimus, quod apostolus non omnes, qui currunt, sed unum propter unitatem (cf. 1. Cor. 9, 24.) legitime certantium accipere protestatur. Quapropter, fili karissime, quasi pręsentes incurvatis[c] genibus et summisso capite deprecamur et obsecramus, ut ita legitimę celsitudo vestra in huius sęculi stadio pro Christi ecclesia currere, ita decertare contendat, ut non solum bravio victrix vestra dextera adornetur[d], verum etiam sacratissimum caput diademate glorię decoretur, immo pro visibilibus his et corruptibilibus non tantum palmam, sed et coronam accipiat incorruptam. (cf. 1. Cor. 9, 25.) Sed, eheu, clementissime imperator, ecce dum ad alia intenditis, mater vestra, sancta videlicet hęc ecclesia, quę vos spiritualiter genuit, periclitatur et in novissimum devenit exitium, hinc inde non solum tabernaculis hanc Idumeorum et Hismahelitum et Agarenis cotidiano gladio et captivitate [in][e] interitum (cf. Ps. 82, 7.) impellentibus, verum etiam falsis filiis Sarrę, quos optime nostis[1], in prędam et direptionem miserabiliter immittentibus, ita ut et illi sępe usque ad muros Urbis quamvis clandestinis horis pervenerint, sed et Tiberinum fluvium, qui olim Albula dicebatur[2], iuxta Sabinorum confinia pertransierint, et isti, qui nobis vicini sunt, ex altera parte ita sęviant et debacchentur, ut non hominem, non agrum, non iumentum, non pecus, non quicquam ex his, quę sancti Petri iuris existunt, dimittere patiantur, sed omnia, quę oculo vident, manu diripiant et mala, quę cogitant, sine mora perficiant. Hęc sunt, karissime, de innumerabilibus pauca, quę mater vestra[f], Romana pro dolor! diebus vestris perfert ecclesia, quasi non vos specialiter ex omnibus et pre omnibus amaverit, invitaverit et extulerit, vel quasi nos non vos auctore Deo in imperium coronaverimus et vobiscum in omnibus quasi cum sapientissimo Salomone, ut quondam ille fidelis Sadoch (cf. 3. Reg. 1, 32 sq.) sacerdos, adversus alterum Adoniam[g][3] minime steterimus[h], nec cuncta, quę pro vobis debuerimus facere, fecerimus, ad extremum quasi non hodieque manui vestrę speciali (cf. Is. 5, 4.) voto et pręrogativa plenam benedictione palmam, sicut et cernitis, destinemus adversus visibiles hostes et invisibiles triumphanti. Optantes enim vos de cunctis adversariis triumphare nichil aptius vobis quam ramos palmarum duximus offerendum, quos et pueri sternebant in via Domino Hierosolimam venienti antiquum hostem triumphaturo (cf. Matth. 21, 8.) et mundum victuro. Sed dicuntur multę vos impedire sollicitudines; hoc plane nec nos ignoramus, verum, ut cum Domino fateamur, 'et hęc oportuit facere, et illa non (Luc. 11, 42.) omittere'. Nam vobis, qui in agone contenditis, ut ad bravium supernę vocationis et ad capescendam coronam incorruptam perveniatis, ab omnibus aliis abstinendum est et (cf. 1. Cor. 9, 25.) legitime, ut prędiximus, decertandum. Quid autem magis legitimum, quam ut prę

---

*) *add. man. correctoris* R.

32. a) p̄ *R.* b) *om. R.* c) incurbatis *R.* d) n *corr. ex* ri *R.* e) *om. R.* f) nr̄a *R.* g) *in ras. al. man. R.* h) *in ras. R.*

1) *Scil. marchiones, cf. n. 31, p. 30 l. 12—13.* 2) *'Teverone', cf. Verg. Aen. 8, 331:* Fluvium cognomine Tibrim Diximus; amisit verum vetus Albula nomen. *Cf. etiam Plin. 3, 5, 9. — Cf. n. 31, p. 29 l. 32.* 3) *Karolum vel Karolomannum, aemulos eius in acquirendo a. 875 imperio, indicat; cf. n. 31, p. 30 annot. 1.*

omnibus et ante omnia Romanę curam habeatis ecclesię, quę ceterarum magistra est et mater ecclesiarum, quę vestro in tempore tantis ac tam immanibus subcumbit sine cessatione periculis. Denique, si hęc ecclesia, quę caput est, viget, cetera membra quamvis languida recuperandi fiduciam non amittunt, que nimirum omni robore[a] carent, si contingat solum caput forte languere, quanto potius, quod avertat Omnipotens, si contingat extingui. Unde iterum iterumque totis singultibus totisque imploramus pręcordiis et per Christum Dei filium suppliciter adiuramus, qui vos ad tantum provexit fastigium et imperium: vel nunc citatum extendite clementię brachium et periclitanti patrię, quin [cf. Matth. 14, 30.] potius mundo, auxilii iamiamque porrigite[b] dexteram. Ecce Petrus in commissis ovibus mergitur; erigite ergo eas vos a fluctibus, clementissime, si vos ipse ab excessuum alluvionibus erigat et vobis cęlestis atria regni intercessionum suarum clavibus reseret et [1. Cor. 2, 9.] vitę ęterne pascua invenienda inter angelos sine termino tribuat, 'quę oculus non vidit, nec auris audivit' et cetera.

DATA IDIBUS FEBRUARII, INDICTIONE X.

33.

Iohannes VIII. papa Richildam imperatricem implorat, ut apud (Karolum Calvum) imperatorem insistat, quousque Romanae ecclesiae oppressae auxilium ferret.

877 Feb. 10.

Cod.: R *f. 16' n. 33.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 314 n. 31 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 456 n. 20. Mansi Conc. coll. XVII, 29 n. 31. Migne Patr. lat. CXXVI, 713 n. 59. — Jaffé Reg. 3078 (2307).

RICCHILDI AUGUSTE[1].

Multo peracto iam tempore tam ad spiritualis filii nostri augusti quam ad vestram invisendam clementiam missos apostolicę sedis destinare desideravimus, quatenus et de utriusque[a] sospitate letiores efficeremur[b], et nobis commissę, sanctę scilicet matris vestrę, Romanę ecclesię calamitates atque oppressiones, quas a[c] paganis et ab iniquis Christianis[c] sine cessatione patitur, ad memoriam reducentes ab eodem augusto consolationem et optatam opem, sicut sperabamus, tandem aliquando consequi mereremur. Sed omnium viarum aditibus a malis obsessis hominibus plus nos compulit dolor lacrimas fundere, quam locus pateret ad vos nostros missos dirigere, quia ex uno, sicut diximus, Christiani, ex alio pagani ita nos crudeliter persecuntur, ut solis męnibus Urbis relictis omnia in circuitu longe lateque consumpta habeant et in solitudinem prorsus redacta. A quibus per tantum imperatorem relevari[d] iam credebamus et recuperationem aliquam vel medelam adipisci summopere prestolabamur, sed ecce pro peccatis nostris aliis negotiis implicatus nobis hactenus distulit ferre pręsidium. Et quia iam sustinere non possumus, gloriam vestram multipliciter deprecamur, ut vice nostra fretę sumatis in femineo[e] sexu virile pectus et pro amore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum ita est devastatum terminium, ut magis libeat flere[f] quam dicere, tamdiu apud piissimum imperatorem nostrum insistatis, quousque et contra paganos opem prębeat et Christianos compescere audeat[g]. Quoniam ideo illum tanto diademate ab olim quidem a nobis expetitum ac pręelectum decorare curavimus, ut sanctę Romanę ecclesię recuperatio et securitas, quam ademptam dolebamus, per pium studium eius, quo semper fruebatur,

---

a) -bo- *corr. ex* -bu- *R.* b) *corr. ex* porrigere *R.*

33. a) utrisque *R.* b) *inter* e *et* r *litt. eras. R.* c) a christianis et ab iniquis paganis *R; sed cf. p. 25 l. 36; p. 29 l. 23.* d) -ev- *in ras. R.* e) fimineo *R.* f) frere *R.* g) gaudeat *R.*

1) *Cf. ep. n. 31 eiusdem diei.*

rediret. Quapropter, karissima filia, per Deum vos adiuramus, oportune importune insistite, ut, antequam in ipsa urbe Romulea aliud periculum, quod Deus avertat, proveniat, manum suę defensionis exhibeat et hanc terram, quę sui imperii caput est, ad libertatem reducat[a], ne quando dicant gentes[b]: Ubi est imperator illius?[1] Quatenus[c] et nobis spes evadendi vivendique remaneat, et, priusquam hiemps vel ver transeat, contra eosdem paganos Romę sint illius exercitus pręparata subsidia; alioquin aut omnino peribimus, aut coacti, ut solam vitam redimere valeamus, eis, qui nobis dominantur, quomodocumque subiciemur. cf. 2. Tim. 4, 2.

DATA IIII. IDUS FEBRUARII, INDICTIONE X.

34.

Iohannes VIII. papa Aioni episcopo Beneventano gratias agit de litteris devotionis sibi directis; monet, ut fratrem (Adalgisium principem) ad partem ecclesiae Romanae convertat. *877 Feb. 1.*

Cod.: R f. 17 n. 34.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 316 n. 33. Mansi Conc. coll. XVII, 31 n. 33. Migne Patr. lat. CXXVI, 710 n. 57. — Jaffé Reg. 3076 (2305).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO AIONI EPISCOPO BENEVENTANO[2].

Susceptis atque relectis litteris sanctitatis tuę gratias omnipotenti Deo retulimus et pro tuę devotionis affectu proque sollicitudine, quam inquirendo de nostris eventibus habuisti, multum in Domino gratulati sumus. Decet enim et omnino coram oculis divinę maiestatis extat conveniens, ut hi, quos fideliores erga sanctam matrem cunctorum, scilicet Romanam ecclesiam, esse conspicimus, nostris affectibus, etsi non per corpus, per spiritum amplectantur et fraterna dilectione iuxta merita singulorum tractentur. De hoc autem, quod asseris te de nostra sanitate lętari, sicut e contrario de oppressione Saracenorum tristari, optime quidem, ut ita dixerim, quantum foris est, tangis, sed quantum intus est, iuxta tribulationem, quam patimur, non advertis; pręcipue cum pro populi nobis commissi vastatione solum nobis supersit sepulchrum et pro his, qui nobiscum certare debuerant, [cum][a] non solum inimicis Christi faveant, sed etiam nostro labori impediant, immensis angustiis estuemus. Sed in his non solum nobis orationibus a vobis subveniri precamur, verum etiam, quos a communi nostro certamine deviare cognoscis, et exemplo operis et verbo predicationis revoces, exhortamur. Ceterum, licet nostro itineri Neapolim[3], nobis pro maxima nostrę ecclesię necessitate nuper advenientibus, non adheseris, tamen, quod per pręsentiam[b] non egisti, per absentiam, si ille calor fidei in te viget, quem credimus, agere prorsus valebis. Bene enim tuo ministerio cedis, si et laborem nostrum, quem valde debiles corpore pro liberatione Christiani populi tunc assumpsimus, oportune advertis, et tribulationis, quam modo patimur, memor semper existis. Nam nunquam[c] consilium fratris tui[4] per aliquos tantum subverti potuit, quantum per tuę sanctitatis sollertiam immutatione[d] dexterę Excelsi non possit converti. cf. Ps. 76, 11.
Eia igitur, frater karissime, accinge episcopaliter lumbos tuos et medullitus fratrum nostrorum, pro quibus Christus suum sanguinem fudit, neces[e] atque dictu horrendam cf. Iob 38, 3; 40, 2.

a) *corr. ex* reducant *R.* b) *corr. ex* gens *R.* c) *primum* u *supra lineam add. R.*

34. a) *om. R.* b) pręsentia *R.* c) nun- *corr. ex* num- *R.* d) *corr. ex* immutatio ne *R.* e) *ras. in fine R.*

1) *Cf. Ps. 113, 2:* Ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? 2) *Filio Radelchis I. principis, fratri Adalgisii et Radelchis II. principum, qui sedit a. c. 870—85.* 3) *De hoc itinere cf n. 42, p. 40 annot. 4.* 4) *Adalgisii principis, de quo papa iam supra n. 29, p. 27 l. 31 queritur.*

2. Tim. 4, 2. captivitatem perpende et 'insta oportune, inportune' fratremque iam dictum monitis, immo verbis increpatoriis exhortare, ut nostros pios conatus sequatur et pro Christianis nobis certantibus opem tribuat, voluntatem extendat et opus te instante exhibeat, et misereatur Deus. Quid nobis proficit Christianum vocabulum, si opere Christiano caremus?
cf. 2. Petr. 2, 21. Quid prodest nobis cognovisse viam iustitię, quando post cognitionem retrorsum conversi cum inimicis Christiani nominis tam libere fędera copulamus? Ergo, sicut diximus, beneficiis sanctę Romanę ecclesię tua sanctitas non ingrata nobiscum laboret, nobiscum pro salute populi Dei in illis partibus cooperatrix existat[a] et nostro certamini favens sanctę Romanę ecclesię se devotam nomine et opere semper exhibeat. Quia si tu, sicut potes[b], peregeris, nec fratris tui nec alicuius hominis factum nostrum opus piumque laborem Christo iuvante apud vestrates ex toto dissipare valebit, quin potius incrementum per Iesum Christum dominum nostrum augebitur[c] et[c] labor proficuus apparebit[d].

DATA KALENDIS FEBRUARII, INDICTIONE X.

35.

Iohannes VIII. papa Anspertum archiepiscopum Mediolanensem monet, ne in promotione antistitis vel abbatis quicquam contra sacros canones, neve sine (Karoli Calvi) imperatoris consensu agat, cuius permissu abbas quidam a regii coenobii (s. Ambrosii) praepositura iniuste pulsus restituendus sit. *877 Feb. 27.*

Cod.: R f. 18 n. 35.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 317 n. 34. Mansi Conc. coll. XVII, 32 n. 34. Migne Patr. lat. CXXVI, 715 n. 61. — Jaffé Reg. 3080 (2309).

(IOHANNES EPISCOPUS)* ANSPERTO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI[1].

Laudamus sanctimoniam tuam, frater karissime, iustitię zelo ferventem, sed in promotionibus sive antistitis, sive abbatis nil profecto aliud gerendum possumus[a] exhortari, nisi quod sacri canones sanciunt, quos[b] nulli[2] sacerdotum licitum est ignorare vel quicquam facere, quod patrum possit regulis obviari. Verum quia in utroque filii nostri semper augusti[3] interfuisse perhibetur assensus, eius super hoc esse videtur expectandus adventus. Ad cuius cum tua sanctitas accesserit pietatem, credimus nil ecclesię Dei pręter paternas regulas illaturam. Moderatio quippe sedis apostolicę et universalis ecclesię dispositio in hoc periculoso tempore pene cuncta dispensatorie moderanda compellit. Quamvis autem pręsenti sit exuli consulendum, nil tamen est non extante ulla necessitate contra canones patrum agendum. Abbas autem, qui nullo comprobato crimine a regii est cęnobii prępositura depulsus[4], eiusdem piissimi principis permissu, precibus nostris tuę sociatis industrie, revocandus est. Non autem solum homicidam, sed et socium homicidę ab omni pręipositura pellendum decernimus. Hęc perpaucis fraternitati tuę scripsimus, ne sibi omnino rescribere supersedisse videremur. Ceterum, ut cum sancto Leone papa[5] dicamus, nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nichil

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) exhistat *R.* b) potest *R.* c) *in ras. R.* d) b *corr. ex* u *al. man. R.*

35. a) possimus *R.* b) *corr. ex* quod *R.*

1) *869—82.* 2) *Coelestini I. epist. ad epp. Apuliae et Calabriae, Dionysii Coll. decr. Coelestini c. 20 (ed. Migne LXVII, 277), Jaffé Reg. 371 (154).* 3) *Caroli Calvi.* 4) *De celeberrimo Mediolanensi regio coenobio s. Ambrosii agi videtur, licet abbatem eius (Petrum) tunc depulsum esse nusquam tradatur.* 5) *In epist. ad Flavianum ep. Constantinopolitanum, Decr. Ps. Isidor. (ed. Hinschius p. 581), Jaffé Reg. 420 (198).*

possumus incognitis rebus in cuiusquam partis prȩiudicium diffinire, priusquam universa, quȩ gesta
sunt, veraciter audiamus. Siquidem[a], ut ait apostolus, 'mediator unius non[b] est', qui sic Gal. 3, 20.
unam partem audit, ut alteri parti nichil reservet. Optamus et cetera.

DATA III. KALENDAS MARTII, INDICTIONE X.

36.

Iohannes VIII. papa archiepiscopis et episcopis in regno Karoli (Calvi) imperatoris constitutis nuntiat de angustiis Romanae ecclesiae; monet, ut imperatorem accedentes auxilium eius expetant. *876 Nov. (?)*[1]

Cod.: R f. 18 n. 36.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 318 n. 35 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 462 n. 22. Mansi Conc. coll. XVII, 33 n. 35. Migne Patr. lat. CXXVI, 716 n. 62. — Jaffé Reg. 3081 (2310).

OMNIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO IMPERATORIS KAROLI CONSTITUTIS.

Pristinis attriti miseriis et oppressi calamitatibus dilectissimi filii nostri magni
imperatoris Karoli, quasi de profundis ad Deum clamantes, tanquam ipsius Domini et cf. Ps. 129, 1.
Salvatoris nostri anxii expectabamus adventum et, ut ita dixerim, eius iteratum pro
salute nostra credebamus imminere descensum. Sed, pro dolor! tot ac tantis circum-
damur hinc inde periculis, 'ut tedeat nos etiam[a] vivere'. Ecce enim dominicarum ovium 2. Cor. 1, 8.
ab Agarenis, qui sunt filii fornicationis, necnon et ab his, qui solo sunt nomine Christiani, cf. Osea 2, 4.
aliȩ gladio trucidantur[b], aliȩ fame pereunt, aliȩ vero in prȩdam et captivitatem ducuntur;
sed et pastores earum, reverendi episcopi, profugi[c] et[c] vagi huc illucque palantes omni
penitus egestate tabescunt. Redacta est terra in solitudinem et ablatis ab illa hominibus cf. Ier. 50, 13.
ferarum saltus effecta est; civitates, castra et villȩ subversȩ nec, ubi earum fuerint
ȩdificia, innuunt; sed et venerabilia loca destruentes altaria Domini suffoderunt, ministros
et servos eius occiderunt. Facti sumus secundum psalmistam in derisum et contemptum cf. Ps. 43, 14.
his, qui in circuitu nostro sunt, dum illi aut vicinorum auxilio potiuntur aut saltem pacto
secundum apostolum tempus redimunt, quoniam dies mali sunt. Seminamus pedetemptim[d], cf. Eph. 5, 16.
quamvis in lacrimis, nec recolligimus[2], immo iam nec seminandi facultas suppeditat.
Sedet in tristitia domina orbis, mater ecclesiarum, magistra gentium, consolatio tristan-
tium[e] [3] et non est qui adiuvet, non est qui consoletur eam, nisi tu solus, o bone Deus,
etsi non re propter iniquitates nostras, sed spe, quȩ secundum apostolum non confundit. cf. Rom. 5, 5.
Quȩ, fratres karissimi, partim vobis significamus, (nam si per singula scribere temptasse-
mus, facilius nobis charta quam sermo deficeret), ut, sicut unum corpus sumus in capite cf. Rom. 12, 5.
Christo et alter alterius membra, ita nobiscum pariter condoleatis et compatiamini, quia
'si quid unum patitur membrum', ut doctor gentium ait, 'compatiuntur omnia membra'; 1. Cor. 12, 26.
et 'si compatimur, et corregnabimus[f]'. Condolentes autem nobis et compatientes acce- 2. Tim. 2, 12.
datis ad Christianissimum filium nostrum et consilium Domini ab eo non abscondatis,
suggerentes et exhortantes, ut perpendat, quis et quam terribilis sit ille, qui hunc ante
sȩcula huic prȩfuturum regioni prȩdestinaverit, et quam districte ab eo exacturus sit,
quod commisit[g], qui scilicet tam pretiosi sanguinis fusione, quod credidit, emit. Memi-
nerit etiam, quia et nos illum prȩ ceteris propinquis et ȩmulis eius amavimus[4], elegimus[h]

---

a) Si enim *R.* b) no- *in ras. R.*

36. a) -tiam *in ras. R.* b) -dantur *in ras. R.* c) profugient *R.* d) -tim *corr. ex* -tum *R.* e) tristitium *R.* f) b *corr. ex* u *R.* g) t *in ras. R.* h) eligimus, -li- *in ras. R.*

1) *E pluribus cum contextu epistolae n. 22 consonantiis (cf. sequentes annotationes) verosimile fit, hanc epistolam eodem fere tempore ac illam scriptam esse cf. NA. XXXVI, 139.* 2) *Idem in n. 22 (p. 20 l. 15 sq.) occurrit modus dicendi, unde unum eundemque in utraque epistola dictatorem deprehendimus.* 3) *Etiam haec eodem tenore in n. 22 (p. 20 l. 12 sq.) occurrunt.* 4) *Cf. n. 32, p. 31 annot. 3.*

et pretulimus. Unde et cum adversus omnes hostes ecclesię non solum defensorem, sed et patronum et advocatum nostrum existere proposuimus, ut, quod ei nos apud Deum esse satagimus, ipse inter homines pro nobis fieri non detrectet, pręcipue ut accelerans nobis subveniat et sine mora contra perfidos paganos et infideles succurrat. In quo sanctę fraternitati vestrę pręomnibus laborandum est, pro commisso scilicet sibi sacer-
I. 10, 3. dotali officio et quia, ut[a] cum propheta veridico fateamur, si hęc humiliatur, 'ad cuius confugietis auxilium vel ubi relinquetis gloriam vestram?'

DATA[b] UT SUPRA[b].

37.

Iohannes VIII. papa Landulfum episcopum Capuanum hortatur, ut legatos suos pro dissolvendo pacto a Sergio magistro militum (Neapolitano) et Docibili hypato (Caietano) cum Saracenis icto Caietam missos sollerter adiuvet. *877 Mart. 15.*

Cod.: *R f. 19 n. 37.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 319 n. 36. Mansi Conc. coll. XVII, 34 n. 36. Migne Patr. lat. CXXVI, 717 n. 63. — Jaffé Reg. 3082 (2311).*

(IOHANNES EPISCOPUS)* LANDOLFO EPISCOPO CAPUANO[1].

Noverit industria tua nos tam Sergii magistri militum[2] quam Decibilis hypati[3] epistolas suscepisse[4], quibus cognovimus eos excusabiles se velle coram nobis reddere temptavisse super contracto infando fędere, quod cum Saracenis impie pepigerunt nec absolverunt, in tantum ut gerulus earum referret iam fuisse dirruptum, nisi dilectio tua pro reverentia nostri nostrum in hoc expectandum arbitrium iudicasset, quamvis nec hęc ipsa ex toto crediderimus, eo quod de his nullam tuam** susceperimus. Verum quia nos prędictus Decibilis hypatus, ut missos nostros pro tanto bono et omni ecclesię profuturo perficiendo Caietam*** mitteremus[5], obnixe rogavit, ne neglegentia nostra diffamarent[a] tantam humani generis salutem postpositam, misimus illuc Uualbertum Portuensem[6] et Eugenium Ostiensem[7] sanctissimos episcopos, dilectos et consiliarios nostros, ut sive cum magistro militum sive cum missis eius loquentes pactum illud, quod perditionis est causa, dissolvi per omnia suaderent, in tuę maxime sapientię illos fiducia destinantes. Quapropter hortamur, ut sollertia tua tanto in hoc laboret, quanto non solum a nobis condignam vicissitudinem, sed et ab ipso Deo et domino nostro coronam
2. Tim. 4, 2. se percepturam in cęlestibus non poterit dubitare. Admonemus itaque, 'insta oportune,
Phil. 4, 7. importune', ut tam impio discisso fędere 'pax Dei, quę exuperat omnem sensum', nobis tandem cęlitus restituatur. Si qua vero inter hęc se ingerit inimica Deo contentio, tuę sapientię manibus detergatur, nulla simultas, nulla rerum vel glorię cupiditas a tanto lucro atque profectu vos subtrahat, quia, quicquid illud est, pacifice poterit post modicum dirimi et cum caritate nobis quoque mediantibus diffiniri. Certet ergo, laboret et satagat industria tua et in his vice nostra utatur et, quicquid agendum, quicquid communi ex placito fuerit constituendum[b], vice nostra faciat atque constituat. Alacriter

*) *add. man. correctoris R.*
**) .R. (= require) *supra lineam add. man. correctoris ob omissam, ut videtur, vocem* epistolam *R.*
***) .N. (= nota) Caietam *in marg. add. man. correctoris R; cf. NA. XXXVI, 97.*

a) *add. supra lineam R.* b) Data III. kalendas Martii indictione X *Editiones praeter Romanam.*
37. a) -ma- *supra lineam add. R.* b) construendum *R.*

1) *Cf. n. 4, p. 3 annot. 5.* 2) *Neapolitani, cf. n. 6, p. 5 annot. 2.* 3) *Caietani.* 4) *Quae non exstant. Cf. n. 41, p. 39 annot. 5.* 5) *Quo de conventu ante Coenam Domini (d. 4. apr.) habito cf. n. 39, p. 38 annot. 2, n. 41, p. 39 annot. 5, n. 42 p. 40 annot. 2.* 6) *876—83.* 7) *C. 870—c. 900.*

enim, quod tua dilectio constituerit et immobili placito fixerit, adimplere atque perficere procurabimus, nichil ut in hoc hęsitet dilectio tua, magnopere commonentes. Prędictis autem missis nostris missos tuos indifferenter et absque mora Kaietam dirigere procurato, qui de his omnibus cum eis salubriter tractare valeant et, quę sunt agenda, perficere. Optamus et cetera.

DATA IDIBUS MARTII, INDICTIONE X.

38.

Iohannes VIII. papa Frotharium de Burdigalensi ad Bituricensem metropolim transfert. *(876—77.)*[1]

Cod.: R f. 19' n. 38.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 320 n. 37 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 449 n. 11. Mansi Conc. coll. XVII, 35 n. 37. Migne Patr. lat. CXXVI, 718 n. 64. — Jaffé Reg. 3083 (2312).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO FROTHARIO, DUDUM QUIDEM BURDEGALENSI, NUNC AUTEM BITURICENSI ARCHIEPISCOPO.

Ad hoc nos divina provisio supernaque moderatio ecclesiis suis voluit pręesse rectores, ut dispersa congregare et servare congregata summo studio procuremus [et][a] non solum earundem ecclesiarum sollicitudinem, sed et[b] ipsorum quoque rectorum habeamus industriam et exerceamus sollertiam, quatinus, sicut rectoribus destitutis ecclesiis alios subrogantes consulimus[c], ita rectoribus vacantibus ecclesias Domini committentes providam curam nos earundem ecclesiarum gerere demonstremus, maxime his, qui, cum robusti pręliatores Domini sint, intra otiositatis angustiam arceri renuunt et per hoc expeditius contra vitia certaminum exercitia quęrunt. Quia igitur Burdegalensem ecclesiam totamque pene sub eius habitam regimine diocesin ita paganorum frequentis[d] gladii prędęque[e] continuę consumpsit irruptio[f], ut pene omne illic episcopale vacet officium, necessario pręvidimus Dei omnipotentis auctoritate beatorumque[g] Petri ac Pauli apostolorum principum fraternitatem tuam, cuius vacatio defectus est fidei et ferę virtutum omnium detrimenta, in ecclesia Bituricensi, quę vacare[h] pastorali cura dinoscitur, ab hac pręsenti decima[i] indictione pręferre simul et incardinatam pręficere, habito[k] in eadem Bituricensi ecclesia totius iure metropoleos ac dioeceseos priscis temporibus a sacris canonibus pręstituto et[l] in illa ecclesia catenus conservato, ita ut pastor eiusdem sanctę Bituricensis ecclesię, rector et antistes ex hoc revera dicaris, habearis et Christo propitio percolaris, ea, quę Dei sunt, iugiter agens et utilitati proximorum semper intendens. Qui vero contra huius apostolici[m] privilegii nostri statutum, quod necessitate barbarica et dispensatione cogente loci et temporis, exemplo etiam maiorum protulimus, agere forte temptaverit, divinis misteriis tandiu privetur, quamdiu minime resipiscens apostolico pręcepto per frustra manserit inobędiens.

DATA[n] UT SUPRA[n].

38. a) *om. R.* b) *supra lineam add. R.* c) consulibus *R.* d) frequentes, -tes *in ras. al. man. R.* e) -que *in ras. al. man. R.* f) -tio *corr. ex* -to *al. man. R.* g) -que *add. supra lineam R.* h) *corr. ex* vicare *al. man. R.* i) decime *R.* k) -o *corr. ex* -a *R.* l) ut *R.* m) *corr. ex* apostalici *R.* n) Data etc. ind. X. *Editiones praeter Romanam.*

1) *Certum tempus huic privilegio assignari nequit; aut enim una cum aliis ad eandem rem spectantibus epistolis n. 9, 13, 14, aut quibusdam mensibus post, si seriem registri in hoc sequi licet, prodiit.*

39.

Iohannes VIII. papa Docibili et Iohanni hypatis (Caietanis) gratias agit, quod foedus cum Saracenis initum solvere statuerint; monet, ut in eo studio perseverent. 877 Apr. 9.

Cod.: R f. 19' n. 39.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 321 n. 38. Mansi Conc. coll. XVII, 35 n. 38. Migne Patr. lat. CXXVI, 722 n. 68. — Jaffé Reg. 3087 (2316).

(IOHANNES EPISCOPUS)* DECIBILI ET IOHANNI HYPATIS[1].

Devotioni tuę pro labore fidei Christianę, quam excolis, gratiarum actionibus persolutis[2] iterum et iterum exhortamur, ut magis ac magis satagere et decertare et cęptum laborem ad perfectam ducere actionem procures, ut Christiani nominis viri paganorum
cf. Osea 2, 4. fędera fugiant et solum in Deum, qui eos creavit, et non in diaboli membra, quę sunt
cf. Ier. 50, 25; Rom. 9, 22. filii fornicationis et vasa irę, spem suam ponere discant. Quod cum egeris, salvabis
Iac. 5, 20. animam tuam et operies multitudinem peccatorum; dicit enim beatus Iacobus: 'Qui converti fecerit peccatorem ab errore vię suę, salvabit animam suam a morte et operiet[a] multitudinem peccatorum.'

DATA V. IDUS APRILIS, INDICTIONE X.

40.

Iohannes VIII. papa Pulcharim praefecturium Amalfitanum admonet, ut in disrumpendo foedere cum Saracenis facto omni diligentia laboret. 877 Apr. 9.

Cod.: R f. 20 n. 40.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 321 n. 39. Mansi Conc. coll. XVII, 36 n. 39. Migne Patr. lat. CXXVI, 722 n. 69. — Jaffé Reg. 3088 (2317).

(IOHANNES EPISCOPUS)** PULCHARI[a] PRĘFECTURIO AMALFITANO[3].

Admonemus, ut in omni virtute tua et sapientia tua labores atque decertes, ut illi homines[4] paganorum dirrumpere pacta procurent[5]. Quod si fecerint, nichil vobis vel illis denegabimus eorum, quę rite facere possumus, et pro nulla causa vel homine nos a communi vestra et eorum salute seu auxilio separabimus[b] nec illos aliquando dimittemus. At vero, si illi hoc facere recusaverint et conspicis eos nobis de die in diem tantummodo velle illudere, saltem tu fac secundum consilium tuum, quod scilicet inspirante Deo ex prudenti corde salutiferum protulisti. Quicquid autem de his factum vel non factum fuerit aut faciendum extiterit, tuis nobis vel missis vel litteris[c] citius indicabis, ut, quę deinceps nobis necessario sunt agenda, facilius et expeditius agamus, pręparemus et ordinemus.

DATA V. IDUS APRILIS, INDICTIONE X.

*) *add. man. correctoris R.*

**) *add. man. correctoris R.*

39. a) operit *R.*

40. a) A *supra lineam add. al. man. nigro incaustro R.* b) i *corr. ex* a *R.* c) *primum* t *supra lineam add. R.*

1) *Caietanis. Cf. n. 37.* 2) *Haec epistola videtur esse responsum ad ea, quae Caietani post conventum cum legatis apostolicis Caietae habitum, de quo loquitur n. 37 (v. p. 36 l. 23), favorabiliter papae remandaverant. Quem conventum ante diem paschalem (apr. 7), in quo papa responsum minus quidem favorabile ab altero collocutore, Sergio magistro militum Neapolitano, accepit, evenisse ex ep. n. 41 (v. p. 39 annot. 5) discimus.* 3) *Cf. n. 3, p. 3 annot. 2.* 4) *Scil. Docibilis et Iohannes, hypati Caietani, ad quos praecedens epistola n. 39 directa est. In ipso autographo epistolae minime ita scriptum fuisse apertum est, sed abbreviatio oportet esse aut illius, qui in registro duas has epistolas seriatim descripsit, aut minutae pro scribendo autographo confectae, quam descripsit registrator, cf. NA. XXXVI, 116 annot. 3.* 5) *Cui rei in conventu Caietano (cf. supra annot. 2) legati apostolici studuerant.*

41.

Iohannes VIII. papa Sergium magistrum militum Neapolitanum admonet, ut ab infidelium consortio declinet. *877 Apr. 9.*

Cod.: *R f. 20 n. 41.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 322 n. 40. Mansi Conc. coll. XVII, 36 n. 40. Migne Patr. lat. CXXVI, 723 n. 70. Capasso Monum. ad hist. duc. Neap. pertinentia I, 250 n. 7. — Jaffé Reg. 3089 (2318).*

(IOHANNES EPISCOPUS)* SERGIO MAGISTRO NEAPOLITANO[1].

Dum verbi Dei semen in pectore tuo etiam per memetipsum[2] post crebros missos (cf. Luc. 8, 11.) et litteras[a][3] seminassem, expectabam non verborum folia[b], sed fructus operum promereri; sed quia super hac parte spes nostra frustrata est, cogor in vocem Domini per Esaiam prophetam adversus Hisraheliticam plebem[c] prorumpere, clamans: 'Quid est, (Is. 5, 4.) quod debui ultra facere vineę meę, et non feci? An quod expectavi, ut faceret uvas, fecit autem labruscas?' Verum quia, ut cum apostolo dicam, 'eadem vobis scribere (Phil. 3, 1.) michi quidem non pigrum, vobis autem necessarium est', semel te[d] tuosque[d] adhuc admonere non abnuo, ut ab infidelium consortio declinetis et a tam prophano tandem aliquando fędere recedatis. Quodsi nos audieritis, non solum bona, quę cupitis, affluentius ex nobis habebitis, sed et magna pręmia cęlitus assequemini. Sin autem, non solum nos spiritali vos iterato gladio percellemus[4], sed et hi, qui non sine causa materiales (cf. Rom. 13, 4.) gladios portant, cum sint sanctę ecclesię validi defensores et fervidi zelatores, cunctis adversis et prosperis[e] conculcatis adversus vos non solum protinus arma corripient, et vindices contra vos impugnatores eius celerius properabunt. Quę nos scientes, quia vos anima et corpore salvos reddere cupimus, hęc vobis denuntiamus et cavenda pręcipimus. Ceterum miramur, quomodo vos in litteris vestris, quas in ipsa paschali festivitate suscepimus[5], inculpabiles temptetis astruere, cum piaculum vestrum totus, qui desertus est, mundus et sanguis de terra, qui effusus est, clamet. Pręveniente autem gratia Dei cito (cf. Gen. 4, 10.) credimus et vos resipiscentes a vinculo, quo annexi tenemini, convenientius absolvamini, et de tua tuorumque[f] salute ipsi cum celestibus choris pari gaudio perfruamur. Porro si missos destinatis fideles, quibus credere procul dubio valeamus, libenti eos et benigno suscipiemus affectu et, quicquid desiderio vel voto vestro sederit, gratanter amministrabimus, fidentes quod nil impossibile, nil allegaturi sint inconveniens; econtra vero, si finetenus pacti iugum [cum][g] infidelibus ducere forte proponitis, scitote profecto, quia, ut cum apostolo fatear, 'in virga veniam ad vos'. (1. Cor. 4, 21.)

DATA V. IDUS APRILIS, INDICTIONE X.

42.

Iohannes VIII. papa (Athanasium) episcopum Neapolitanum reprehendit, quod communionem cum nefando fratre, Sergio duce, non iam solverit. *877 (Apr.)*[6]

Cod.: *R f. 20' n. 42.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 322 n. 41. Mansi Conc. coll. XVII, 37 n. 41. Migne Patr. lat. CXXVI, 724 n. 71. Capasso Monum. I, 252 n. 8. — Jaffé Reg. 3090 (2319).*

---

*) *add. man. correctoris R.*

41. a) littas *R.* b) *corr. ex* folias *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) *corr. ex* et | uosque *al. man. R.* e) *primum* s *supra lineam add. R.* f) -que *add. supra lineam al. man. R.* g) *om. R.*

1) *Cf. n. 39, 40.* 2) *Scil. in itineribus vere a. 876 (cf. p. 3 annot. 3) et m. Ianuario a. 877 (cf. p. 40 annot. 4) factis.* 3) *De quibus praeter legationem et epistolam a. 875 (Jaffé Reg. 3012 (2251), Append. n. 54), notitias non habemus (cf. n. 6 p. 5 annot. 3).* 4) *Prima eius excommunicatio, quam papa in n. 6 se pronuntiaturum annuntiat (cf. p. 6 l. 18 sq.) autumno a. 876 facta esse videtur, cf. etiam Erchemperti Chron. c. 39 (ed. MG. Scr. rer. Lang. p. 249), Dümmler l. l. III², 29 ann. 2.* 5) *Die 7. apr.; cf. n. 39, p. 38 annot. 2; aliae sunt ergo litterae, ac illae, quarum meminit iam die 15. mart. in n. 37, p. 36 l. 17.* 6) *Ad idem fere tempus cum praecedentibus respicit haec epistola.*

AD EPISCOPUM NEAPOLITANUM[1].

Relectis[a] litteris tuis, quas cępto iam paschalis festivitatis officio in die magno suscepimus[2], nichil, quo lętificaremur, repperimus. Unde ingens tristitia et continuus dolor cordi nostro crevit et multiplicatus nos vehementer affligit[b], quia populum civitatis vestrę[c], que olim Dei, nunc autem principis tenebrarum effecta est, derelicto penitus Creatoris sui amore videmus iugum cum infidelibus ducere teque ideo fore obnoxium, cf. Is. 6, 5. quoniam in medio populi polluta labia habentis pollutum et[d] complicem habitare nec cf. Ez. 13, 5. toto annisu te velle murum[e] pro domo Domini, sicut idoneum Christi athletam oportet, contemplamur opponere, cum nos pro huiusmodi causa te ad tanti honoris culmen perducere procul dubio studeremus, quatinus te adiutorem et fidelem cooperatorem habentes oves Domini de tam immani profundo, quo[f] ab humani generis inimico summersas et retentas iacere conspiciebamus, abstrahere atque ad superna relevare[g] possemus, ut de illorum simul salute par apud retributorem[h] omnium Deum pro communi certamine meritum haberemus, sed ecce neglecta pastoralis officii cura, postposito divini timore iudicii, cum illis, quos aut corrigere et ad viam veritatis revocare, aut eos quasi gregem morbidum tot disciplinę salubris verberibus castigatum, salutem propriam nolentem recipere, vitare atque de medio eorum, sicut iam olim tibi ex divina auctoritate precepimus[i 3], exire debueras, nec amplius cum prevaricatoribus et consortium infidelium habentibus habitare presumeres, ut tuę devotionis sinceritate manifestius apparente reverentiam tuam, quam sacerdotii summi decoravimus infulis, in societate corporis Christi nobiscum haberemus coniunctam. Nos enim assidua quamvis corporis incommoditate tunc detenti essemus, volentes Neapolitanam civitatem ceu populum Domini cf. Ps. 99, 3. et oves pascuę eius nobis in ipso apostolorum principe commissas cum omni devotione cf. 1. Reg. 19, 5. 28, 21. salvare, non recusavimus laborem, quin potius posuimus animas nostras in manibus nostris dominicaque[k] voce admoniti[l] venimus[4] confirmare illos in beneplacito Dei ceu fratres et ut filios carissimos[m] coram Domino adiuvare; sed obdurato[n] ipsi corde nostras cf. Ps. 57, 5. preces et monita recipere atque ut aspides surdę audire despexerunt; teque secundum eorum votum et desiderium antistitem, quod non merebantur, ordinare non pretermisimus[5], multis super hoc aliis etiam[o] bonis promissis, si nostrę voluntatis desiderium[p] devota mente complessent. Nunc autem vel illis incorrectis existentibus et ad[q] percutientem se redire nolentibus vel tibi cum ipsis habitanti et idcirco a divinis omnibus cum eis pariter sequestrato quomodo pacto, antequam resipiscentes ad viam salutis et iustitię revertamini, parcere aut a nexu ecclesiastici vos iudicii valemus absolvere? Absolvite ergo vos prius colligationes impietatis et fędus impium, quod cum inimicis Christi habetis[r] compositum, et nos ilico misericordiam, quam Deus noster ecclesię suę in Spiritu sancto dedit facere posse, nullatenus vobis iam conversis tribuere omittemus. cf. Ezech. 21, 6; Is. 58, 9. Nam sicut vere satisfactionis confessoribus[s] parcendum est, dicente Domino: Cum conversus ingemueris, salvaveris[t] et adhuc te loquente dicam: Ecce assum[u], ita vero in scelere impio manentibus miserendum non est, quoniam misericordiam aliquam vobiscum

42. a) *corr. ex* relictis *al. man. R.* b) affliegit *corr. ex* afflicti *al. man. R.* c) nrę *R.* d) ex *R.* e) *corr. ex* mirum *al. man. R.* f) qd *R.* g) -ev- *in ras. R.* h) *secundum* t *in ras. R.* i) pcipimus *R.* k) q; *corr. ex* que *R.* l) ad- *corr. ex* am- *R.* m) -mos *corr. ex* -mus *R.* n) -to *corr. ex* -tu *R.* o) etiam *corr. ex* et | iam *al. man. R.* p) et desiderium; *excidit forte* votum *vel simile quid R.* q) id *R.* r) *inter* e *et* t, e *eras. R.* s) *primum* s *add. supra lineam R.* t) *primum* v *corr. in* b *et iterum in* v *R.* u) *corr. ex* adsum *al. man. R.*

1) *Athanasium II. Cf. n. 6, p. 5 annot. 1.* 2) *I. e. in Coena Domini, d. 4. apr., tribus diebus ante Sergii magistri militum epistolam, cf. n. 41, p. 39 l. 22.* 3) *Cf. n. 6.* 4) *Hoc iter Neapolitanum, cuius iam meminit in n. 34, in mense ianuario accidisse bene docuit Jaffé I, 391 (266); Lapôtre l. l. p. 311 annot. 1 perperam in dubium revocat.* 5) *Quod secundum Petrum subdiac. Gesta episc. Neap. c. 66 (ed. MG. Scr. rer. Lang. p. 436) in ecclesia s. Nazarii, in loco q. d. Canzia, territorio Capuano, evenit. Cf. Dümmler, l. l. III², 29 annot. 2.*

ante fructum dignum penitentię facere omnino nequimus, eo quod misericordia sine controversia queri debet, ut salus sit disciplinę. Nam, dicente sancto Gregorio[1], sępe pietas per immoderatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercit, quę parcenda non sunt. Peccata enim, quę feriri gehenne ignibus possunt, disciplinę sunt verbere corrigenda. Sed inordinata pietas, cum temporaliter parcit, ad ęternum supplicium pertrahit. Unde vobis resipiscentibus, ne in futuro pereatis, parcere optamus. Preterea si frater tuus, Neapolitanorum videlicet dux[2], per suos idoneos legatos nobis optata et ea, quę oportet, veraci relatu perficienda direxerit, eos gratissime recipientes, quicquid ratione sagaci retulerint, perficere pro ecclesię Dei utilitate atque salute procul dubio parati erimus. Age igitur et desudare[a] pro communi prosperitate, immo pro salute tua et civium tuorum non desistas, arguens, obsecrans et increpans cum omni imperio, ut labor tuus fructum desiderabilem [cf. 2.Tim. 4, 2.] in domo Domini, pro quo digne remunereris, afferat.

DATA UT SUPRA.

43.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) regem (Alamannorum, fil. Ludovici Germanici) de spoliatione monasterii (s. Salvatoris et s. Iuliae) Brixiensis et thesauri Angilbergae (imperatricis) occasione adventus eius in Italiam (a. 875) facta, reprehendit; ut ablata reddat et missum Romam dirigat, postulat. *877 Mart. 27.*

Cod.: R f. 21' n. 43.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 324 n. 42. Mansi Conc. coll. XVII, 38 n. 42. Migne Patr. lat. CXXVI, 719 n. 65. — Jaffé Reg. 3084 (2313).

(IOHANNES EPISCOPUS)* KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Cum generositatem tuam tanta claritas prosapie regalis extollat, miramur et obstupescimus, quomodo hanc tam sinister longe lateque discurrens rumor obnubilet asserens et affirmans te Italiam ingressum[a][4] ad monasterium accessisse ancillarum Dei apud Brixiam constitutum[5] indeque, cum illic ipse morareris, tyrannicę[b] thesaurum ablatum tam ipsius venerabilis monasterii quam dilectę filię nostrę Angelberge[6] Dei cultricis, quos sibi ad ipsius pręcipue cęnobii sustentationem procul dubio reservaverat[c]. Unde mętore[d] vehementer afficimur[e] dolentes gloriam tuam ad tam immane sacrilegii genus dilapsam et instar cuiusdam gentilis regis[7] vasa domus Dei ad usus proprios inflexisse [cf. Dan. 1, 2.] conatam; atque ideo dilectionem tuam in Christi visceribus esse cupientes monemus [cf. Phil. 1, 8.] et sacris convenimus eloquiis cum psalmista fatentes: 'Nolite sperare [in][f] iniquitate et [Ps. 61, 11.] in rapinis nolite concupiscere.' Si qua ergo a prędicto pio loco, sive gloria tua sciente sive nesciente, ablata sunt, industria tua diligentissime requirantur et inventa in eo sine mora sub omni integritate restituantur, ne, quod absit, si aliter egeris, et Deum contra te ad iracundiam provoces, et decus tuę regie nobilitatis offusces atque nos ad hęc severius secundum ministerium nostrum punienda commoveas. Denique, nisi post lectam

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) s *corr. ex* f *R.*

43. a) *corr. ex* ingressus *R.* b) tyrannę, *ras. inter* n *et* n *R.* c) -va- *in ras. R.* d) *corr. ex* memore *R.* e) *corr. ex* afficimus *al. man. R.* f) *om. R.*

1) *Homil. in Ezech. II, 7 [19] c. 7 (Migne LXXVI, 1017).* 2) *Sergius.* 3) *Ludovici Germanici filio natu minimo, qui in divisione regni a. 876 Nov. Alamanniam sortitus erat, a. 879 Italiam a Karolomanno fratre accepit, postea a. 881 imperator coronatus est.* 4) *A. 875 ad pugnandum contra Karolum Calvum; cf. Mühlbacher Reg.² 1512 (1470).* 5) *'S. Giulia di Brescia.'* 6) *Imperatricis, viduae Ludovici II.* 7) *Nabuchodonosoris.*

hanc nostri apostolatus epistolam intra sexaginta dierum spatium thesaurum illum sine aliqua diminutione reddere proposueris, ita ut missus tuus Romam in presentiam nostram veniens, sive reddideris nec reddideris quidve hinc agendum delegeris, veram et idoneam exposuerit rationem, eo usque sis extunc excommunicatus, quousque ab omni te rapinę communione reddideris alienum, durioribus deinceps te sciens verberibus erudiendum, si his interim levibus tactus resipiscere forte contempseris. Amamus enim te more paterno et ab hac secunda idolorum servitute volumus[a] scire liberum et immunem; Col. 3, 5. etenim 'avaritia', secundum apostolum, 'servitus idolorum'. Optamus et cetera.

DATA VI. KALENDAS APRILIS, INDICTIONE X.

44.

Iohannes VIII. papa Angilbergam (imperatricem) consolatoriis litteris commonet, ut Karolo (Calvo) imperatori fidei et sincerae devotionis exhibeat integritatem.

877 Mart. 27.

Cod.: R f. 22 n. 44.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 325 n. 43. Mansi Conc. coll. XVII, 39 n. 43. Migne Patr. lat. CXXVI, 720 n. 66. — Jaffé Reg. 3085 (2314).

(IOHANNES EPISCOPUS)* DILECTĘ FILIĘ INGELBERGE CHRISTO DICATE[1].

Eo nos, filia karissima, nec alio circa dilectionem vestram flagrare affectu noveris,
cf. Iac. 1, 17. quo fuimus, quo etiam olim persistere proposuimus: nescit enim dilectio vicissitudinum[a]
cf. 1. Cor. 13, 8. obumbrationem nec defectum patitur, cum secundum apostolum numquam excidat[b].
Huius rei gratia consolatoriis his et exhortatoriis prudentiam vestram litteris commone-
Rom. 5, 3–5. mus, ne deficiatis in tribulationibus, 'scientes', docente apostolo, 'quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit'.
2. Cor. 4, 18. 'Omnia enim, quę videntur, temporalia sunt; quę vero non videntur, ęterna.' In his ergo cor figi, in his debes[c] totis radicibus inhęrere, carissima; unde sapientia vestra sanctos,
cf. Phil. 2, 15. qui patientię[d] in mundo claritate quasi luminaria refulserunt, prę oculis habeat et ita
cf. Phil. 3, 14. inoffensis ad palmam supernę vocationis gressibus tendat, quam videlicet habituri sunt
cf. Luc. 21, 19. illi, qui oraculo Dominico imbuti in patientia sua ponunt animas suas. Nichil enim
cf. 1. Cor. 15, 26. inimica mors vel manus abstulit, quod vita, quę Christus est, et ipsius provida dextera in melius non transtulit atque restituit. Abstulit mortalem illa maritum, sed ista se ipsam ęternum obtulit[e] sponsum; unde, quę terreni vocabamini uxor imperatoris, cęle-
cf. 1. Cor. 9, 25. stis iam regis multo pręstantius dicimini coniunx. Ademptum est corruptibile diadema, sed pręparatur incorrupta corona; remota sunt decoramenta, quę veterescunt, sed reposita sunt vobis ornamenta, quę non marcescunt. Et quid plura? Pro ęrumnoso et
Ps. 76, 11. phantastico regno percipietis felix et verum imperium et revera 'hęc est immutatio dexterę Excelsi'. Verum cum sapienti vobis et que nostis de paucis plura pensare pauca sufficiant, his ita pręlibatis dilectionem vestram merito commonemus, ut spirituali filio nostro Karolo piissimo imperatori pure fidei ac sincerę devotionis exhibens semper integritatem omnes ad eius mansuetudinem attrahat et salubribus monitis inviolabilem
Rom. 13, 1–2. ei fidem servare demonstret. 'Non enim est potestas', ut apostolus ait, 'nisi a Deo' et, 'qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.' Nos autem, quia illum divinitus, ut

---

*) *add. man. correctoris R.*

a) volemus *R.*

44. a) -um *in ras. R.* b) excedat *R.* c) -s *in ras. R.* d) -ę *corr. ex* -a *R.* e) contulit *R.*

1) *Imperatrici, viduae Ludovici II., quae monasterio s. Salvatoris et s. Iuliae Brixiensi tunc praeerat; cf. n. 43.*

credimus, acti semel elegimus[1], perpetuo tanquam filium karissimum omni conatu diligimus, ita ut ipsius amicos et inimicos nostros amicos et inimicos existere teneamus. Si qua vero sunt vobis ab eius clementia impetranda, per nos, credimus, cum vobis libuerit, indifficulter optinere valebitis; quod et nos libentissime pro memoria priscę benignitatis vestrę geremus, et idem pius augustus pro Dei sanctorumque apostolorum, sed et nostri dilectione animo gratanti concedet. Optamus dilectionem vestram bene in Christo valere, dilectissima filia.

DATA VI. KALENDAS APRILIS, INDICTIONE DECIMA.

45.

Iohannes VIII. papa Wigbodo episcopo Parmensi ad colloquium suum quantocius accelerare praecipit; epistolas suas (nn. 43, 44) eis, quibus directae sint, asportari faciat.

877 Mart. 27.

Cod.: R f. 22' n. 45.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 326 n. 44. Mansi Conc. coll. XVII, 40 n. 44. Migne Patr. lat. CXXVI, 721 n. 67. — Jaffé Reg. 3086 (2315).

⟨IOHANNES EPISCOPUS⟩* VVIGBODO EPISCOPO PARMENSI[2].

Devotionis tuę affectus non inscii grates condignas rependimus[a]; quia vero sanctitatem dolere[b] tuam cognoscimus pro eo, quod a nobis nichil sibi laboris iniungatur, nil esse noveris aliud, nisi, quia novimus te multis huius temporis procellarum fluctibus irretitum. Verum quia nobis multa incumbit necessitas et tua promptissima claret alacritas, hortamur, ut, quoscumque potes et quomodocunque[c] potes, ad defensionem huius sanctę principalis ecclesię filiorum excites, incites et, prout necessitas urguet, impellas[d]; sed et ipse cum his, qui tibi adhęrent[e], ad colloquium nostrum accelerare ne pigriteris, quatinus[f] communi consilio auxiliante Deo gens impia nostris eliminetur e finibus. Hoc est, quod exigimus, hoc est, quod ante speciali voto[f] deposcimus. Quę vero de mittendis[g] quibusque litteris nostris suggerere voluisti, votis tuis, prout temporis qualitas et causarum dispensatio concessit, gratanter annuimus et non solum hoc, sed et, quę possumus, tanto circa sanctimoniam tuam exhibere libentius volumus, quanto hanc prę ceteris illis in partibus constitutis alacrius et instantius, quę nostra sunt, exequi contemplamur. Epistolę autem ipsę[3], quibus misse sint, superscriptione earum monstrabitur[h], quas ipse procul dubio ad eos, quibus directę sunt, facies[i] asportari. Esto itaque fisus in nobis et 'viriliter age et confortetur cor tuum et sustine Dominum' et 'accinge Ps. 26, 14. Iob 38, 3; 40, 2.
sicut vir lumbos tuos' et accelera, ut dilectionem tuam superius commonuimus. Optamus sanctitatem tuam et cetera.

DATA VI. KALENDAS APRILIS, INDICTIONE X.

---

*) *add. man. correctoris R.*

45. a) reperdimus *R.* b) *corr. ex* dolore *R.* c) *corr. ex* quomodoscunque *R.* d) s *corr. ex* t *R.* e) -nt *in ras. R.* f) (quati)nus — vo(to) *in ras. R.* g) -s *corr. ex* t *R.* h) monstrabit, b *corr. ex* u *R.* i) *corr. ex* facias *R.*

1) *Scil. in imperatorem.* 2) *Cf. n. 28, p. 26 annot. 3.* 3) *Praecedentes duas epistolas nn. 43, 44, eadem die scriptas, indicare videtur.*

46.

Iohannes VIII. papa Aioni episcopo Beneventano de fide servata gratias agit; ut in dissolvendo Saracenorum foedere laboret, deprecatur: praecipit, ut per fratrem (Adalgisium principem) epistolam suam de adiutorio mittendo (n. 47) ad (Gregorium) primum Graecorum Beneventum venientium dirigat. 877 *Apr.* 17.

Cod.: *R f.* 22' *n.* 46.

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 326 n. 45. Mansi Conc. coll. XVII, 41 n. 45. Migne Patr. lat. CXXVI, 725 n. 72. — Jaffé Reg. 3091 (2320).*

AIONI EPISCOPO BENEVENTANO[1].

Perspectis apicibus sanctitatis tuę, quantum in te divini amoris ardor efferveat, luce clarius recognovimus et, quantum erga sanctam Romanam ecclesiam devotus existas, nichilominus advertentes pro tanta tibi benignitate multiplices gratias agimus et sanctimoniam tuam ad nostri profectum certaminis dignis pollere successibus ab Omnipotentis clementia postulamus. Vere etenim, frater karissime, laudibus es extollendus, qui tribulationes nostras, quas[a] pro populo nobis commisso patimur, quasi pręsens[b] intuens[c], nobiscum gemens et dolens ad has auferendas providum commilitonem et cooperatorem nostrum non indebite te velle esse in omnibus asseveras[d]. Nec aliud itaque de tua sanctitate credimus, nec aliud suspicamur, nisi ut, quamvis corpore absens sis, spiritu a nostris singultibus numquam desis et, quam dolendum sit, quod fideles cum infidelibus tam perniciose iunguntur, liquidius et ipse perpendas. Huius rei gratia, quia multis studere[e] loquelis, ne magis[f] multiplicare[g] verba quam gemitus videamur, non expediat, pręcipue quia tua fraternitas ipsos invisibiles merores[h] nostros, sicut in litteris tuis[2] conspicimus, non ignorat, per illum, qui te sacerdotem suum constituit, tuam reverentiam adiuramus suadentesque modis omnibus deprecamur et auctoritate principum apostolorum fraterno freti amore precipimus, ut omnibus viribus tuis omnique posse tuo labores tam scilicet cum germano fratre[3] quam cum aliis Christicolis in hoc opem ferre valentibus, ut impia Agarenorum fędera, quę Neapolitani vel sui consocii cum inimicis Christi nominis inierunt[4], Christo miserante quantocius destruantur et pax atque concordia fidelium per eundem Christum dominum reformetur, quatenus corpus sanctę Dei ecclesię, pro qua sanguis fusus est Christi, in suis membris non laceretur et, quę sit vera religio atque perfecta caritas, agnoscatur. Quia, licet vos vel omnis forte mundus mala, quę imminent, lugeat, nos tamen tantum prę omnibus affligimur ac dolemus, quantum prę omnibus sollicitudinem atque curam regendarum Christi ovium nos suscepisse perpendimus; ideoque, quia plus omnibus laboramus, ut per vos labor noster usque ad efectum proficiat, specialiter deprecamur. Inter hęc autem karissimum fratrem, quęsumus, exhortare, ut epistolam nostram ad primum Grecorum illuc venientium[i5] cito transmittat et suis eum deprecationibus moneat, ut omni amota occasione vel decem dromones in adiutorium nostrum statim dirigere nunquam omittat, quia nos cooperante[k] gratia Christi tam cum karissimo filio nostro Lamberto glorioso duce[6], qui nobis in omnibus hęret[7], quam cum aliis Deum timentibus desudabimus, ut et impium fędus cum Agarenis habitum dissolvatur, et libertas vel aliquanta securitas Christiani populi renascatur. Postremo,

cf. 1. Cor. 15, 10.

46. a) *add. in margine al. man. R.* b) *corr. ex* pręsentes *al. man. R.* c) innuens *R.* d) *in ras. R.* e) stude *R.* f) magnis *R.* g) multiplicare multiplicare *R.* h) *corr. ex* memores *R.* i) *ras. inter* i *et* e *R.* k) quo operante *R.*

1) *V. supra n. 34, p. 33 annot. 2.* 2) *Responsoriis, ut videtur, ad epistolam n. 34, quae vero non exstant.* 3) *Adalgisio II. principe.* 4) *Cf. n. 39—42.* 5) *Gregorium; cf. n. 47.* 6) *Spoletino.* 7) *Longe aliter de eo m. Nov. 876 scripserat, cf. n. 22, 24; sed legatio m. Dec. ad eum missa (cf. n. 23) prospere evenisse videtur.*

qui, sicut diximus, plus omnibus necessario laboramus, nullum laborem nullamque tolera- cf. 1. Cor. 15, 10. bilem molestiam corporis recusabimus, quominus adiuvante Domino pro tantis necessitatibus vobiscum[a], pręveniente Christo laborem nostrum, viriliter insistamus[b]. Forsan omnipotens Deus adhibitis tuis laboribus tantorum pereuntium miserebitur et dolores nostros auferens fędera cum iniquis paganis a vestratibus facta dissolvet, ubi, rogamus, cunctis conatibus sudes, quia tanto de profectu tui certaminis letari speramus, quanto te in hoc opere cooperatorem nostrum habere confidimus. Interim magnopere postulamus, ut, quicquid sive de dromonibus dirigendis, sive de impiis pactis solvendis per tuam sollertiam vel per fratris tui obędientiam effectui fuerit datum, citissime nobis sancta tua fraternitas scriptim significare procuret.

DATA VX.[c] KALENDAS MAII, INDICTIONE X.

47.

Iohannes VIII. papa Gregorium imperialem paedagogum a Basilio (I.) imperatore cum exercitu Beneventum missum salutat; rogat, ut sibi decem chelandia quam citius ad litora a Saracenis expurganda mittat. *877 Apr. 17.*

Cod.: R f. 23' n. 47.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 328 n. 46. Mansi Conc. coll. XVII, 42 n. 46. Migne Patr. lat. CXXVI, 727 n. 73. — Jaffé Reg. 3092 (2321).

IOHANNES GREGORIO IMPERIALI PEDAGOGO[1].

Gloriam[a] tuam[a] hac apostolatus nostri epistola missa primitus exhortamur, ut divinitus datas sanitates desiderabilis filii nostri Basilii[2] tranquillissimi imperatoris nobis significes. Cupimus enim valde salutem eius animę simul et corporis semper audire tanquam piissimi propugnatoris orthodoxe fidei. Gratulati autem sumus audientes gloriam tuam directam cum Deo conservandis exercitibus a prędicto divinitus protegendo[b] imperatore[b] in partes Beneventanorum venisse[3], tam quia, gratias Deo, ipsius divinitus provectum imperium[c] in defensionem Christianitatis pio zelo succensum classes et militarem validam manum contra inimicos crucis Christi mittere procuravit, quam quia te pre cf. Phil. 3, 18. ceteris ad tantum opus cum Dei auxilio peragendum elegit, quem audivimus in omnibus strenuum et Dei cultorem industrium. De cetero credimus scire iam magnificentiam tuam, qualiter quędam latrunculorum Agarenorum sagenę occultis irruptionibus litora nostra devastent et, quia palam ausum non habent[d], furtivis depredationibus plurima huic[e] sanctę Dei Romanę ecclesię damna multipliciter inferant. Quapropter bene visum est[f] nobis[g] litteras nostras tibi transmittere, ut vel decem bona et expedita[h] chelandia[h 4] ad portum nostrum transmittas ad litora nostra de illis furibus et pyratis Arabibus expurganda, quod citius[i] et sine aliquo impedimento agere poterunt adiuvante dextera cf. Ps. 76, 11. Excelsi, quę principibus apostolorum intercedentibus concertabit[k] et auxiliabitur illis. In quo, michi crede, gratum animum piissimo imperatori facies, si in hoc admonitiones nostras audieris[l], quia, cum sit Christianissimus Dei amator et ecclesiarum Domini fervidus propugnator, non poteris illum[m], si tantum hanc[n] sanctę[n] ecclesię[n] partem[n] studueris

---

a) prę vobiscum *R.* b) a *corr. ex* i *R.* c) *sic R.*

47. a) *corr. ex* glorię tuę *R.* b) protegendo im- *in ras. R.* c) impium *corr. in* pium *R.* d) -nt *in ras. R.* e) huius *R.* f) *corr. ex* es *al. man. R.* g) s *supra lineam add. R.* h) *corr. ex* expedit achel- *al. man. R.* i) -s *corr. ex* -m *al. man. R.* k) concertavit *R.* l) -ris *corr. ex* -res *al. man. R.* m) *excidit* tibi gratiorem reddere, quam, *sicut iam editiones inde a Romana suppleverunt, vel simile quid R.* n) hanc sancta ecclesia parte *R.*

1) *Qui praeerat stolio imperiali iam a. 873 a Basilio I. in partes Italiae misso; cf. Dümmler l. l. II², 371; III², 24, 48.* 2) *I. 867—86.* 3) *Quem vocaverat Adalgisius princeps a. 873 contra Ludovici II. imperatoris minas.* 4) *'χελάνδια', navigiorum species, v. Du Cange Gloss. s. v.*

adiuvare, quę prima ecclesiarum magistra et caput[a] est[b], maxime cum in hoc facto eidem Deo protecto semper augusto et in hoc sęculo gloriam[c] et in futuro adquiras sine fine coronam. Deus omnipotens te et, qui tecum sunt, protegat et contra inimicos Christi potenti dextera tueatur.

DATA XV. KALENDAS MAII, INDICTIONE X.

48.

Iohannes VIII. papa (Karolo Calvo) imperatori nuntiat se Adelardum episcopum Veronensem privilegium libere eligendi abbatem monasterio Nonantulano concessum temere violantem excommunicavisse. *877 (Apr.)*

Cod.: R f. 24 n. 48.[1]

Edd.: Editio Romana (1591) III, 329 n. 47. Mansi Conc. coll. XVII, 43 n. 47. Migne Patr. lat. CXXVI, 727 n. 74. — Jaffé Reg. 3093 (2324). Kehr Italia pontificia V, 337.

AD IMPERATOREM.

Sacris vestrę imperialis clementie auribus, gloriosissime imperator auguste, Adelardi Veronensis[a] episcopi[2] inobędientiam et temerariam presumptionem, quam non solum in nostro contemptu, sed etiam in vestrę celsitudinis peregit iniuriam, presentibus referre apicibus iure curavimus et merito. Nam superna vos maiestas sanctę suę ecclesię nobis commissę patronum invictum, defensorem potentem et strenuum adiutorem concessit, ut in omnibus ecclesiasticis utilitatibus, unde perpetuam habere gloriam mereamini, quasi vindicem Dei habeamus ministrum. Igitur cum eundem Adelardum episcopum venerabile monasterium[b] Nonantulę situm, quod pro Dei tantique loci reverentia nullus umquam episcoporum vel iudicum in beneficium quesivit[c], timorem divinum parvipendendo contra sacras precessorum nostrorum nostrique[d] privilegii institutiones, quibus de propria semper congregatione abbatem fieri iubetur[3], callide petisse ac per hoc illicita presumpsisse omnimodis repperissemus: auctoritate apostolica eum excommunicare studuimus atque[e] ipsis[e] teneri[e] canonicis cum correptionibus, prout nobis auctoritas apostolica suffragatur, procul dubio arguemus[4], ut digno verbere castigatus et canonico nexu ligatus obędientiam discat servare, qui absolutus ecclesiasticis atque canonicis noluit obędire preceptis.

DATA UT SUPRA.

49.

Iohannes VIII. papa Iohanni Ravennati, Ansperto Mediolanensi, Walperto Aquilegiensi archiepiscopis nuntiat se Adelardum episcopum Veronensem ob subreptionem monasterii Nonantulae excommunicavisse. *(877 Apr. ex.)*[5]

Cod.: R f. 24 n. 49.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 329 n. 48. Mansi Conc. coll. XVII, 43 n. 48. Migne Patr. lat. CXXVI, 728 n. 75. — Jaffé Reg. 3094 (2323). Kehr Italia pontificia V, 337.

---

a) t *in ras. R.* b) es *R.* c) gloria *R.*

48. a) beronensis *R.* b) -m *in ras. R.* c) v *corr. ex* b *R.* d) *corr. ex* nostrumque *R.* e) ut eaquę ipse tenere *R.*

1) *Apographa s. XVII huius et sequentis epistolae in archivio Nonantulano servata laudat Klinkenborg in 'Nachrichten d. K. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen, phil.-hist. Kl.' 1897 p. 236.* 2) *De quo cf. supra n. 10, p. 9 annot. 4.* 3) *Haec in privilegio Lotharii I. imp. a. 837 feb. 3, Reg. Mühlbacher 1056 (1021), et iterum in privilegio Karolomanni regis a. 877 nov. 21, Reg. ibid. 1527 (1485) conceduntur. Privilegium Iohannis VIII. non exstat, sed Hadriani I. quoddam similis argumenti (Jaffé Reg. †2421), quod falsum iudicavit v. Pflugk-Harttung in NA. IX, 489, partim tantum adulteratum Klinkenborg, l. l. p. 237 sq. — De re cf. Tiraboschi 'Storia di Nonantola' I, 83.* 4) *Cf. nn. 49. 50.* 5) *Epistolam hanc notis chronologicis carentem ad eundem fere ac sequentem n. 50 diem referendam esse, ex tenoris consonantia certum fit.*

IOHANNES IOHANNI RAVENNANTI[1], ANSPERTO MEDIOLANENSI[2] ET VUAIPERTO AQUILEIENSI[3] ARCHIEPISCOPIS.

Sancti magnique Niceni concilii pręcepta secuti, quę iubent[4] regularem epistolam per unamquamque provinciam obtineri, ne hi, qui abiciuntur, ab aliis recipiantur, fraternitati vestrę notum esse volumus, Adelardum Veronensem episcopum auctoritate sedis apostolicę privilegii communione privatum, quoniam cęnobium Nonantulę, quod semper apostolicę sedis et nostrę ipsius auctoritatis privilegio[5] munitum nullius invasionis usurpatione detinebatur, sed solius hucusque abbatis e gremio fratrum electi atque prelati moderamine regebatur, subripuit suisque usibus, coartatis extrema egestate monachis, applicavit et eatenus etiam post frequens interdictum nostrum opprimere sęculariumque manibus dispertitum prodere non formidat, contra sanctorum patrum regulas[6] nec non et adversus apostolicę sedis et totius sanctę synodi[a] sententiam, quam missis per singulas provincias litteris notam vobis omnibus fecimus[7], in communionem post nostram quoque prohibitionem per missos nostros et apices sepissime destinatam, passim recepit et in cunctis pravitatibus eius conscius et fautor apparuit. Excommunicavimus igitur predictum Adelardum Veronensem episcopum, donec in pręsentiam sedis apostolicę veniens de pręedictorum excessuum qualitate idoneam satisfactionem coram positus exhibuerit; quę si contempserit, existens interim existet[b] per omnia communione iure privatus, pari vinculo irretiens omnes, qui sibi communicaverint vel contra interdictum nostrum ausu temerario faverint. Unde vos cautos reddere volumus, si non vultis ipsi eidem secundum regulas sacras subiacere iudicio. Optamus fraternitatem et cetera.

50.

Iohannes VIII. papa clero Veronensi eisdem fere verbis (ut n. 49) Adelardum episcopum excommunicatum denuntiat. *877 Apr. 28.*

Cod.: R f. 24' n. 50.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 330 n. 49. Mansi Conc. coll. XVII, 44 n. 49. Migne Patr. lat. CXXVI, 729 n. 76. — Jaffé Reg. 3098 (2322). Kehr Italia pontificia V, 337.

IOHANNES UNIVERSO CLERO ECCLESIĘ[a] VERONENSIS[8].

Experientię vestrę notum esse volumus Adelardum episcopum vestrum auctoritate sedis apostolicę communione privatum, quoniam cęnobium Nonantulę, quod semper apostolicę sedis et nostrę ipsius auctoritatis privilegio munitum nullius invasionis usurpatione[b] detinebatur, sed solius hucusque abbatis e gremio fratrum electi atque prelati moderamine regebatur, subripuit suisque usibus, coartatis extrema egestate monachis, applicavit et eatenus etiam post frequens interdictum nostrum opprimere sęculariumque manibus dispertitum prodere non formidat, contra sanctorum patrum regulas[9] nec non et adversus apostolicę sedis et totius sanctę synodi sententiam in communionem post nostram quoque prohibitionem per missos nostros et apices sepissime destinatam passim recepit et in cunctis pravitatibus eius conscius et fautor apparuit. Excommunicatum igitur eum scitote, donec in presentiam sedis apostolicę veniens de pręedictorum excessuum qualitate idoneam satisfactionem coram positus exhibuerit; quę si contempserit,

---

49. a) *corr. ex* synodo ni *R.* b) *sic R; cf. n. 21 p. 19 l. 19:* veniens veniat.
50. a) *primum* c *add. supra lineam R.* b) -ne *corr. ex* -nis *R.*

1) *Iohanni X, 850—78.* 2) *V. supra n. 35, p. 34 annot. 1.* 3) *875—c. 899.* 4) *Can. 5 (ed. Mansi II, 679).* 5) *Cf. n. 48, p. 46 annot. 3.* 6) *Cf. c. 49 conc. Constantinop. quinisext. a. 692 (Mansi XI, 967).* 7) *Ad priorem de eadem re sententiam, de qua notitiae desunt, sese referre videtur.* 8) *Cf. n. 48, 49.* 9) *V. annot. 6.*

existens interim[a] existet[a] per omnia communione iure privatus, pari vinculo irretiens omnes, qui sibi communicaverint vel contra interdictum nostrum ausu temerario faverint. Unde vos cautos reddere volumus, si non vultis ipsi eidem secundum regulas subiacere iudicio. Optamus vos et cetera.

DATA IIII. KALENDAS MAII, INDICTIONE X.

51.

Iohannes VIII. papa Landulfo episcopo Capuano praecipit, ut de irrumpendo ducis Neapolitanorum cum Saracenis foedere sibi innotescat illumque cum Guaiferio principe (Salernitano) et Pulcari praefecturio (Amalfitano) Traiecti sibi occurrere faciat.

877 Apr. 25.

Cod.: R f. 25 n. 51.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 330 n. 50. Mansi Conc. coll. XVII, 44 n. 50. Migne Patr. lat. CXXVI, 729 n. 77. — Jaffé Reg. 3095 (2325).

IOHANNES LANDULFO EPISCOPO CAPUANO[1].

Studeat sanctitas tua certissime scire, si Neapolitanorum dux[2] prȩsentialiter vult cf. Tit. 3, 5. pactum Saracenorum irrumpere et fȩdere Christi, quod in regenerationis unda pepigit, vel a nunc, sicut debitum est, veraciter inhȩrere, et, si quidem talem nunc animum habere cognoveris, hoc nobis presentaliter indicato. Age, ut idem dux Neapolitanus et Uuahiferius gloriosus princeps[3] ac Polcari prȩfecturius[4] ad Traiectum[5] una tecum accelerent, ubi etiam nos[a] accedentes, quȩ Deo sunt placabilia, statuamus. Parati enim sumus non solum, quȩ dicta sunt, sed et maiora concedere, tantum ut eiusdem magistri[b] militum sermo ita sit fidelis et stabilis et omni certitudine prȩmunitus, ut securitas ex utraque parte firma maneat et sine dubitatione certa persistat. Quod si quȩ repromittere aut adimplere nolle aut prolongare velle illos cognoveris, non tibi sit licentia hoc a nostra scientia occultandi, sed quicquid veraciter sine dolo per omnia indicandi. De his ergo stude prȩsentaliter nos pleniter ac citissime litteris tuis instruere, ut, quod deinceps Deus dictaverit, cum ipsius auxilio sine mora incipere et perficere procuremus. De quibus ipse prȩ ceteris curam[c] arripe, qui nimirum speciali prȩrogativa nostrorum viscerum prȩ ceteris foveris in antro.

DATA VII.[d] KALENDAS MAII, INDICTIONE X.

52.

Iohannes VIII. papa Pulcarim praefecturium Amalfitanum hortatur, ut cum socero suo (Guaiferio Salernitano principe) Traiecti sibi occurrat. *877 Apr. 25.*

Cod.: R f. 25 n. 52.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 331 n. 51. Mansi Conc. coll. XVII, 45 n. 51. Migne Patr. lat. CXXVI, 730 n. 78. — Jaffé Reg. 3096 (2326).

IOHANNES POLCARI PRȨFECTURIO[6].

Si vere utique magister militum[7] pactum Saracenorum proposuit rumpere, hortamur, ut Traiectum cum inclito socero tuo[8] adeas, ubi quoque et nostra reperta prȩsentia,

---

a) *add. in marg. al. man. R (cf. n. 49, p. 47 l. 18).*

51. a) *corr. ex* non *R.* b) -ri *corr. ex* -rum *R.* c) curat *R.* d) e) *corr. ex* IIII *R.*

1) *Cf. n. 4, 30, 37.* 2) *Sergius.* 3) *Salernitanus.* 4) *Amalfitanus.* 5) *'Traetto' prope Caietam. — Quod iter mense iunio factum esse ex n. 61 patet.* 6) *Amalfitano; cf. n. 51.* 7) *Sergius Neapolitanus.* 8) *Guaiferio principe Salernitano.*

quicquid rationabiliter queritur, quicquid necessario seu possibile postulatur, gratantissime confestim admittet[a], sed et ampliora facere[b] nullo modo recusabimus[c], ut omnes secun- [cf. 1. Cor. 9, 19.] dum apostolum lucrifacere valeamus. In quo industria tua tanto sollicitius elaboret, quanto liquidius sibi per hoc cęleste premium a domino Deo tribui non ignorat; alioquin adversus eum, quę digne possumus agere, indubitabiliter[d] et indifferenter[e] exercere Christo propitio nullatenus omittemus.

DATA VII.[f] KALENDAS MAII, INDICTIONE X.

53.

Iohannes VIII. papa Guaiferio principi Salernitano praecipit, ut ad rumpendum foedus cum Saracenis una cum aliis Traiecti sibi occurrat. (877 Apr. ex.)

Cod.: R f. 25 n. 53.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 331 n. 52. Mansi Conc. coll. XVII, 45 n. 52. Migne Patr. lat. CXXVI, 735 n. 85. — Jaffé Reg. 3097 (2334).

IOHANNES UUAIFERIO[a] PRINCIPI SALERNITANO[1].

Quia Neapolitanorum ducis[2] legatos secundum ipsius et vestra scripta[3] prestolati nec contemplati sumus, iterato excellentię[b] tuę scribere cogimur, ut illum a perfidis separatum piis sanctę matris ecclesię gremiis restituamus. In quo quia iam plurimum laborasti, industriam tuam iterum[c] iterumque[c] laborare finetenus exhortamur. Quodsi[d] iniquam colligationem statim dirrumpere preparat[e], cum hoc certissime scierimus, per nosmetipsos ad Traiectum properabimus[f 4] et[g] hoc, quod queritur[g] quodve iam promissum est, etiam amplius libentissime largiemur, clariori dumtaxat certitudine ac fidei veritate inter utramque partem composita; ubi quoque tuam sanctissimique Landolfi antistitis[5] et predicti ducis nec non et Polcari gloriosi pręfecturii[6] adesse pręsentiam cupimus et, ut agatur, sollertiam tuam satagere flagitamus. Quodsi adeo idem dux secundum duritiam suam et cor inpęnitens thesaurizat sibi iram in die irę, ut aut pro- [cf. Rom. 2, 5.] telare aut pęnitus suę ipsius et multorum salutis causam contemnere velit, et hoc ipsum statim cognoscere cupimus, quoniam nobis nec humanum nec divinum deficiet[h] prorsus[h] consilium et auxilium, quod plane reddet ei secundum opus suum et[i] secundum fructum [cf. Ier. 17, 10.] adinventionum suarum[i] . . .[k]

54.

Iohannes VIII. papa (Richildam imperatricem) rogat, ut postulationem quandam suam ad effectum adducat. 877 Mai. 30.

Cod.: R f. 26' sine numero.

Edd.: In calce epistolae n. 53. — Jaffé Reg. 3105.

---

52. a) -tet *corr. ex* -tes *R.* b) fatere *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) *primum* t *corr. ex* b *R.* e) t *in ras. R.* f) *corr. ex* IIII *R (cf. n. 51, p. 48 l. 5 et annot. d).*

53. a) A *corr. ex* E *nigro incaustro al. man. R.* b) ecclę *R.* c) item itemque *R.* d) *corr. ex* quemsi *R.* e) *corr. ex* pręparatur *al. man. R.* f) b *corr. ex* u *R.* g) et hoc *in ras., postea del. et in marg. add.* et hoc quod queritur *al. man. R.* h) -et prorsus *in ras. R.* i) et — suarum *add. postea al. man. R, cf. NA. XXXVI, 90 annot. 5 (91).* k) *cf. infra n. 54, p. 50 annot. a.*

1) *Cf. nn. 51. 52, quibuscum et nostra epistola eodem fere tempore scripta esse videtur.* 2) *Sergii.* 3) *Quae non extant, sed responsoriae videntur fuisse ad papae querimonias post conventum Caietanum vere a. 877 habitum, cf. nn. 39—42.* 4) *Quo de itinere cf. n. 61, p. 55 annot. 2.* 5) *Capuani.* 6) *Amalfitani.*

. . .[a] toto corde desiderant, in adventu illius exultent, quia et omnipotens Deus blandus iustis[b] et terribilis apparebit[c] iniustis. Vestra itaque dillectissima karitas[1] devotissimam se super hoc nobis exhibeat et, quousque vires suppeditant, laborare non cesset, ut, dum vestris hortatibus hęc nostra postulatio ad effectum pervenerit, dignas vobis gratias referamus et apud sanctos apostolos in orationibus vestri[d] memoriam habeamus.

DATA III. KALENDAS IUNII, INDICTIONE X.

55.

Iohannes VIII. papa Anspertum Mediolanensem archiepiscopum et Antonium episcopum Brixiensem ad generalem synodum Ravennae d. 24. m. Iunii celebrandam venire iubet.

877 Mai. 25.

Cod.: R f. 26' n. 54.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 332 n. 53. Mansi Conc. coll. XVII, 46 n. 53. Migne Patr. lat. CXXVI, 732 n. 81. — Jaffé Reg. 3098 a (2329).

ANSPERTO MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO[a 2] ET ANTONIO EPISCOPO BRIXIENSI[3].

Quia diversis ac multiplicibus ecclesias Dei nobis commissas incommodis perturbatas rebusque propriis incuntanter privatas et earum antistitum honorem diminutum cf. 2. Cor. 11, 28. fore videmus, ipsarum secundum apostolum sollicitudine quotidiana compulsi necessario rati sumus pro illarum statu ac pristina redintegratione generalem Deo favente synodum celebrare, quam secundum antiquam consuetudinem cum Romę agere debuissemus, non recusantes tanti laborem itineris pro suavitate tamen venerabilium confratrum nostrorum episcoporum, quos in consortium nostrum litteris missis[4] adscivimus, octavo[b] kalendarum Iuliarum Ravennę auxiliante Domino erimus procul dubio celebraturi[c 5]. Ad quam[d] videlicet fraternitatem vestram omni occasione postposita omnique tarditate[e] pretermissa his presentibus venire iubemus apicibus, quatenus communi multorum fratrum nostrorum consensu atque decreto ecclesia Dei nobis commissa proprię dignitatis iura, quę a quibusdam inique agentibus sunt usurpata, sub integritate recipientes[f] malorum omnium tandem securi effecti ministerium pontificale, quod nimirum pro gregis dominici nobis commissi salute Deo largiente suscepimus, ut dignum est, glorificare possimus. Quapropter iterato te sermone ad eandem, ut dictum est, synodum venire precipimus; nam si prefato die ad ipsum venerandum concilium quoquomodo properare forte contempseritis et pro ecclesię Christi Dei nostri utilitate, quę instanti tempore plurimum est necessaria[g], debitum nobiscum laborem sumere spreveritis, sciatis pro certo communionis nostrę [in][h] futurum nullo modo esse consortes, sed potius canonicę auctoritatis censura utpote transgressores improbos[i] feriendum[k] atque damnandum[k 6]. Optamus reverentiam vestram in Christo bene valere.

DATA OCTAVO KALENDAS IUNII, INDICTIONE DECIMA.

---

54. a) *inter fragmenta epistolarum n. 53 et n. 54 non pauca desiderantur, nam inde ab ima col. 1 fol. 25' usque ad fol. 26 col. 1, ubi in septima linea incipit n. 54, cuius initium deest, spatium vacuum relictum est; cf. Levi l. l. p. 167 et quae ipse disserui in NA. XXXVI, 93 annot. 2.* b) iustus *R.* c) apparevit *R.* d) *corr. ex* vestris *R.*

55. a) -EPO *corr. ex* -EPS *R.* b) octavum *R.* c) -turi *in ras. R.* d) *corr. ex* quem *R.* e) -ar- *in ras. R.* f) -s *add. al. man. R.* g) *corr. ex* necessarium *al. man. R.* h) *om. R.* i) improborum *R.* k) *sic R, cf. p. 67 l. 19—20.*

1) *Ewald in Jaffé Reg. 3105 ob hunc titulum epistolam ad imperatorem directam esse putat, Lapôtre l. l. p. 8 ad Richildam imperatricem, aptius, ut persuasum habeo, propter verba* vestris hortatibus *(l. 4).* 2) *V. supra n. 35, 49.* 3) *'Brescia', 865—c. 898.* 4) *Cf. nn. 57—60.* 5) *Sed propter iter Traiectinum synodus ad mensem Iulium postea dilata est, cf. n. 61.* 6) *Anspertus et Antonius affuerunt et subscripserunt synodo, cf. acta ap. Mansi XVII, 341, 342.*

56.

Iohannes VIII. papa (Karolum Calvum) imperatorem implorat, ut Romanae ecclesiae in summis angustiis positae quantocius personaliter succurrat. *877 (Mai.).*

Cod.: R f. 27 n. 55.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 333 n. 54 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 463 n. 23. Mansi Conc. coll. XVII, 47 n. 54. Migne Patr. lat. CXXVI, 730 n. 79. — Jaffé Reg. 3099 (2327).

AD IMPERATOREM.

Divina ideo maiestas excellentiam vestram pre ceteris elegit[a] Romani imperii altitudine sublimare augustalique voluit diademate coronare, ut Deo nostro clementer auxiliante potentię vestrę brachio triumphali ecclesiam Christi voce supra petram verę (cf. Matth. 16,18) fidei fundatam tueremini[b] semper et ab immani crudelique paganorum infestatione, qui nos iam more latronum undique circumdantes omnia nostra igne gladioque devastant, pio mentis defenderetis intuitu. Sed quia vobis procul existentibus tot dura et inportabilia, pro quibus iam vestram augustalem imploravimus maiestatem[1], supra modum quotidie patimur, quippe cum de tota iam depopulata Campania nil habeamus nilque nobis aut venerabilibus monasteriis ceterisque[c] piis locis neque senatui Romano, unde corporaliter sustentari possimus, remanserit, omnibus etiam Romę suburbanis adeo depredatis, ut nullus in ipsis iam habitator vel cuiuslibet etatis incola videatur consistere, pro quibus sane malis innumeris ingenti merore afflicti doloreque turbati nec somnum oculis, nec cibum[d] ore capere possumus, sed pro requie laborem assiduum et pro corporali dapium dulcedine mentis amaritudinem patimur, idcirco vestram imperialem maiestatem totius sapientię luce splendidę inradiatam sancta Romana ecclesia, quę religioso vos utero genuit[2], meo quidem sermone, sed suo venerabili suppliciter nimis precatur affectu, ut omni dilatione remota omnique eius cura adsumpta nunc ad[e] suam defensionem et totius patrię liberationem adiutor clemens, defensor potens et salvator invictus venire dignemini, quia, nisi vestra desiderantissima nobis affuerit presentia, nullum defensionis auxilium nullumque necessarię salutis remedium poterimus habere. Nos enim cum omni sedis apostolice ordine sacro, cum religiosis[f] et Deum timentibus viris pro vestrę glorię prosperitate continuaque mentis et corporis salute omnipotentem Dominum, cuius est salus omnis et vita, totis depręcabimur nisibus, ut nec temporis fervor[g] nec loci natura insolita nec molestia quęlibet vestro insigni corpori nocitura contingat[3]. Quamobrem nichil horum, quę sine Dei procul dubio non eveniunt nutu, dubitantes, quin potius in Domini miseratione totis[h] viribus confidentes non solum corpoream incolumitatem, verum etiam et perpetuam animę vestrę merebimini adipisci salutem et gloriam. Dignetur igitur piissima serenitas vestra, clementissime imperator auguste, pro tantę sedis liberatione tantorumque hominum Christi cruore redemptorum salvatione nostras [et][i] ecclesię nostrę preces audire, singultus prospicere et tanti gemitus lacrimas incessanter effusas[k] attendere[l], quatenus more solito et solitę pietatis viscere nobis compatientes opem consolationis citissimę petentibus tribuentes, prout oportunum est, nos adiuvare satagatis, quia post Deum unica spes[m] salutis et liberationis nostrę fiducia vos procul dubio estis. Ideo per vosmetipsos properantes con-

56. a) *corr. ex* elegeris *R.* b) tueri *R.* c) *in ras. R.* d) b *corr. ex* u *al. man. R.* e) d *corr. ex* n *R.* f) *corr. ex* religionis *R.* g) fevor, v *corr. ex* b *al. man., R.* h) -tis *in ras. R.* i) *om. R.* k) effusans *R.* l) *primum* t *corr. ex* d *al. man. R.* m) *in ras. al. man. R.*

1) *Cf. nn. 22. 31. 32.* 2) *I. e. ad imperialem dignitatem provexit.* 3) *Karolus, qui iam provecta erat aetate et corpori suo nimis semper parcebat, huiusmodi forte excusationes protulerat.*

gruum et oportunum nobis prębere auxilium non differatis, ut et Dominus, qui elegit
cf. Ps. 19, 3. vos caput orbis et dominum[a] fecit, auxilium suum vobis de sancto mittere[b] semper dignetur, amantissime fili.

DATA UT SUPRA.[c]

57.

Iohannes VIII. papa Urso duci Venetiae innotescit se die 24. m. Iun. Ravennae synodum totius Italiae sacerdotum celebraturum esse; monet, ut et marinae Venetiae antistites venire permittat, et ipse veniat aut legatum mittat. *877 Mai. 27.*

Cod.: *R f. 27' n. 56.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 334 n. 55. Mansi Conc. coll. XVII, 48 n. 55. Migne Patr. lat. CXXVI, 733 n. 82. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 325 n. 7. — Jaffé Reg. 3100 (2330).

IOHANNES URSO DUCI VENETIĘ.

Multis esses nimirum iustę correptionis a nobis increpationibus summittendus, nisi apostolica moderatio circa te minus severitate quam patientia uteretur. Exceptis enim excessibus illis, quos per inobędientiam prius contraxeras[a], ad extremum etiam legationem beati Petri indignam tuis oculis[b] iudicasti[1], cum hoc nec gentilis quisquam facile fecisse clarescat, maxime cum ea, quę dilectioni tuę mittebamus, paterna essent monita, non inimici odientia verbera. Sed ista dissimulantes innotescimus dilectioni tuę nos octavo kalendas Iulias Ravennę synodum totius Italię sacerdotum celebraturos[2], cui interesse volumus et marinę Venetię antistites, qui[c] adhuc superesse noscuntur, una cum personis ad episcopatum electis et illis, quas tibi iam per diversas epistolas[3] significavimus. Quapropter bene profecto facies, si eos ad predictam venire synodum non impedieris, sed modis omnibus incitaveris; non enim ruinam eorum cupimus, absit, sed illius statum reformare[d] provincię[4] et, quicquid inter eos et metropolitanum questionis et controversię vertitur[5], canonicę diffinire. Itaque indubitanter veniant et tam sancto numerosoque fratrum deesse nullo modo patiantur collegio; non enim, michi crede, in aliquo minorati, quod avertat Dominus, sed potius augmentati Christo propitio ad propria revertentur; sin autem, communi omnium decreto, cum ecclesiam non audiisse claruerint, erunt enim procul dubio, quemadmodum sacrosanctum de huiuscemodi pręcipit[e]
cf. Matth. 18, 17. evangelium. Illud autem ipse pro certo[f] scito[f], quia nichil pro ullo mortalium imminui ecclesię tuę cupimus, sed decus et genium tuum veluti spectabilis et Deum timentis viri conservari volumus et optamus. Unde monemus, ut et ipse ad nos Ravennam proficisci ne pigriteris; sin autem, saltem virum quenquam industrium nobis glorię[g] tuę[g] iniuncta legatione fungentem dirigere non detrectes.

DATA VI. KALENDAS IUNII, INDICTIONE X.

---

a) *corr. ex* dn̄s *R.* b) *corr. ex* mitere *al. man. R.* c) Data VIII. kalendas Iunii, ind. decima *editiones praeter Romanam.*

57. a) -s *corr. ex* -t *R.* b) *corr. ex* oculi *R.* c) *corr. ex* quia *al. man. R.* d) *in ras. R.* e) *corr. ex* pręcepit *R.* f) *corr. ex* certos cito *al. man. R.* g) gloria tua *R.*

1) *Legationem Delti episcopi Ariminensis m. Dec. 876 (cf. n. 26), latoris epistolarum nn. 17—20, indicat, cf. p. 17 annot. 1.* 2) *Cf. nn. 55, 58—61.* 3) *Cf. nn. 18, 21.* 4) *Cf. n. 19, p. 17 l. 15—16.* 5) *Cf. nn. 17—21, 26.*

58.

Iohannes VIII. papa Petrum (Equiliensem) et Leonem (Caprulensem) episcopos cum aliis in controversia cum Petro (Gradensi) metropolitano suo vertentibus ad synodum generalem d. 24. Iun. Ravennae celebrandam citat. *877 Mai. 27.*

Cod.: R f. 28 n. 57.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 335 n. 56. Mansi Conc. coll. XVII, 48 n. 56. Migne Patr. lat. CXXVI, 734 n. 83. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 326 n. 8. — Jaffé Reg. 3101 (2331).

IOHANNES PETRO[1] ET LEONI[2] EPISCOPIS VENETIAE[3].

Universale tandem aliquando nos celebrare concilium multiplex et multifaria nos ecclesiarum necessitas cogit, et ideo pro hac moderanda[a] vel dispensanda[b] octavo[c] kalendas Iulias huius indictionis totius Italię apud urbem Ravennam convenire iussimus sacerdotes, ad quorum videlicet sacratum collegium pontificio nostro mediante vestram quoque sanctitatem occurrere commonemus una cum his, qui loco sunt episcoporum decedentium[d] subrogati, et illis nichilominus, quos Urso glorioso duci et vobis scribentes[4] nostris sępius et expressius significavimus syllabis, atque, ut absolute regulariterque fateamur, omnibus, qui se lesos existimant. Quos generaliter auctoritate apostolica sanctitas vestra secum properaturos advocare profecto debebit. Itaque, fratres, indubitanter accedite, ut pręter communem utilitatem, que[e] in synodo est procul dubio componenda, quicquid inter fratrem et coepiscopum nostrum, Petrum videlicet metropolitanum vestrum[5], et predictos controversię vertitur, canonicum finem accipiat et pax et tranquillitas ecclesiis vestris, sicut condecet, reformetur. Non ergo, karissimi, tam sancto numerosoque fratrum deesse collegio patimini, quia nos, michi credite, nullius vestrum casum exquirimus; absit. Verumtamen nisi ad hanc saltem presignatam universalem synodum accesseritis, communi cunctorum sententia canonicis legibus subdemini et pro tanta inobędientia merito puniemini. 'Est enim', Samuhele sancto docente, 'quasi pecca- 1.Reg. 15, 23.
tum ariolandi repugnare et quasi scelus idololatrię nolle acquiescere.'[6]

DATA VI. KALENDAS IUNII, INDICTIONE X.

59.

Iohannes VIII. papa (Iohannem) Ravennatem archiepiscopum cum suffraganeis suis ad synodum generalem Ravennae d. 24. Iun. celebrandam venire iubet. *(877 Mai. ex.)*[7]

Cod.: R f. 28' n. 58.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 335 n. 57. Mansi Conc. coll. XVII, 49 n. 57. Migne Patr. lat. CXXVI, 731 n. 80. — Jaffé Reg. 3102 (2328).

IOHANNES[a] ARCHIEPISCOPO RAVENNATI[8].

Quia iam ad periculosa pervenimus ab apostolo, quin potius a Domino prędicta, cf. 2. Tim. 3, 1.
pro dolor! tempora: 'Surgit enim gens contra gentem' et sunt inter alia 'inimici hominis Luc. 21, 10. Mich. 7, 6.

---

58. a) *corr. ex* moderande *al. man. R.* b) s *in fine eras. R.* c) octabo *R.* d) *in ras. R.* e) q̊ *corr. ex* q; *al. man. R.*

59. a) ioħis *R; dubitare licet, utrum in registro hic nomen papae, sicut in praecedentibus epistolis nn. 49—53, 57, 58, positum erat (cf. NA. XXXVI, 89 annot. 4), an nomen archiepiscopi, aeque Iohannis appellati, unde legendum esset:* Iohanni.

1) *Equiliensi.* 2) *Caprulensi, non Metamaucensi, ut habent Jaffé et Ewald, cf. Monticolo l. l. p. 120 sq. et annot. 6.* 3) *Cf. nn. 57, 17—21.* 4) *Cf. nn. 18, 19, 17.* 5) *Patriarcham Gradensem, qui solus, altera parte tardante (cf. annot. 6), affuit et subscripsit synodo, cf. acta ap. Mansi XVII, 342.* 6) *Cf. Iohannis diac. Chron. Venetum ad a. 877 (ed. MG. SS. VII, 20; Monticolo in 'Fonti per la storia d'Italia, Roma' 1890, p. 123):* Petrus siquidem patriarcha, qui Romae fuerat, una cum Iohanne papa Ravennam adveniens ibique septuaginta episcoporum sinodo congregata duos episcopos Venetiae, id est Petrum Equilensem et Leonem Caprulensem, et eos, qui erant in eadem provincia, electos ad eundem concilium convocavit, ut contentionis causam inter Ursonem ducem et patriarcham diligentissime determinaret. Sed dum episcopi cum electis tarde et expleta iam sinodo Ravennam venirent, communione a papa privati, duce tamen interpellante soluti sunt. 7) *Haec epistola ad idem fere tempus evidenter cum praecedentibus referenda est.* 8) *Iohanni, cf. n. 49, p. 47 annot. 1.*

domestici eius', creverunt inopinabiliter mala et non solum extrinsecus rabię infidelium barbarorum atterimur, sed et intrinsecus perversitate nequam Christianorum afficimur. Verum quanto crebrescunt mala pravorum, tanto crescere debent bona rectorum; quę profecto fieri nequeunt, nisi per commune fratrum collegium in idipsum corpore simul et mente convenientium; est enim ecclesia Dei propter concordiam tam visibilibus Cant. 6, 3. quam invisibilibus hostibus omnino terribilis et velut 'castrorum acies ordinata'. Quapropter tam pro ecclesiasticis quibusdam[a] necessitatibus quam pro statu[b] et pro correctione rei publicę auctoritate apostolica decrevimus reverendorum fratrum et coepiscoporum nostrorum Italici regni universale, id est totius provincię, advocare concilium; locum autem nusquam ad hoc gerendum aptiorem et faciliorem, quam apud Ravennam[c] undique confluentibus inveniri posse perspeximus[1]. Occurrat igitur alacriter cum suffraganeis suis, quos ipsa convenire commoneat, ad designatam urbem sanctitatis fraternitas et tanto deesse conventui, quem scilicet ibidem octavo kalendas Iulias celebraturi sumus, nullo modo perferat, quo pullulantia[d] in agro Dominico zizania communi studio radicitus amputentur et salubrium virtutum germina socio pro his certamine penitus inserantur. Fratres pręterea et coepiscopos nostros, qui sub beatitudine[e] vestra degunt, ad eandem universalem synodum hortatu sanctitatis vestrę venire pręcipimus[2]. Quisquis autem occurrere sanctitati[f] tuę[f] forte contempserit, canonicis se noverit increpationibus cf. 2. Cor. 10, 6. procul dubio summittendum, in promptu[g] secundum apostolum nobis habentibus, omnem ulcisci prorsus inobędientiam. Hanc vero apostolatus nostri epistolam vel exemplar illius beatitudo vestra in diocesi sua omnibus indifferenter episcopis patefaciat[h], ne aliquod possit ab inobędienti excusationis, quod non expedit, velamen obtendi.

60.

Iohannes VIII. papa (Walpertum patriarcham) Aquileiensem ad synodum (Ravennae d. 24. Iunii) celebrandam citat, ubi quaedam de eo male diffamata ventilanda sint.

877 Mai. 27.

Cod.: R f. 29 n. 59.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 336 n. 58. Mansi Conc. coll. XVII, 50 n. 58. Migne Patr. lat. CXXVI, 734 n. 84. — Jaffé Reg. 3103 (2332).

AD AQUILEIENSEM[a] [3].

Novimus[b] vestram beatitudinem a nonnullis de quibusdam[c] exterius[c] diffamari, quod profecto[d] in synodali est conventu[e] [4] interius et perspicacius[f] ventilandum et secundum sui qualitatem regulari censura modis[g] omnibus finiendum. Sed credimus divina[h] favente gratia vos coram positos ita insontes inveniendos, ut veritas exagitata non de vobis ceni, quod absit, sed unguenti commoti iocundum reddat odorem[i]; nisi forte absentia procurata vera, quę dicuntur de vobis, comprobet et penam merito irroget, quę, si adesset, magistra iustitia forsitan retundisset.

DATA VI. KALENDAS IUNII, INDICTIONE X.

---

a) ne *del. post* quibusdam *R.* b) *corr. ex* stratu *R.* c) Revennam *R.* d) pul- *corr. ex* pol- *al. man. R.* e) *corr. ex* beatitudinem *al. man. R.* f) *corr. ex* sanctitas tua *al. man. R.* g) promptum *R.* h) *corr. ex* parate faciat *al. man. R.*

60. a) AQUILE EIUS *R.* b) v *corr. ex* b *al. man. R.* c) quid sinesterius, *primum* e *corr. in* i *R.* d) *corr. ex* pro protectu *al. man. R.* e) *corr. ex* conventum *R.* f) *secundum* c *in ras. R.* g) *corr. ex* modo *al. man. R.* h) *corr. ex* divinę *al. man. R.* i) orem *R.*

1) *Cf. nn. 57, 58.* 2) *Cf. p. 55 annot. 3.* 3) *Patriarcham Walpertum; cf. n. 49.* 4) *Ravennati, cf. nn. 57—59. Walperti nomen deest inter subscriptiones synodi, cf. acta ap. Mansi XVII, 341.*

61.

Iohannes VIII. papa Iohanni archiepiscopo Ravennati scribit se retardato per iter Traiectinum praefinito die synodi certissime d. 17. m. Iulii Ravennae futurum; d. 21. m. Iulii eum cum suffraganeis adesse iubet. 877 (Iun. ex. — Iul. in.)[1]

Cod.: R f. 29 n. 60.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 336 n. 59. Mansi Conc. coll. XVII, 50 n. 59. Migne Patr. lat. CXXVI, 736 n. 87. — Jaffé Reg. 3106 (2336).

IOHANNI ARCHIEPISCOPO[a] RAVENNANTI[b].

Iter, quod pro dissolvendo[c] fędere olim [a][d] Neapolitanis cum Saracenis inito Traiectum fecimus[2], nos a pręfinito die synodi retardavit, sed quia auctore Deo ipso discisso quies aliqua reddita comprobatur, ecce de[e] itinere scribimus nos certissime sexto[f] decimo kalendas Augustas Ravennę futuros, ubi sanctitas tua per se cum omnibus suffraganeis suis episcopis, quos ipsa convocare debet, adesse duodecimo kalendarum Augustarum omni remota excusatione procuret, ut communi tractatu communia ecclesiarum exorta zizania generaliter evellantur[3]. Si quis autem in hac parte collegium vestrum putaverit declinandum, communionis nostrę a se noverit consortium modis omnibus adimendum[g], nobis procul dubio secundum apostolum 'in promptu habentibus ulcisci omnem inobędientiam'. 2. Cor. 10, 6.

DATA UT SUPRA, INDICTIONE X.

62.

Iohannes VIII. papa Urso duci Venetiarum scribit se d. 22. m. Iul. Ravennae synodum celebraturum, ad quam etiam episcopos Venetiarum vocaverit. 877 Iul. 19.

Cod.: R f. 29 n. 61.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 337 n. 60. Mansi Conc. coll. XVII, 51 n. 60. Migne Patr. lat. CXXVI, 737 n. 88. Monticolo in Bullettino dell' Istituto stor. Italiano IX (1890) p. 327 n. 9. — Jaffé Reg. 3108 (2337).

URSO GLORIOSO DUCI VENETIARUM[a].

Scire volumus gloriam tuam pro multis necessitatibus sanctę Dei ecclesię, sicut iam te non latere credendum est, undecimo[b] kalendas Augustas istius decimę indictionis Ravennę gratia sancti Spiritus suffragante synodum nos cum confratribus et coepiscopis nostris instituisse fore modis omnibus celebrandam[4]. Ad quam, sicut nos multis utilitatibus omissis nec laborem quidem itineris, nec intemperantiam aęris recusantes occurrimus, ita omnes hinc et inde volumus antistites[c] advenire, ut, quicquid in sancta Dei ecclesia perperam per zizaniorum satores crevisse dinoscitur, hoc communi tractatu per nostrum comune studium radicitus extirpetur. Idcirco tuam nobilitatem ignorare non patimur, quod episcopos Venetiarum et electos vocatosque episcopos vacantium sedium

---

61. a) ARCHIEPISCO *R.* b) RAVENNANTIS *R.* c) *corr. ex* dissolvendos *R.* d) *om. R.* e) in *post* de *eras. R.* f) *corr. ex* sexta *R.* g) -um *in ras. al. man. R.*

62. a) Iohanni archiepiscopo Ravennati *Edd. et R*[1], *teste Monticolo l. l. p. 123 annot. 2, cf. NA. XXXVI, 85 annot. 1.* b) -o *corr. ex* -a *R.* c) antistes *R.*

1) *Haec epistola post iter papae m. Iunio (v. annot. 2) Traiectum factum (cf. n. 51) scripta est; recte igitur, sicut Jaffé, ad m. Iun. ex. vel fortasse etiam ad m. Iul., sequenti n. 62 vicinam, minime vero, sicut Ewald, ad Mai. 30, eam collocandam esse puto.* 2) *Mense Iunio hoc iter factum esse patet ex eo, quod terminus synodi de d. 24. Iun. (cf. nn. 55, 57—59) ad medium m. Iulium exinde prolatus est. Cf. quae v. cl. Bresslau in 'Jahrb. Konrads II. t. II Excurs I' p. 425 sq. disseruit de statutis et postea quadam surgente necessitate mutatis itineris dispositionibus regum et imperatorum et de erroribus annalium et chronicorum exinde ortis.* 3) *Iohannes archiepiscopus affuit et subscripsit synodo, e suffraganeis Petrus Caesenatis, Viator Ferrariensis, Theodoinus Hadriensis, Leodoinus Mutinensis episcopi, cf. acta ap. Mansi XVII, 341, 342.* 4) *De termino huius synodi semper dilato cf. n. 55 sq. et 61; necnisi d. 1. Aug. synodus inaugurata est, cf. acta ap. Mansi XVII, 337.*

ad eandem sinodum[a], sicut iam eos vocavimus[1], occurrere[b] iterato decreverimus, ut inter reverendum quoque metropolitanum vestrum[2] et vos omnis altercatio discutiatur, examinetur et coram sancta synodo canonice terminetur; alioquin tam a nobis quam a sancta synodo[c], si inobędientes iam totiens per epistolam vocati extiterint, tanquam contemptores synodicam sententiam incurrere merebuntur, quia, cum sit illinc Ravennam brevior via[3], de labore itineris excusationem habere non poterunt.

DATA XIIII. KALENDAS AUGUSTI, INDICTIONE X.

INCIPIT REGESTVM DE INDICTIONE VNDECIMA DOMNO IOHANNE EPISCOPO.[4]

63.

Iohannes VIII. papa Lamberti comitis (Spoletini) postulationes de obsidibus Romanorum procerum pro fidelitate erga imperatorem dandis indignatus recusat; prohibet, ne Romam nunc veniat. *877 Oct. 21.*[5]

Cod.: R f. 29' n. 62.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 338 n. 61. Mansi Conc. coll. XVII, 51 n. 61. Migne Patr. lat. CXXVI, 742 n. 91. — Jaffé Reg. 3112 (2340). Kehr Italia pontificia IV 2.

LAMBERTO[a] GLORIOSO[a] COMITI[a 6].

Remeantibus nobis Deo preduce Romam[7] convocavimus[b] totam ecclesiam[8] et illud, quod nobis de obsidibus Romanorum procerum dandis edixeras[c], in conventu fidelium sancte Dei ecclesię necessario contulimus. Sed eheu! quid dicam, cum tantum totam eandem ecclesiam contra nos incitavimus, ac si pro melle eam felle[d] potasse videremur. Romanorum filios sub isto cęlo non legitur fuisse obsides datos, quanto minus istorum, qui fidelitatem augustalem et mente custodiunt et opere Deo iuvante perficiunt? Pręcipue cum nos miremur[e], si hoc ex augustali iussu processerit et ipsum imperatorem non credamus suum nos velle secretum latuisse[9]. Tale quippe consilium non alius adinvenit, nisi ille, qui hanc terram conturbare molitur et ineffabile damnum populo Dei generare versutis fraudibus machinatur, qui pacem et quietem odio habet et dissensione[f] utique gaudet. Quamvis antea Romani ovilis senatus mortem eligant, quam hanc inauditam et pessimam rem fieri quocumque modo consentiant. Quapropter, quia omnino est impossibile et tale quid omnis inclitus[g] audiens in maximam suspicionem prorupit atque simpliciter non fuisse dictum modis omnibus ęstimavit, mandamus dilectioni tuę, quam absentem sicut presentem amplectimur, ut huc[h] nullo modo fatigeris, quia modo te nullatenus recipere possumus, nec tecum aliquid nunc agendum fore necesse putamus. Cum autem Deo iuvantę[i] ad unam concordiam et unam quietem rei publicę causa

---

a) m *corr. ex* s *R.* b) occurre *corr. ex* occurrite *R.* c) *in ras. R.*

63. a) *haec inscriptio in modum contextus et nigro atramento scripta postea in margine addita est R.* b) *secundum* v *corr. ex* b *R.* c) edifxeras *R.* d) *sic R.* e) *corr. ex* miseremur *al. man. R.* f) *corr. ex* dissensiones *R.* g) si *ante* inclitus *del.; legendum est forte:* senatus inclitus *R (cf. l. 27).* h) *excidisse videtur* properare *aut simile quid R.* i) *corr. ex* iuvantem *R.*

1) *Cf. supra n. 58.* 2) *Petrum Gradensem patriarcham, cf. p. 53 annot. 5, 6.* 3) *Scil. quam Romam, quo iam prius ad concilium (cf. n. 10, p. 9 annot. 5) frustra vocati erant, cf. nn. 17—21, 26.* 4) *De hac superscriptione cf. Levi l. l. p. 175 et dissertationem meam in NA. XXXVI, 103.* 5) *Muratori Ann. d' Italia V, 125 et Gregorovius 'Gesch. d. Stadt Rom' III³, 190 hanc epistolam mutata perperam indictione anno 876 tribuere voluerunt, sed cf. econtra Dümmler III², 66, Levi l. l. p. 175 sq.* 6) *Spoletino; cf. n. 23.* 7) *Papia, ubi cum imperatore convenerat (cf. Hincmari Ann. ad a. 877, ed. Waitz p. 136), quam vero adveniente Karolomanno Baioariae rege in Italiam (m. Sept.) fuga lapsus reliquerat, cf. Dümmler l. l. III², 53.* 8) *Acta vel notitiae huius synodi penitus desunt. — De priore eiusdem anni 877 synodo Romana cf. n. 10 p. 9 annot. 5.* 9) *De morte imperatoris, qui d. 6. Octobris obierat, non iam certior factus esse videtur.*

redierit et litis figmenta, quę tanquam tela aranearum putamus contra augustalem maiestatem oborta, sopita extiterint, nos et nobilitatem tuam recipiemus et ea, quę ad communem utilitatem pertinere cognoverimus, tecum et tractare et utpote cum tantę prudentię viro peragere summa dilectione curabimus[a]. Antea autem nullo modo te venire oportet, quia nullo modo te, sicut diximus, recipere, fili karissime, possumus. cf. Iob 8, 14.

DATA XII. KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE XI.

64.

Iohannes VIII. papa Karolomanno (regi) gratulatur; legatos se delegaturum esse nuntiat pacti cum ecclesia Romana renovandi causa; pallium pro Theotmaro archiepiscopo (Salisburgensi), qui ex Baioaria reditus Romanae ecclesiae transmittere debeat, concedit.

877 Nov.

Cod.: R f. 30 n. 63.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 339 n. 63. Mansi Conc. coll. XVII, 53 n. 63. Migne Patr. lat. CXXVI, 744 n. 93. — Jaffé Reg. 3114 (2342). Cf. Mühlbacher Reg. 1522 (1480) b.

KARLEMANNO[a] [1].

Apicibus igitur, gloriose fili, vestrę dilectionis susceptis[2] cum parte gratulati[b] sumus[b] vestra incolomitate prosperitatisque successu, Karoli imperatoris morte[3] audita nimio tristitię, fateor, merore ex parte[c] sumus attriti, sed subito undam mentis nostrę cogitatione ad divinum iudicium aliquatenus sustollentes in illud apostoli obstupefacti cogimur voce erumpere dicentes: 'O profundum divitiarum sapientię et scientię Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vię eius! Quis enim cognovit sensum Domini aut quis consiliarius eius[d] fuit?' Quod idcirco dicimus, quatinus sedula cordis meditatio humanę fragilitatis in hoc mari[e] magno cursum vitę instabilis intueri non desinat atque ad ea gaudia, quę sunt fixa et immobilia, nostra actio gratia Christi duce anhelare contenta bonis operibus numquam desistat. De causa sane vestri ad nos adventus vestraque sublimissima[f] promissione Romanę ecclesię, supra omnes, qui fuerunt ante vos, eiusdem exaltatione, cum hoc opere compleveritis, aderit ille vestri retributor, qui per controversiam iuramenti confirmans modulos humanę locutionis ait: Vivo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo. Dum a colloquio, ut dicitis, fratrum vestrorum[4] fueritis reversi, legatos ex latere nostro ad vos sollemniter dirigemus cumque pagina capitulariter continente ea[g], que[g] vos matri vestrę Romanę ecclesię vestroque protectori beato Petro apostolo perpetualiter debetis concedere[h]. Quibus peractis demum rursus ordinabiliter et honorifice mittemus, qui vos cum tota decentia, utpote tantum regem, ad limina apostolorum ductare studeant unaque convenientes de statu rei publicę totiusque Christiani populi salvatione salubriter tractare Deo opitulante ac ordinare valeamus. Inter quę, quęso, fili karissimę, quotquot infideles nostros nostręque[i] vitę insidiantes quoquomodo vel significatione poteritis cognoscere, nullum apud vos vestrosque[k] fideles valeant aliquatenus locum vel aditum[l] invenire, ne inmunda eorum

Rom. 11, 33–34.

cf. Ezech. 14, 16. 18. 20; 1. Reg. 2, 30.

---

a) b *corr. ex* u *R.*

64. a) KARLEMANNAE *R.* b) gratulationis *R.* c) latere *R.* d) *supra lineam add. al. man. R.* e) mare *R.* f) -a *corr. ex* -o *al. man. R.* g) eaq; *R.* h) *corr. ex* concere *al. man. R.* i) -que *add. supra lineam al. man. R.* k) -que *add. al. man. R.* l) alitum *R.*

1) *Filio Ludovici Germanici, regi Baioariae, qui incipiente m. Sept. Italiam occupaverat, cf. Mühlbacher Reg. 1522 (1480) a. — De hac epistola cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 337 sq.* 2) *Hae litterae non supersunt, sed quae continebant, ex papae responso liquido patent.* 3) *Cf. p. 56 annot. 9.* 4) *Ad dividendum cum eis, scil. Ludovico (III.) et Karolo (III.), regnum Lotharingiae; cf. Mühlbacher Reg. 1530 (1488) a.*

pręsentia aliqua consortii macula regium culmen contagiet. Palleum vero, vestra petitione inclinati, Theomaro archiepiscopo[1] consuetudinaliter dirigentes optamus, ut hoc decore interius fulgeat in oculis interni iudicis, quo nitet exterius humanis optutibus, cuique, quęso, committite ea, quę apud Bagoariam beatus Petrus apostolus habet, uti nobis annualiter reditus[a] eius Romam transmittat[2].

DATA MENSE NOVEMBRI, INDICTIONE XI.

65.

Iohannes VIII. papa Theotmaro archiepiscopo Salisburgensi pallii usum concedit, quo accepto apud Karolomannum regem interventor ecclesiae Romanae existere et reditus eius ex Baioaria Romam transmittere debeat. 877 *Nov.*

Cod.: R f. 30' n. 64.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 340 n. 64. Mansi Conc. coll. XVII, 54 n. 64. Migne Patr. lat. CXXVI, 745 n. 94. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 197 ad a. 878. — Jaffé Reg. 3115 (2343). Mühlbacher Reg. 1522 (1480) b.

THEOTMARO ARCHIEPISCOPO IUVAVENSI[a][3].

Idcirco tuam fraternitatem tanto pallei decore studuimus decorare, ut Christo opitulante et ante Dei oculos bonis et sanctis actibus polleas, et sanctę Romanę ecclesię, cf. Ier. 16, 7. a qua potum pręclari poculi sumis, devotus semper fidelis existas, eius[b] in futurum effectus particeps, cuius tota[c] terra[c] perpetualiter fundamentis consistit, et apud Karolomannum regem dilectum filium nostrum cotidianus interventor pro Romana ecclesia, hortamur, existas. Inter hęc ea, quę beatus Petrus apostolus apud Bagoariorum terram iure proprietatis possidet, tuę industrię sagacitatique committimus, quatenus amodo et deinceps annuos eorum reditus Romam sine mora[d] transmittas[4].

DATA MENSE NOVEMBRI, INDICTIONE XI.

66.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum a Graecorum communione haeretica dehortatur, de xenio sibi transmisso gratias ei agit; Sergium eunuchum a Georgio falso episcopo ad episcopatum Belogradensem provectum deponi iubet. 878 *Apr. 16.*[5]

Cod.: R f. 30' n. 65.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 349 n. 75. Mansi Conc. coll. XVII, 62 n. 75. Migne Patr. lat. CXXVI, 758 n. 108. Fejér Cod. dipl. Hungariae I 198. — Jaffé Reg. 3130 (2357).

MISSA PER EUGENIUM[6] ET PAULUM[7] EPISCOPOS MENSE APRILI, DIE XVI., INDICTIONE XI[8].

MICHAHELI REGI UULGARUM[9].

Spiritalibus te visceribus edito gaudebamus et pro salvatione tua gratias agebamus, sed nunc astutia malignorum decepto tristamur et ingemescimus verentes et pertime-

---

a) *corr. ex* reditis *al. man. R.*

65. a) IUVANNENSI *R.* b) ei uis *R.* c) locata *R.* d) more *R.*

1) *Salisburgensi (874—907), qui Karolomanni archicapellanus erat; cf. n. 65.* 2) *De quibus cf. epistolam Nicolai I. 867 Oct. 30 (Epp. VI, 338 n. 51, Jaffé Reg. 2884 [2183]), Dümmler l. l. II², 136 annot. 2, E. Perels in 'Historische Aufsätze K. Zeumer z. 60. Geburtstag dargebracht' (1910) p. 486.* 3) *Cf. n. 64.* 4) *Fragmentum tantum privilegii, quo pallii usus conceditur, hic registratum esse manifestum est, ex minuta, ut videtur, in qua ceterae privilegii partes, secundum formulam Libri diurni (n. 45, ed. Sickel p. 32) scribendae, omissae erant. Cf. quae de privilegio quodam Innocentii IV. a. 1247 simili modo registrato disseruit v. cl. Tangl in 'Mitt. d. Inst. f. oesterr. Gesch.' XIII, 639 et 'Päpstl. Kanzleiordnungen' p. XLII sq.* 5) *Corruptas eschatocolli notas in R ex notula epistolae praemissa apte corrigi posse iam Ewald in JE. 3130 adnotavit. Cf. etiam sequentes epistolas.* 6) *Ostiensem; cf. n. 37, p. 36 l. 25 cum annot. 7.* 7) *Anconitanum; sedit inter a. 861 et 887.* 8) *De hac epistola et sequentibus n. 67—72 ab eisdem legatis perlatis (cf. NA. XXXVI, 132 sq.) fusius egit Hergenröther 'Photius' II, 298 sq.* 9) *Qui ante baptisma a. 864 acceptum Bogoris appellabatur.*

scentes[a], ne, si forte Gręcos secuti fueritis[1], cum illi in diversas hęreses et scismata solito more ceciderint, vos quoque cum ipsis in erroris profunda ruatis et, 'sicut serpens (2. Cor. 11, 3.) seduxit Evam astutia sua, ita sensus vestri corrumpantur et excedant a simplicitate et castitate, quę est in Christo Iesu'. Nam te, fili, Mosaicis rogo verbis: 'Interoga patrem (Deut. 32, 7.) tuum et annuntiabit[b] tibi, seniores tuos et dicent tibi', si aliquando Gręci sine hac vel illa hęresi[c] fuerint et, cum non inveneris[d] eos[d] ab aliqua heresi aliquando liberos extitisse, oportet vos eorum fraudes et consortia fugere, ne, cum illi erraverint, vos erretis et, cum illi ad blasphemiam versi fuerint, et vos etiam fidei rectę blasphematores[e] inveniamini. Nec erit qui vos postmodum corrigat[f] vel ab errore reducat et hoc est, mihi credite, fili karissime, quod dolemus, hoc est, unde nocte et die pro vobis solliciti sumus, non gloriam ex vobis vel honorem aut censum procul dubio expectantes, cum vos potius et non vestra (cf. 2. Cor. 12, 14.) queramus. Nam non patrię regimen et rei publicę moderamen adipisci cupimus, sed dioeceseos eiusdem regionis curam et dispositionem more prisco resumere volumus, ut sollicitudinem, quam universis debemus ecclesiis, tanto pro eadem dioecesi sollertius exerceamus, quanto ad ordinationem specialius nostram[g] hanc antiquitus pertinuisse non ignoramus[2], tantoque pro vestrę salutis custodia instantius vigilare valeamus, quanto, ut confirmet hoc Deus, quod operatus est in vobis[h], enixius nobis optandum est et (cf. Ps. 67, 29.) districtius a nobis divinitus exigendum clarius scimus, si circa instructionem et munitionem vestram desides, quod absit, fuerimus inventi. Revertimini ergo ad beatum Petrum apostolorum primum, quem amastis, quem elegistis, quem quęsistis cuiusque in necessitatibus patrocinium percepistis et fluenta doctrinę salubriter et convenienter hausistis cuiusque vos protectioni[i] cum subiectis omnibus commendastis et tradidistis. 'Bene quidem currebatis', cum apostolo clamamus, 'quis vos fascinavit veritati[k] non (Gal. 5, 7. cf. Gal. 3, 1.) obędire'? Sed et ipse per se Dominus dicit: 'Nemo mittens manum suam in aratrum (Luc. 9, 62.) et conversus retrorsum aptus est in regno cęlorum.' Non autem dicimus, quod non una sit fides, unum baptisma, unus Deus noster pariter et illorum, sed quia in eis sępe, (cf. Eph. 4, 5–6.) pręsule Constantinopolitano vel imperatore aut plerumque utroque auctore facto hęreseos, plures, qui sub ipsis[l] sunt, adolatione aut certe timore illis efficiuntur consimiles; et vę tunc eis est, qui societatem sequuntur eorum. Dic itaque, rogo, karissime fili, quid faceres tu vel populus tuus, si tempore pneumatomachi Macedonii Constantinopolitani antistitis[3], quando et impius illic imperabat Constantius[4], essetis eorum societate fruentes, nonne dogma eius contra Spiritum sanctum blasphemans cum illis sequeremini? 'Quod peccatum', attestante Domino, 'non remittitur neque hic neque in futuro.' Nonne si (Matth. 12, 32.) horum pollutam societatem haberetis, et pravam doctrinam nichilominus haberetis ac per hoc et vos cum illis quasi fasciculi colligati ad conburendum ęterno igni reservaremini (cf. Matth. 13, 30.) in die iudicii cruciandi? Credimus autem, quod iam vos non lateat, nunquam[m] apostolicam beati Petri sedem ab aliis sedibus reprehensam[n], cum ipsa alias omnes et pręcipue Constantinopolitanam sępissime reprehendens aut ab errore liberaverit, aut certe in his, qui resipiscere noluerunt, sententię suę iudicio condemnaverit[o]. Noli ergo sequi Gręcos, fili karissime, quia argumentis semper fallacibus student, semper dolosis[p] intendunt

---

66. a) -rti- *in ras. R.* b) b *corr. ex* u *R.* c) *corr. ex* habere si *R.* d) *corr. ex* inveneritis *R.* e) *corr. ex* blasphemiatores *R.* f) t *corr. ex* s *R.* g) ūram *R.* h) nobis *R.* i) prot- *corr. ex* pros- *R.* k) *corr. ex* veritate *R.* l) ipsi, *ultimum* i *in ras. R.* m) *post* nun- *una littera eras. R.* n) s *corr. ex* d *R.* o) -rit *corr. ex* -rint *R.* p) -si- *in ras. R.*

1) *Graecorum episcoporum machinationes ad subiciendos oboedientiae Constantinopolitani patriarchae Bulgaros indicat; cf. n. 71.* 2) *Cf. n. 68, p. 62 l. 26 sq. — Etiam Bogoris baptisma quidem a Graeco episcopo c. a. 864 acceperat, ordinationem vero novae ecclesiae a Nicolao I. papa a. 866. Cf. responsa Nicolai papae (Jaffé Reg. 2812 (2123), Dümmler l. l. II², 188 sq.).* 3) *340—61, cuius sectatores, 'Macedoniani' vel ob minorem, quam tribuebant Spiritui sancto, dignitatem 'Pneumatomachi' appellati, in synodo Constantinopolitana a. 381 damnati sunt, cf. Hefele 'Conciliengesch.' II², 1 sq.* 4) *II, (335) 353—61.*

versutiis, ne forte vobis, quod genti contigit Gothorum, contingat, quę, cum a paganorum errore cuperet liberari Christique fidei sociari, episcopum incidit formam pietatis habentem, virtutem autem eius abnegantem, qui eos, dum a paganismo[a] liberat, Arrii blasphemiis implicat; sicque illi, dum incaute quęrunt errorem fugere[b], in[b] errorem[b] incidunt[b] [cf. Matth. 15, 14.] et cęcum ducem sequentes cum illo cęci facti in Arrianę pravitatis pręcipitia dilabuntur. [1. Cor. 15, 33.] Et hoc est, unde Gręcorum cavenda esse prędicamus consortia. 'Corrumpunt enim', ut Paulus apostolus ait, 'mores bonos colloquia mala'. Qui etsi aliquando loquuntur aliquid [cf. Marc. 3, 11–12.] boni, noli mirari, quia et dęmones confitebantur[c] filium Dei; sed ipse[d] illos potius tacere pręcipiebat, ne, qui eos audiret vera prędicantes, sequeretur errantes. Convertimini [cf. Matth. 16, 16.] igitur ad beatum Petrum apostolorum principem, qui primus cognovit et confessus est [cf. Io. 21, 17.] filium Dei, qui oves dominicas regendas accepit et, ut has ad ęternę pascua vitę intro- [cf. Matth. 16, 19.] ducere posset, et hic ligandi solvendique potestatem et illic reserandi eis claves celęstis regni promeruit. Igitur scitote, karissime, si ex hoc ad Gręcos, quod avertat[e] Dominus, [cf. 1. Tim. 5, 12.] conversio vestra fuerit, partem vestram divinitus[f] cum his ponendam, qui primam fidem irritam faciunt, et cum his, quorum libenter amplectimini portionem. Porro si nos audieritis et ad sancti Petri gremium redieritis, ut filios vos amantissimos expansis[g] [cf. Phil. 1, 8.] sinibus recipiemus et exertis brachiis amplectemur et in visceribus Christi dilectionis semper habebimus et, si qua sunt sancta, si qua salubria, si qua congrua vobis, et pro vobis offerre atque impendere non cessabimus. Xenium nobis ex vobis transmissum quodam religiosi habitus Urso deferente[h] suscepimus, de quo benignitati[i] vestrę gratias agentes Deum laudavimus[k], qui te nobis devote munus offerre docuit, temetipsum cito totum, ut confidimus, et perfectum daturus. Ceterum gloria vestra sciat Sergium eunuchum, qui, cum genere Sclavus[l] esset et multis pravitatibus irretitus, sacerdotium per surreptionem[m] optinuit et post etiam super aliis detectus et convictus excessibus, ab episcopo tunc suo depositus fuisse dinoscitur et post indigne satis a Georgio[1], qui falso sibi episcopi nomen usurpat, ad episcopatum Belogradensem[2] provectus est, apostolorum principum et sanctorum canonum auctoritate[3], etiam nostri esse sententia decreti depositum, quod tam vobis quam vestrę omnium generalitati canonice patefacimus, ut[4] hi, qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur, ne, quod non optamus, simili cum eis pęna iudicii teneantur astricti.

DATA XVI. DIE[n] MENSIS APRILIS, INDICTIONE XI.

67.

Iohannes VIII. papa Petrum comitem hortatur, ut, sicut prius, penes Michaelem regem (Bulgarorum) pro Romana ecclesia laboret. *878 Oct. 16.*

Cod.: R f. 32 n. 66.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 351 n. 76. Mansi Conc. coll. XVII, 64 n. 76. Migne Patr. lat. CXXVI, 760 n. 109. Fejér Cod. dipl. Hungariae I 203. — Jaffé Reg. 3131 (2358).

---

a) -ga- *add. supra lineam al. man. R.* b) fuger in | errorem incidunt *corr. ex* fuge in|cidunt *al. man. R.* c) -tur *in ras. al. man. R.* d) *corr. ex* ipso *al. man. R.* e) *corr. ex* advertat *R.* f) s *corr. ex* m *al. man. R.* g) *corr. in* expassis *R.* h) s *in fine eras. R.* i) *corr. ex* benignitate *al. man. R.* k) laudabimus *R.* l) sclabus *R.* m) surrectionem *R.* n) ĪD *R; cf. p. 58 annot. 5.*

1) *Graeco certe episcopo vel archiepiscopo ab Ignatio patriarcha Constantinopolitano instituto; cf. Hergenröther l. l. II, 302.* 2) *'Belgrad', quod postea nonnisi inde a saec. XIII ex. episcopalis sedes fuit, cf. Eubel 'Hierarchia cath.' I, 371.* 3) *Cf. can. apost. XXIX (XXVIII), ed. Hefele 'Conciliengesch.' I², 808; c. 4 conc. Antioch. a. 341 (ed. Mansi II, 1322).* 4) *C. 5 conc. Nicaen. (Mansi II, 679).*

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM EPISCOPOS, MENSE APRILI, INDICTIONE XI., DIE XVI.

PETRO COMITI[1].

Dilectissimo filio nostro Michaheli Christianissimo regi apostolatus nostri mittentes epistolam[2] dignum duximus, ut et tuę quoque glorię[a] scriberemus et gemitus nostri cordis aperiremus, quos assidue patimur suspirantes et stupore nimio admirantes, quomodo ipse sapientissimus rex et vos ipsi averti[b] potueritis et a recta semita declinare atque a sede beati Petri apostolorum summi recedere, cui, sicut evangelium refert, non caro et sanguis, id est humana sapientia, sed ipse per se pater filium proprium [cf. Matth. 16, 17.] revelavit, cum alii hunc Iohannem, alii Heliam, alii Hieremiam aut unum de prophetis [cf. Matth. 16, 14; Marc. 8, 28.] existimarent. Scribimus ergo tibi tanquam familiari et carissimo[c] nobis[c]; tu enim in hac causa primus ipsi regi precursor et dux auctore Deo fuisti, tu inter illum et nos medius discurristi[3] et Deo gratias cuncta, quę ad salutem gentis illius acta sunt, non sine tuo certamine acta sunt et, quot et quantos labores pro instructione vestri nos assumpserimus, ipse non nescis. Et bene quidem in nobis delectabamini et spiritalibus gaudiis et profectibus fruebamini, sed nescimus, quis[d] vos de cetero deceperit, quis organum factus diaboli, qui olim per serpentem Evam seduxit, vos a recto itinere [cf. 2. Cor. 11, 3.] callida suasione retraxerit. Unde non parum dolemus nec leniter anxiamur et idcirco te, virorum optime, cohortamur, loquere ad aures eiusdem dilecti filii nostri regis, cui et Dominus ipse ad aures precordiorum loquatur[e], ut primam fidem non faciat irritam, [cf. 1. Tim. 5, 12.] ut ante se gradiens retro nequaquam respiciat, viam, quam ambulabat, non deserat, evangelicam legat historiam et videat ibi pręcipuę soli Petro, aliis ista vel illa opinantibus, Christum Dei vivi filium revelatum et singulariter dictum: 'Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficeret fides tua'. [cf. Matth. 16, 14–17; Marc. 8, 28. Luc. 22, 32.] Ergo si istis vel illis falsa putantibus Petro veritas pręcipuę revelata est et si pro fide Petri oratum singulariter est a filio, ne deficeret, consideret sapiens rex, quam laudabiliter primum fecerit, Urbem quęrens, ad quam iste talis et tantus apostolus venit et prędicavit, cui patre revelante veritas filii patefacta est et cuius fides, quia filius rogavit, non deficit. Ad hanc quippe Romanam urbem post Antiochię, quam in transitu visitavit, fundatam ecclesiam tamquam ad mundi [cf. Gal. 2, 11.] dominam properavit et illic consequenter filium Dei vivi, quem non carne vel sanguine, [cf. Matth. 16, 17.] ut prediximus, sed Deo[f] revelante, sicut veraciter cognovit, veraciter et prędicavit, super quam etiam solidam confessionis petram suam Dominus ecclesiam fabricavit, et hęc est [cf. Matth. 16, 18.] petra illa, supra[g] quam[g], ut Salomon ait, serpentis non invenitur vestigium. [cf. Prov. 30, 19; Sap. 5, 10.] Pro hac itaque purissima fide beatus Petrus Romę moratus, in hac stabilivit ecclesiam et sede apostolica diutius gubernata pro hac fide decus mortis assumpsit sicque sanctam Romanam ecclesiam in hac fide fundatam proprio sanguine cum Paulo, qui ab Ierusalem usque [cf. Rom. 15, 19.] ad Hylliricum regionem, scilicet in qua nunc vos habitatis, evangelio replevit, domino Deo consecravit et dedicavit; qua fide tanto intra breve tempus Romani creverunt et floruerunt, ut[h] pręlatus egregius apostolus mox in principio epistolarum suarum pro [cf. Rom. 1, 8.] ea Deo gratias agere et denuntiare pręconia videatur. Hanc itaque[i] fidem suggere semper et suade, karissime, pio regi sitire[k], hanc non alibi pręcipue quęrere nisi Romę, ubi plantata est et radicata a beato Petro, qui hanc, ut supra ostendimus, sicut veraciter cognovit, veraciter et prędicavit. Quoniam sicut aqua nunquam potest alibi tam munda vel tam limpida quemadmodum in fonte, unde originem protrahit, inveniri, ita et fides nunquam

67. a) g- *in ras. R.* b) *corr. ex* adverti *R.* c) *corr. ex* caris in nobis *al. man. R.* d) qui *R.* e) loquetur *R.* f) eo *R.* g) *corr. ex* supram *al. man. R.* h) et *R.* i) -que *add. supra lineam R.* k) *corr. ex* sit ire *al. man. R.*

1) *Familiari regis, qui iam prius bis legatus eius penes Nicolaum I. et Hadrianum II. pontifices a. 866 et a. 868 vel 869 fuerat, cf. Dümmler l. l. II², 256. — V. etiam n. 192.* 2) *V. n. 66.* 3) *Cf. annot. 1.*

omnino poterit alibi tam pura vel tam nitida repperiri, sicut in ecclesię nostrę vivario, ubi cf. Prov. 27, 15. eam non tecta perstillantia, quibus litigiosa mulier, id est hęretica pravitas, comparatur, sed ille polorum claviger ubertim et purissime congregavit, qui ex ipso fonte vivo hanc[a] cęlitus hausit et limpidissimam conservandam mandavit. Hęc, karissime, pio regi loquere cf. Matth. 25, 14–30. et exhortare in Christo Iesu, ut pro accepto et multiplicato familiaritatis talento in gaudium Domini nostri merearis intrare. Nos vero, si nos audieritis, quia vos tanquam fratres et filios summo amore diligimus, de lucro vestri gaudebimus et superexultabimus; cf. Matth. 18, 17. sin autem, dicemus omni ecclesię et, sicut Dominus pręcepit, vos tanquam ethnicos et publicanos habebimus: et in vos videritis, cum in varias errorum temptationes incideritis . . .[b]

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM REVERENTISSIMOS ET SANCTISSIMOS[c] EPISCOPOS[d].

DATA MENSE APRILE, DIE XVI., INDICTIONE XI.

68.

Iohannes VIII. papa Ignatio patriarchae Constantinopolitano sub poena excommunicationis praecipit, ut infra triginta dierum spatium episcopos et clericos, quos in regione Bulgarorum antiquitus ad Romanam ecclesiam spectante contra fas ordinaverit, removeat.

878 Apr.

Cod.: R *f. 33 n. 67.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 354 n. 78. Mansi Conc. coll. XVII, 67 n. 78. Migne Patr. lat. CXXVI, 763 n. 111. — Jaffé Reg. 3133 (2360).

REVERENTISSIMO CONFRATRI NOSTRO IGNATIO PATRIARCHE CONSTANTINOPOLITANO[1].

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM REVERENTISSIMOS[a] EPISCOPOS[a].

Secundo iam sedis apostolicę litteris probaris admonitus[2] et per missos eius contestatoriis conventus hortatibus, iure tibi Constantinopolitanę dioeceseos, quod per eiusdem prime sedis auctoritatem et favorem annuente Deo receperas, rite contentus ultra pręfixos tibi ex canonibus[3] limites pręsumptionis pedem non tenderes, nec antiquos terminos, quos posuerunt patres tui, aliqua usurpatione transferres. Nullus autem ignorat regionem Uulgarum a sanctę memorię Damaso papa[4] et deinceps usque[b] ad[b] paganorum irruptionem a sedis apostolicę pręsulibus, quantum ad ecclesiasticę provisionis attinet privilegium, moderatam, presertim cum hoc nonnulla scripta, sed[c] pręcipue diversorum pontificum Romanorum res geste[d], quę in arcivis[e] antiquitus nostrę reservantur ecclesię, clarius attestentur[5]. De his autem, quę bellica clades et gravissimi hostilitatis incursus intulisse noscuntur, nil prestantius sentiendum est, quam quod clarissima ecclesię tuba, sanctus videlicet Leo nostrę sedis antistes, edocuit et decrevit, cum ait[6]: Adhibenda, inquiens, curatio est, ut vulnera[f], quę adversitate[g] hostilitatis illata sunt, religionis maxime ratione sanentur; qui statu rerum auxiliante Domino in meliora converso iterum dicit[h]:

a) *corr. ex* hac *R.* b) *ultima verba excidisse videntur in R; cf. nn. 83, 103, NA. XXXVI, 125 annot. 3.* c) SCIS *R.* d) EPIS *R.*

68. a) -OS *corr. ex* -IS *al. man. et nigro atramento R.* b) *corr. ex* usquad *R.* c) *corr. ex* sunt *al. man. R.* d) gesta *R.* e) *corr. ex* archivis *R.* f) -ra *in ras. R.* g) adversione *R.* h) dicunt *R.*

1) *Defuncto iam a. 877 Oct. 23; cf. Hergenröther 'Photius' II, 286 sq., cuius in locum iterum tunc cesserat Photius, iam a. 858—67 aemulus eius in regendo patriarchatu. Mortem Ignatii a papa absconsam esse ex hac epistola verosimile fit.* 2) *Nullam habemus priorem hac epistolam Iohannis Ignatio directam, sed aliam a. 874—75 Basilio imp. directam, ubi queritur iam de Ignatio, cf. Jaffé Reg. 2999, Append. n. 41.* 3) *C. 2 conc. Const. a. 381 (Mansi III, 566), cf. can. apost. XXXVI (XXXIV), can. 13, 22 conc. Antioch. a. 341, can. 3 conc. Sard. a. 344 etc.* 4) *I., 366—384.* 5) *Synodum Romanam Damasi et epistolam eius episcopis Illyricis directam (cf. Mansi III, 455 sq., JK. 232 [55]) alludit; cf. n. 71, p. 66 l. 20 sq.:* et sacra concilia .. et rerum gestarum a sancto Damaso papa conscripta. 6) *Epist. ad Nicetam ep. Aquilegiensem, Dionysii Coll. decr. Leonis c. 41—43 (Migne LXVII, 296), Jaffé Reg. 536 (312).*

Remotis malis, quę hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime[a] habuit, reformetur omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque, quod proprium est; et rursus: Quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio[b] reformetur. Sed hęc, reverentissime frater, omnia clausis oculis relegisti sanctorumque patrum decreta calcaneo temerario conculcasti ac multiplicium tibi beneficiorum sedis apostolicę prestitorum oblitus contra eandem sanctam sedem, benefactricem videlicet tuam, erectus[c] es, priscam dioecesim illius in regione Uulgarica constitutam illicita pervasione subripiens et in alienam messem contra divinas leges[1] mittere falcem non renuens. Unde merito post primam et secundam commonitionem[2] a[d] nostrę te debueramus communionis contubernio sequestrare, 'in (2. Cor. 10, 6.) promtu[e] habentes', secundum apostolum, 'omnem ulcisci inobędientiam'; qui etiam dicit: 'Si quis non obędit verbo nostro per epistolam, hunc notate, ut non commisceamini cum eo' (2. Thess. 3, 14.). Sed quia sedis apostolicę moderatione utentes spiritu lenitatis potius quam severitatis erga correptionis tuę flagramus effectum[f], ecce tertio canonice per missos et syllabas commonemus et hortamur et protestamur, ut nullam omnino moram perpessa strenuos viros in regionem Uulgarum dirigat, qui per totam patriam peragentes, quoscunque illic reppererint[g], qui a te vel ab subiectis tibi consecrationis munus accepisse dicuntur, sine quavis[h] dilatione reducant, ita ut intra triginta dierum spatium nullus episcopus, nullus omnino clericus, qui tuę ordinationis, immo inordinationis sunt, intra omnes Uulgarum fines inveniatur. Non enim patimur eos, quos ibidem tu illicite constituisti, quos et ab apostolica esse iam sede huius rei gratia constat excommunicatos, errore suę prevaricationis corda novorum Domini famulorum inficere, quos videlicet in fide instructionis manu plantavimus et aqua salutaris fontis doctrinarum rigavimus atque horum auctori Deo ad incrementum spiritus dandum, 'ut sit ipse in omnibus primatum (Col. 1, 18.) tenens', optulimus. Porro si intra triginta intervalla dierum omnes, quos vel tu vel episcopi tui consecrasse in aliquo gradu putantur ecclesię, a totius regionis Uulgaricę terminis non eduxeris et temetipsum ab omni ecclesiastico illius iure dioeceseos[i] non subduxeris, tandiu sancto corpore ac pretioso sanguine domini nostri Iesu Christi post duos menses a die numerandos, qua huius epistolę thomum acceperis, esto privatus, quandiu his obstinatus decretis nostris minime obędientię colla summiseris. Iam vero si pertinaciter in hac indisciplinatione atque pervasione permanseris et episcopos et quotquot illic vel illi vel tu consecrasse videris foras illinc minus[k] expuleris, omnipotentis Dei iudicio et beatorum apostolorum principum auctoritate nostręque mediocritatis sententia omni[l] patriarchatus esto dignitate, quam favore nostro receperas, alienus et exsors, nullo[m] penitus summi sacerdotii privilegio pręditus vel potitus.

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM EPISCOPOS.

DATA MENSE APRILE, INDICTIONE XI.

69.

Iohannes VIII. Basilio imperatori (Constantinopolitano) gratulatur de pace et concordia ecclesiae restituta; reliqua dissensionis scandala in Constantinopolitana ecclesia fluctuantia sedari petit, Paulum (Anconitanum) et Eugenium (Ostiensem) episcopos, latores praesentium, commendat. *878 (Apr.).*

Cod.: R f. 34 n. 68.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 356 n. 80. Mansi Conc. coll. XVII, 69 n. 80. Migne Patr. lat. CXXVI, 765 n. 113. — Jaffé Reg. 3135 (2362).

---

a) *corr. ex* legimine *R.* b) *corr. ex* remedium *al. man. R.* c) *corr. ex* et | rectus *al. man. R.* d) *add. postea R.* e) promtum *R.* f) affectum *corr. in* affectu *R.* g) *corr. ex* repperuerint *R.* h) *corr. ex* quamvis *R.* i) *corr. ex* dioceseos *R.* k) *corr. in* minis *R.* l) *corr. ex* omnipotentis *R.* m) nulla *R.*

1) *Cf. p. 62 annot. 3.* 2) *Cf. p. 62 annot. 2.*

DILECTISSIMO NOBIS ET DESIDERABILI[a] FILIO BASILIO CHRISTIANISSIMO ET TRANQUILLISSIMO IMPERATORI[1].

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM REVERENTISSIMOS EPISCOPOS.

2. Cor. 1, 3. 'Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis', qui misertus et consolatus est nos in pręsenti sęculo nequam, cf. Luc. 1, 69. visitans et redemptionem faciens, tam pium tamque benignum imperii vestri cornu salutis erigendo in domo David, Christi videlicet, pueri sui. Vos enim, fili karissime, 1. Cor. 12, 31. minus imperatoria[b] dignitate, secundum apostolum, qui ait: 'ęmulamini charismata meliora', cf. Luc. 2, 14. contenti, etiam angelorum estis ministerium imitati, dum pacem in terra bone voluntatis cf. Matth. 5, 8. hominibus exoptatis et beatos per id ac Deum vos visuros luce clarius demonstratis. Utraque siquidem epistola vestra pontificio nostro missa[2] huius vos flagrare desiderio patenter insinuat et hanc vos ad statum ecclesię, unde pravorum dissensione repulsa est, inhianter velle[c] reducere[c], indicio evidenti demonstrat. A Deo quippe provectum[d] imperium vestrum, quod eo auctore iustitia et triumphis ornatis, minus nimirum validum minusque gloriosum putatis, nisi etiam summa condecorare pace seu concordia satagatis. Nos autem, dilectissime, audientes in Constantinopolitana[e] ecclesia dissensionis adhuc scandala fluctuare nonnullosque religiosi[f] habitus viros hac illacque dispersos atque deiectos ignominiose tractari[g], merito ingemiscimus et multa mestitia fatigamur. Precipue pacem[h] sentimus illic continua contentione turbatam[i], quam per multos sedis apostolicę labores iam credebamus edificatam et sacratos quosdam diversas iniurias discimus passos, quos ab omni oppressionis face sperabamus ereptos[3]. Portamus[4] quippe cf. Gal. 6, 2. omnium onera, qui gravantur, immo portat hęc in nobis amator vester beatus Petrus apostolus, qui nos in omnibus sollicitudinis suę protegit ac tuetur heredes. Sed quia de[k] pro- Ier. 1, 10. fessionis nostre[l] officio cum Hieremia nichilominus dicitur: 'Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes [et ędifices][m] et plantes', etiam vestra pietas ab apostolatu nostro pro hoc ipso personas postulat, ecce strenuos e latere nostro viros dirigimus, qui, si qua illic inter hęc diligenti studio deprehendant[n], et his radicitus secundum Domini mandatum evulsis, destructis, dispersis et dissipatis, pacem et unitatem et caritatem et congruenter ędificent simul et plantent[o]. Nam quomodo habere poterunt caritatem, qui dividunt unitatem? Nos autem pro Christo legatione procul dubio fungimur, cum paci[p] ecclesię studium inpendere procuramus. Quia vero Deo amabiles viros, quos nominatim litteris expetitis[5], quibusdam incommodis impeditos destinare nequimus, misimus Paulum et Eugenium, sanctissimos et reverendos episcopos dilectosque consiliarios nostros, quorum nobis et fides probata et scientia manifesta est. Quibus scripto dedimus in mandatis, ut omnibus simultatibus sopitis atque sedatis, quę ad pacem sunt, sanctorum magistra regula patrum toto conamine construant et omni contentione sublata iustitie tribuant Deo propitio palmam, hoc dumtaxat ad laudem Dei agentes et ad preconiorum vestrorum culmen, sicut vos agere de die in diem decet, addentes. Verumtamen ignorare pium imperium[q]

69. a) -IDERA- *in ras. R.* b) imperatori *R.* c) vellere ducere *R.* d) provectu *R.* e) -na *corr. ex* -nam *R.* f) religionis *R.* g) tratari *R.* h) *corr. ex* a pace *al. man. R.* i) *corr. ex* turbata *al. man. R.* k) et *R.* l) nostri *R.* m) *om. R; cf. Ier. l. c. et infra lin. 28/29.* n) deprehendat *R.* o) plantet *R.* p) pace *R.* q) *corr. ex* imperatorium *R.*

1) *867—86. Cf. A. Vogt 'Basile I. (Paris' 1908).* 2) *Epistolae hae, quae causa legationis Pauli et Eugenii fuisse videntur, non sunt servatae.* 3) *Non satis lucide patet, quid hic alludat papa. Concilium oecumenicum a. 869/70 damnatis Photii sectatoribus pacem restituerat ecclesiae. Iniuriis oppressos postea nonnisi Photianos dici posse Hergenröther l. l. II, 289 sq. contendit, unde colligit, epistolam Basilii, cui respondet nostra, ab ipso Photio iam restituto nulla tamen de morte Ignatii et ipsius restitutione mentione facta aut inspiratam aut dictatam esse. — Cf. etiam n. 177.* 4) *Cf. Siricii pp. epist. ad Himerium ep. Tarraconen., Dionysii Coll. decr. Siricii praefatio (ed. Migne LXVII, 231), Jaffé Reg. 255 (65).* 5) *Quosnam Basilius postulaverit legatos nescimus.*

vestrum nolumus nos apostolicę sedis precepisse legatis, ut causa tantum visitationis gloriosum eiusdem provincię principem[1] adeant et de optata memoria ei apostolorum, ut condecet, expletis officiis persalutationis edicant. Ideoque rogamus, ut aditu eis annitentibus vobis concesso, talem illis industrium virum[a], qui eos usque ad predictum principem salvos ducat atque reducat, facta in scriptis de ea minime iterum usurpanda professione. Optamus vos per multos annos in Christo bene valere et barbaricis iugiter hostibus triumphare, spiritualis et desiderabilis et Christianissime fili semper auguste.

DATA[b] INDICTIONE XI.

70.

Iohannes VIII. papa (fratrem Michaelis regis Bulgarorum) hortatur, ut penes illum pro Romana ecclesia laboret. *878 Apr.*

Cod.: R f. 34' n. 69.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 353 n. 77. Mansi Conc. coll. XVII, 66 n. 77. Migne Patr. lat. CXXVI, 762 n. 110. — Jaffé Reg. 3132 (2359).

[Dilectissimo filio nostro Michaheli][a] Christianissimo regi[b] apostolatus nostri mittentes epistolam[2] dignum duximus, ut et tue quoque glorie scriberemus et gemitus ac dolores nostri cordis aperiremus, quos assidue patimur suspirantes et tristes penitus incedentes et stupore nimio admirantes, quomodo ipse sapientissimus rex et vos ipsi averti potueritis et a recta semita declinare et a sede beati Petri apostolorum principis omnino (cf. Ps. 43, 19.) recedere, cui, sicut evangelium refert, non caro et[c] sanguis, id est humana sapientia, (cf. Matth. 16, 17.) sed ipse per se pater filium proprium revelavit, cum alii hunc Iohannem, alii Heliam, (cf. Matth. 16, 14; Marc. 8, 28.) alii Hieremiam aut unum ex prophetis existimarent. Scribimus ergo tanquam fratri eius et carissimo nostro[3]; nam cuncta, quę ad salutem gentis vestrę a nobis acta sunt et quot et quantos[d] labores pro instructione vestri nos assumpserimus, ipse profecto non nescis[e]. Et bene quidem primum in nobis delectabamini et spiritalibus gaudiis et profectibus fruebamini, sed nescimus, quis vos de cetero fascinaverit, quis deceperit[f], (cf. Gal. 3, 1.) quis organum factus diaboli, qui olim per serpentem Evam seduxit, vos a recto itinere (cf. 2. Cor. 11, 3.) callida suasione retraxerit. Unde non parum dolemus[g] nec leniter anxiamur et idcirco te, virorum optime, cohortamur, loquere ad aures eiusdem dilecti filii nostri regis, cui et Dominus ipse potius ad aures pręcordiorum loquatur, ut primam fidem non faciat (cf. 1. Tim. 5, 12.) irritam, ut ante se gradiens retro nequaquam respiciat, viam qua ambulabat non deserat, evangelicam legat hystoriam et videat ibi pręcipue soli Petro Christum Dei vivi filium (cf. Matth. 16, 17.) revelatum. Ad huius ergo beatissimi Petri sedem alacri pectore rex Christianissimus redeat et sicut cervus, cum quid sumpserit noxium, desiderat ad fontes aquarum, ita (cf. Ps. 41, 2.) desideret et sitiat anima ipsius ad salutifera eius doctrinę fluenta. In quo pio[h] tua laboret opere pręcunctis sollertia, ut non solum fratrem karissimum lucrifacias, sed et

a) *excidit* tradatis, *sicut editiones suppleverunt, aut simile quid R.* b) *parvum exstat spatium, cf. n. 5, p. 5 l. 9 et NA. XXXVI, 131 annot. 5.*

70. a) *haec prima epistolae verba, quae ex eodem fere epistolae n. 67 tenore certo certius restitui possunt, registrator perperam pro inscriptione, quae in minuta adhuc deerat, habuit et mutatis quodammodo verbis in* MICHAHELI GLORIOSO REGI UULGARUM *sequenti epistolae tenori pro inscriptione anteposuit, cf. NA. XXXVI, 110.* b) *corr. ex* regibus *R.* c) *corr. ex* ex *R.* d) o *corr. ex* u *R.* e) *corr. ex* nescit *R.* f) dece- *in ras. R.* g) -emus *in ras. R.* h) *corr. ex* pia *R.*

1) *Michaelem regem Bulgarorum.* 2) *Cf. n. 66.* 3) *His ex verbis (cf. etiam l. 35), paullulum differentibus ab epistolae n. 67 (cuius tenorem usque hac nostra verbotenus sequitur, protinus vero omissis quibusdam postremo penitus neglegit), is, cui dirigitur epistola, frater regis esse evincitur, nec tantum 'quidam ex nobilibus Bulgaris', ut habent priores editores, cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV², 447.*

de salute omnium vestrum ipse mercedum prȩmia consequaris; non enim placet Deo [cf. Dan. 12, 3.] plus his[a], qui ab errore converti faciunt homines vel qui ad iustitiam erudiunt plurimos. Et ideo pro tam sancto labore beato Petro clavigero regni cȩlestis intercedente operies, [cf. Iac. 5, 20.] sicut scriptum est, multitudinem peccatorum et stabilieris quasi cȩli firmamentum et dies ȩternitatis, sed et nos interim te in devotorum numero filiorum habebimus et confessionibus[b] apostolorum principum memoriam tui iugiter commendare nullatenus omittemus.

DATA MENSE APRILI, INDICTIONE XI.

71.

Iohannes VIII. papa Graecos episcopos Bulgaricae dioecesis invasores sub poena excommunicationis infra triginta dierum spatium ex tota Bulgarica regione cedere iubet.

878 Apr. 16.

Cod.: R f. 35 n. 70.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 355 n. 79. Mansi Conc. coll. XVII, 68 n. 79. Migne Patr. lat. CXXVI, 764 n. 112. — Jaffé Reg. 3134 (2361).

OMNIBUS EPISCOPIS ET CETERIS CLERICIS GRECIS UULGARICAE DIOECESEOS INVASORIBUS AC PER HOC EXCOMMUNICATIS.

[cf. Num. 24, 3. 15.] Miramur vos et vehementer obstupescimus sanctorum patrum canones[1] obturatis oculis relegisse et calcata conscientia terminos ȩternos a patribus positos transtulisse et in alienam messem iudicii falcem misisse, in Yllirici provincias, quas nunc Uulgarum natio retinet[2], ingredientes et ordinationes illicitas perpetrantes, cum et sacra concilia sub sede beati Petri apostolorum principis has olim provincias deguisse patenter innuant et rerum gestarum a sancto Damaso papa conscripta manifeste denuntient[3] et statu causarum Deo auxiliante in melius iam pridem converso sedes apostolica sit ab eis, qui hanc habitant regionem, recognita, requisita et multis prȩcibus invitata nosque illuc episcopos et inferioris ordinis sacerdotes cum prȩceptis sedis apostolicȩ miserimus et multos labores pro instructione[a] illius regionis arripuerimus. Nam et si quidam vestrum clandestina illuc sorte venerunt[4], apte de illis dicere possumus illud Domini dictum asse- [Io. 10, 8.] verantes: 'Omnes, qui ante me venerunt, fures fuerunt et latrones'; ipse quippe Dominus [cf. Ier. 29, 9.] per prophetam dicit: Veniebant et ego non mittebam[b] eos. Nam quidam vestrum pro criminibus suis fugientes, quidam autem ambitus et avaritiȩ causa illuc accessuri profecti sunt, non autem vocati nec invocati, licet nec sic in nostram[c] vos diocesim ad aliquam dispositionem faciendam introire convenerit. Quia igitur contra sacras vos multipliciter egisse regulas deprehendimus, excommunicavimus vos et estis excommunicati. Quisquis autem ex vobis intra triginta dierum spatium cognite huius apostolicȩ sanctionis omni Uulgaricȩ regioni non cedens in ea quamlibet ordinationem vel dispositionem patrare ultra predictum spatium obstinate presumpserit, sanctorum patrum auctoritate nostrique iudicii sententia proprio careat officio, nonnisi resipiscens pȩnam evasurus[d] aut veniam aliquo modo speraturus. Si quis autem vestrum humiliter ac obedienter his salubribus monitis nostris parens Uulgaricȩ locum dederit[e] dioecesi, noverit

---

a) *corr. in* is *R.* b) b *corr. ex* p *R.*

70. a) *corr. ex* instructiones *R.* b) *corr. ex* mitebam *R.* c) urām *R.* d) *corr. ex* evasuros *al. man. R.* e) *corr. ex* ędérit *al. man. R.*

1) *C. 2 conc. Constantin. a. 381 (Mansi III 566); cf. can. apost. XXXV (XXXIV), c. 13, 22 conc. Antioch. a. 341, c. 3 conc. Sard. a. 344 etc.* 2) *Sed cf. quae Dümmler 'Die pannonische Legende vom h. Methodius', in 'Archiv f. österr. Gesch.' XIII, 185 sq., de antiqua Illyrica diocesi sub Sirmiensi metropoli constituta et recenti Pannonica diocesi recte exposuit.* 3) *Cf. n. 68, p. 62 annot. 5.* 4) *Missi c. a. 870 ab Ignatio patriarcha, instigante Basilio imperatore, cf. Lapôtre l. l. p. 58 sq.; quibus amovendis iam initio pontificatus sui Iohannes VIII. frustra penes Michaelem regem studuerat, cf. Jaffé Reg. 2962, Append. n. 7.*

nos decrevisse sibi episcopium restitui, quod cum in regione Grecorum prius habuisse[a] constiterit; porro et si nunquam habuit, vacans illi tribui, si tamen talis persona sit, cui nulla in hoc regula patrum valeat obviare.

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM[b] EPISCOPOS.

DATA XVI. DIE MENSE APRILE, INDICTIONE XI.

72.

Iohannes VIII. papa Basilio imperatori utpote Romanae ecclesiae fautori missos suos Paulum (Anconitanum) et Eugenium (Ostiensem) episcopos, qui ei gravamina sua denuntient, commendat. *878 (Apr. 28?).*

Cod.: R f. 35' n. 71.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 358 n. 81. Mansi Conc. coll. XVII, 70 n. 81. Migne Patr. lat. CXXVI, 767 n. 114. — Jaffé Reg. 3118 (2363).

DILECTO FILIO SEMPER IN DOMINO TRIUMPHANTI BASILIO PIISSIMO IMPERATORI AUGUSTO.

Scimus, venerabilis imperator, scimus et omnimodo novimus[a] vos prudentia pollere, ęquitatem diligere, pietatem excolere, directiones plantare et vitia vellere; scimus et liquido credimus vos sanctę Romanę ecclesię vigorem et decus velle augere[b], tribulationes gemere, angustias dolere et necessitates pio intuitu, quantum ad vos pertinet, amovere. Huius rei gratia maximam de vobis fiduciam assumentes, quicquid eandem sanctam matrem vestram Romanam ecclesiam oppido affligit et lacerat, vobis singulari quadam spe committimus audiendum et corrigendum. Tamen ne vos, quos[c] secretorum[c] nostrorum conscium[d] esse cupimus, lateat, quod his diebus contra Dei voluntatem contraque salutem totius Christianę fidei ac contra privilegium sanctę Romanę ecclesię seu contra morem reique publicę statum Romę peractum est[1], his missis nostris, Paulo[e] et Eugenio[e] episcopis[e 2], verbotenus vobis dicenda commisimus. Quę vos ita credere deprecamur, ac si nos vobiscum loquamur, et credentes, si nobis ferre opem vel aliquam consolationem valetis, veluti dilectus filius reverendę matri assolet, omnimodo conferatis, deposcimus. Habebitis enim pro his sanctos apostolos adiutores et nos possidebitis devotiores vestros apud Dominum semper intercessores.

DATA IIII. KALENDAS MADII[f 3], INDICTIONE XI.

73.

Iohannes VIII. papa Iohanni archiepiscopo Ravennati [et (Ansperto) Mediolanensi archiepiscopo, (Walperto) patriarchae Aquilegiensi, Iohanni Papiensi (episcopo)] nuntiat de Lamberti Spoletini comitis Romanae urbis occupatione et de angustiis suis, de itinere in

---

a) ha- *in ras. R.* b) *primum* U *add. supra lineam;* -IUM *corr. ex* -IO *nigro atramento al. man. R.*

72. a) v *corr. ex* b *R.* b) *corr. in* augeri *R.* c) quos secreto- *in ras. al. man. R.* d) *sic R, cf. p. 50 l. 33.* e) Paulum et Eugenium episcopos *R.* f) MAR̄. *R.*

1) *Infestationes Lamberti Spoletini marchionis (cf. n. 73 sq.) cum hic indicare recte putat Dümmler l. l. III², 75 annot. 3.* 2) *Latoribus epistolarum nn. 66—72, cf. NA. XXXVI, 132 sq.* 3) *Ita omnes (cf. etiam Dümmler III², 75 annot. 3 et Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 342 annot. 2) emendaverunt, nonnisi Ewald, qui codicis lectionem haud apte, ut mihi videtur, restituit. Non solum enim epistolarum nn. 66—71 exemplum ad hanc emendationem adducit, verum etiam mentio facta de eo, quod a Lamberto* peractum est *(cf. l. 22 et annot. 1), scil. obsessione Urbis per totum mensem Martium, ut videtur, durante (cf. n. 74, p. 70 annot. 2); necnisi in synodo Romana m. Aprili 878 habita (cf. Jaffé Reg. I², 398 et n. 73 p. 69 annot. 3.) de legatione cum epistolis nn. 66—72 Constantinopolim mittenda constitutum esse videtur. Cf. NA. XXXVI, 132 annot. 3.*

Franciam faciendo ad auxilium expetendum et excommunicationis sententia in ecclesia s. Pauli contra Lambertum prolata. *(878 Apr. in.)*[1]

Cod.: R f. 36 n. 72.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 359 n. 84. Mansi Conc. coll. XVII, 72 n. 84. Amadesi In antistitum Ravenn. chronotaxim etc. disquisitiones II (1783) p. 216 n. 4. Migne Patr. lat. CXXVI, 756 n. 107. — Jaffé Reg. 3122 (2356). Cf. Kehr Italia pontificia IV, 3.

AD ARCHIEPISCOPO DE MEDIOLANO[2], AD PATRIARCHA DE FORO IULI[3], AD IOHANNIS DE PAPIA[a][4].

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO IOHANNI ARCHIEPISCOPO RAVENNANTI CONFRATRI NOSTRO[5].

Almitatis[b] vestrę fraternitatem ignorare non patimur, quę et qualia his retro diebus a Lamberto Spoletano comite[6] mala et multiplices passi sumus iniurias, quales nullus antecessorum nostrorum pontificum a quoquam Deum colente sustinuisse recolitur[7]. Igitur omne pene territorium sancti Petri suis tyrannice devastantibus hominibus cum immensa populi multitudine Romam venit. Nos autem illum quasi dilectum amicum apud beatum Petrum apostolorum principem honorifice recepimus, sed ipse quasi ovili pelle indutus, solita repletus nequitia munereque corruptus ingenti, contra nos insurgere non dubitavit. Nam portas civitatis Romanę violenter immoque fraudulenter cępit totamque[c] urbem Romam . . . .[d] ac per dies plurimos[8] homines suos ita artius[e] retinere fecit, ut nec proceres Romanorum nec episcopi et sacerdotes neque etiam familiares nostri ad nos nisi maxima supplicatione exeundi[9] facultatem haberent; cibaria[f] etiam[g] nostra nobis venire instantissime prohibebant[h]; venerabiles[i] item episcopos, cf. Eph. 5, 19. presbyteros atque diaconos et religiosos monachos cum ymnis et canticis spiritalibus sacrisque letaniis ad ecclesiam principis apostolorum venientes, heu pro dolor! more paganorum conturbaverunt et fustibus[k] cedentes nequiter disperserunt, non sinentes illos exire debitumque Deo sacrificium offerre; inimicos quoque atque infideles sanctę Romanę ecclesię et nostros, quos una cum vestro consensu et subscriptione bis ac tertio iam excommunicatos[l] damnatosque habemus[10], super nos temere conduxit eosque in urbe Roma sine nostra voluntate inmisit. His itaque nos pręiudiciis et iniuriis multiplicibus gravati cum tota sede apostolica tristes adeo per dies multos extitimus, ut nequaquam nobis aliud agere nisi flere liceret; nam ipsis diebus nec vestis fuit super

73. a) *notam hanc (de cuius sensu cf. NA. XXXVI 103) non ad hanc, sed ad praecedentem in codice epistolam n. 72 traxit editio Romana; Mansi novo errore eam ad epistolam n. 96, quae sequitur epistolam n. 72 in editione Romana, pertinere putavit; correxit Ewald, cf. JE. 3118. 3122. 3140. — In ipso vero registro haec verba in margine potius scripta fuisse videntur, unde ea haud apte hoc loco scriptor inseruit.* b) unanimitatis *Edd.* — *R*[1], *ex quo hausit editio Romana, habet* animitatis *corr. in* unanimitatis, *in marg. postea recte add.* almitatis, *cf. Pitra Analecta noviss. p. 115 annot. 4, NA. XXXVI, 85 annot. 1.* c) tota qui *R.* d) *spatium pro voce* occupavit *aut simili, quam legere non potuit, scriptor reliquit R (cf. NA. XXXVI, 93).* e) -ti- *in ras. al. man. R.* f) b *corr. ex* u *al. man. R.* g) et iam etiam *R.* h) -bant *corr. ex* -bat *R.* i) *corr. ex* venerabilem *R.* k) *corr. ex* frustibus *R.* l) -tos *corr. ex* -tus *al. man. R.*

1) *De huius et sequentis epistolae tempore cf. quae disserui in NA. XXXVI, 147 annot. 1.* 2) *Anspertum, cf. nn. 35, 49.* 3) *Walpertum Aquilegiensem, cf. n. 49, p. 47 annot. 3.* 4) *Scil. episcopum, 875—79.* 5) *Cf. n. 49, p. 47 annot. 1.* 6) *De quo cf. supra nn. 23, 63.* 7) *Sed eadem fere a. 864 praedecessor eius Nicolaus I. a Ludovico II. imperatore perpessus erat, cf. Mühlbacher Reg. 1222 (1188) g, h.* 8) *Per dies 30, teste ep. 107, et quidem, ut videtur, per totum mensem Martium, cf. n. 74, p. 70 annot. 2.* 9) *Scil. trans Tiberim ad eccl. s. Petri in Vaticano, cf. l. 16, 24—26 et p. 70 l. 13—15.* 10) *Scil. Formosum et sequaces eius (cf. n. 7 p. 7 annot. 1) damnatos in synodo Romana a. 876, cuius tamen acta (ed. Dümmler 'Auxilius und Vulgarius' p. 158, cf. Jaffé Reg. I², 388, dubiae fidei, cf. Dümmler ibid. p. 56) subscriptiones episcoporum 29, qui aderant, non continent. Sententia est repetita in synodo Pontigonensi eiusdem anni, cui subscripserunt non quidem Iohannes Ravennas et Walpertus Aquilegiensis, sed Anspertus Mediolanensis et Iohannes Papiensis (cf. Mansi XVII, 312. 313). In synodo denique Ravennati a. 877, ubi in c. 10 (ed. Mansi XVII, 339) generaliter tantum de excommunicatis promulgandis nec recipiendis statutum est, subscripserunt omnes praeter Walpertum Aquilegiensem.*

altare sancti Petri nec aliquod ibi nocturnum vel diurnum officium ex more celebratum; nunc etiam minatur nobis peiora inferre, nisi eius obtemperemus humiliter voluntati. Unde sanctitatem vestram pio fraternę dilectionis affectu coniunctam hortamur, ut pro tantis afflictionibus et miseriis capiti nostro illatis ex totis precordiis vestris nobiscum pariter condoleatis et contra evidentissimum et[a] immanem[a] inimicum nostrum consurgere toto annisu studeatis. Nos namque illius non valentes sustinere tantas insidias, quia per terram ire nequimus, per marinum iter Deo propitio Franciam proficisci debemus, gloriosos scilicet reges[1] deprecaturi, ut ecclesiam sancti Petri et civitatem Romanam, totius mundi caput et dominam, a tantis oppressionibus et calamitatibus liberent, salvam et quietam[b] sinant manere potentique[c] manu ab hostium, quas patimur, insidiis tueantur[d]; nec nos ob aliud illuc ituros, nisi pro communi salute, procul dubio credite. Sed sicut veridico multorum relatu didicimus, cum nos de urbe Roma fuerimus egressi cęptumque iter egerimus, audimus eundem Lambertum satellites[e] suos velle colligere Romamque rursus expugnaturus[f] adire[2]. Nos vero hoc scientes anathematis sententiam[g] in eum et in omnes sequaces eius, si contra urbem Romam et ecclesiam Romanam aliquam rursus veniens contrarietatem vel molestiam aut perturbationem inferre quolibet modo presumpserit, in ecclesia beati Pauli doctoris gentium protulimus[3]; et idcirco nullus vestrum eius iniquis operibus faveat, quin potius libere arguat, si apostolicę sedis vultis semper fulciri auxilio. Quapropter hęc omnia, ut vestris suffraganeis episcopis cognita faciatis, incunctanter hortamur sanctimoniam vestram, quatinus ipsi, qui membra corporis Christi existunt, vobiscum pariter pro apostolicę [sedis][h] exaltatione studeant desudare.

74.

Iohannes VIII. papa Berengario comiti (II. Foroiuliensi marchioni) gratias agit de litteris sibi directis, nuntiat de Lamberti marchionis violentiis et excommunicatione; rogat, ut Karolomannum regem ad compescendum illum, qui eius voluntate se talia agere iactetur, inducat. *(878 Apr. in.)*

Cod.: R f. 37 n. 73.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 360 n. 85. Mansi Conc. coll. XVII, 73 n. 85. Migne Patr. lat. CXXVI, 755 n. 106. — Jaffé Reg. 3123 (2355).

DILECTO FILIO BERINGARIO GLORIOSO COMITI REGIA PROSAPIA ORTO[a][4].

Lectis nobilitatis vestrę litteris[5], quia sinceritatem ac devotionem more scilicet parentum vestrorum circa nos pro amore Iesu Christi domini et beati Petri apostolorum principis reverentiam vos habere ingentem repperimus, multa vestrę mellifluę loquutionis dulcedine sumus omnino repleti, ita ut cum psalmista dicere possimus: 'Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.' Ps. 118, 103. Huius namque bonitatis decus eximium ex moribus pię memorię nobilissimi quondam genitoris vestri vos trahere indubitanter cognoscimus, qui dignum semper honorem et piam reverentiam antecessoribus nostris, sacris videlicet pontificibus, exhibere tota mentis alacritate studebat, et ideo pulchre iuventutis vestrę florem de radice iusta[b] prodeuntem Dominus exercituum pietatis suę gratia custodiet[c]

a) -t i- *in ras. R.* b) quietem *R.* c) protentique *R.* d) *corr. ex* tueatur *R.* e) sallites *R.* f) *sic R.* g) *corr. ex* sentiam *al. man. R.* h) *om. R.*

74. a) -o *corr. ex* -u *nigro atramento R.* b) *corr. ex* iussa *R.* c) custodiat *R.*

1) *Tam occidentalis quam orientalis Franciae, cf. n. 87—89.* 2) *Lambertus igitur post 30 dierum occupationem (cf. p. 68 annot. 8) exeunte mense Martio abierat.* 3) *Ecclesia b. Petri per plures dies ab omni divino officio ad expiandum interdicta, v. supra l. 1 et Ann. Fuld. ad a. 878, ed. Kurze p. 91. — In synodo paulo post habita in ecclesia s. Petri Lambertus iterum excommunicatus est, cf. acta synodi Trecensis a. 878, actio V, 2 (ed. Mansi XVII, 348), Dümmler l. l. III², 75 annot. 4.* 4) *Filio Eberhardi marchionis Foroiuliensis et Gislae filiae Ludovici Pii imperatoris, qui postea a. 888—924 rex Italiae fuit.* 5) *Quae non supersunt.*

incolumem facietque prospere vigere in omnibus et ad prosperum usque finem perducet. Quapropter, fili carissime, sępe voluimus vestrę scribere dilectioni, non solum nostram vobis salutem innotescendo, sed et de vestra prosperitate atque incolumitate audire cupiendo, sed non solum paganorum crebris[a] ubique incursionibus, verum etiam Christianorum insidiis circumdati nequivimus. At nunc, quoniam Deo disponente tempus evenit oportunum, excellentię vestrę, quę et qualia sumus nos cum tota ecclesia et civitate Romana perpessi a Lamperto comite, veluti filio carissimo et fideli amico referimus[1]. Cum itaque predicto Lamberto multa cotidie bona fecissemus dignumque impendissemus honorem, supra quam antecessores nostri parentibus illius fecissent, ipse pro bonis[b] mala retribuens (cf. Ps. 34, 12; 37, 21.) collecta populi multitudine omne territorium sancti Petri invasit et, quod defendere debet ab hostibus, tyrannice dominatur[c] invasum venitque Romam et quasi inimicus portam civitatis Romane violenter capiens satellites suos per dies plurimos retinere fecit ac sic[d] tantam civitatem invasam[e] retinuit, ita sane ut nobis apud beatum Petrum consistentibus nullam urbis Romę potestatem a piis imperatoribus beato Petro principi apostolorum eiusque vicariis traditam haberemus; sacras autem letanias episcopos et sacerdotes atque servos Dei ex more celebrantes[2] et ad ecclesiam sancti Petri venire volentes[f] fustibus cedere ac dispergere fecit intulitque nobis contraria, quanta nulli precessorum nostrorum umquam facta fuerunt, existitque paratus nobis iterum maiora inferre, cuius rei causa nescimus. Quamobrem, quia nostrum ministerium est pro totius Christianitatis salute Dominum assidue deprecari, ut oves, quas Christus Deus (cf. Io. 21, 17.) noster nobis in beato Petro commendavit, iugibus votis et precibus ad ęternę vitę pascua perducere valeamus, voluissemus debitam habere quietem[g], sed illo pravis cogitationibus et actibus se non retrahente, quin potius nos cum inimicis et infidelibus nostris, quos bis iam et ter excommunicatos et anathematizatos habemus[3], iuncto rursum turbare[h] volente, rogamus nobilitatem[i] vestram, ut pro amore Dei et sancti Petri ac nostro hęc omnia et Karolomanno[k] glorioso[k] regi[k] et spiritali filio nostro cognita faciatis, quatinus missis apicibus suis eum a tali presumptione compescat et, quod tempore parentum illius sedes apostolica non sustinuit, eius non patiatur diebus; et vestris similiter litteris eundem[l] admonete corripiteque Lambertum, ut nullam de cetero contrarietatem nobis ingerere pręsumat, eo quod nec Deo nec alicui Deum timenti eius temeritatis placeat effectus. Si vero idem Lambertus nos persequi non omiserit, nos iam dicto regi fideles amici esse quomodo[m] possumus, quia eius se voluntate[n] iactatur talia agere?[4] Et ideo nos adiuvare, sicut supra dictum est, procurate[o]; nam nos ea, quę vestrę fuerint placita voluntati, libentissime perficere studebimus, eo quod vos loco amantissimi filii quamdiu[p] vixerimus retinere nostręque ecclesię causas necessarias per vos perficere optamus. Preterea homines vestros, qui orationis[q] causa pro suis delictis Dominum misericordem

a) -bris *in ras. al. man. R.* b) b *corr. ex* u *R.* c) dñantur *R.* d) *corr. ex* si *al. man. R.* e) *corr. ex* invasa *al. man. R.* f) volentibus *R.* g) *corr. ex* quietam *al. man. R.* h) *corr. ex* tubare *al. man. R.* i) nouilitatem *R.* k) *corr. ex* Karolomannum gloriosum regem *al. man. R.* l) d *corr. ex* t *R.* m) d *corr. ex* u *R.* n) -te *corr. ex* -tem *R.* o) -te *in ras. R.* p) *corr. ex* quandiu *R.* q) *Ultimum* i *add. supra lineam R.*

1) *Cf. n. 73.* 2) *Has litanias nullas alias nisi litaniam maiorem esse, quae celebratur d. 25. Apr. (cf. Duchesne Lib. pontif. II, 35 annot. 17) censuit Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 342 annot. 2, unde occupationem Urbis adhuc durantem d. 25. Apr., sed d. 28. Apr. iam cessantem (cf. n. 72 p. 67 annot. 3) d. 26./27. Apr. finivisse et d. 26./27. Mart. coepisse coniecit. Sed nullum inde nisi unius diei spatium pro synodo Romana (cf. n. 72 p. 67 annot. 3, n. 73 p. 69 annot. 3) et pro duplici Lamberti excommunicatione primum in ecclesia s. Pauli, deinde in ecclesia s. Petri (cf. ibid.) remaneret. Litaniae vero* ex more *etiam in vigilia paschali (878: Mart. 22) et praeterea quoque propter singulares casus aut instantis periculi aut saevientis pestis celebratae sunt. Ad mensem igitur Martium, sicut Dümmler l. l. III² 73, certis terminis omissis, occupatio urbis referenda est, cf. NA. XXXVI, 147 annot. 1.* 3) *Cf. n. 73, p. 68 annot. 10.* 4) *Lambertus secundum Ann. Fuld. ad a. 878 (ed. Kurze p. 91):* optimates Romanorum fidelitatem Carlmanno firmare *coegerat. Cf. etiam n. 88. Quod minime ipsius regis iussu factum esse papa persuasum se habere callide fingit.*

prȩcaturi venerunt ad limina sancti Petri, pro vestro ingenti amore benigne recepimus[a] nostrisque apostolicis benedictionibus confirmavimus ac per eos nostrȩ incolumitatis salutem, sicut petistis, cognitam fieri decrevimus; et petimus, ut cito nos vestris litteris letificari non pretermittatis. Deus omnipotens gloriam vestram longa per tempora inlibatam custodiat, karissime fili.

75.

Iohannes VIII. papa Ederedum (Cantuariensem) archiepiscopum admonet, ut regis (Alfredi) vel cuiusvis temptationibus resistat neve statutum Gregorii I. de matrimonio solvendo infringi patiatur. *877 ex.—878 in.*

Cod.: R f. 37' n. 74.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 341 n. 65. Mansi Conc. coll. XVII, 54 n. 65. Migne Patr. lat. CXXVI, 745 n. 95. — Jaffé Reg. 3125 (2344).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO EDEREDO ARCHIEPISCOPO GENTIS ANGLORUM[1].

Vestris relectis[a] apicibus[2], quanta vere dilectionis et sinceritatis fides, qua Christum Deum nostrum[b] proximumque diligitis[c], in vobis consistat et pia devotio[d] circa sedem apostolicam ferveat, evidenti dumtaxat intellectu perspicimus, cum more antecessorum vestrorum et causas vestrȩ ecclesiȩ necessarias nostro presulatui quasi suo doctori referre, et a sede apostolica super quibusdam suis, quas patitur, adversitatibus consultum et auctoritatis munimen accipere quȩsistis, in qua Deus omnipotens totius ecclesiȩ posuit fundamentum. Et quia dura quȩdam in presentis sȩculi vita[e], quȩ[e] vere temptatio est super terram, positi quotidie sustinetis, non solum flemus nostra, que similiter patimur, sed condolemus et vobis talia, pro dolor! patientibus, quoniam omni iam mundo in maligno posito, multis ubique adversariis adversus Christi famulos existentibus, quanto maiores et[f] supra[f] modum[f] crebriores temptationes cotidie inminuerint circa nos, tanto Christi freti solacio valentiores esse debemus, nostra sacra narrante serie: 'Beatus vir, qui suffert temptationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitȩ, quam promisit Deus diligentibus se'; ipseque Deus benedictus in sȩcula, 'qui non patietur nos temptari supra id, quod possumus', dicente apostolo, 'sed faciet cum temptatione proventum, ut possimus sustinere'. Nos tamen pro instantis temporis necessitate hortamur et monemus fraternitatem vestram, ut[g] omni[h] sȩculi timore postposito sicut idoneus Dei minister opponas te murum pro domo Domini et zelo illius accensus non solum regi[3], sed omnibus in ea perverse aliquid agere volentibus strenue resistere non pretermittas[4], honorificans ministerium tuum, quamdiu divina sineris voluntate summo sacerdotio fungi populumque Domini tibi commissum sanctȩ doctrinȩ pabulo pasces, sacerdotes scilicet et ecclesiasticos viros ac feminas necnon viduas et sanctimoniales iuxta ordinem suum pro viribus regere tuerique, ut pastor idoneus coram Domino appareas, prompta mente procures. Quoniam nos apostolicȩ sedis apicibus ammonere exhortarique curavimus regem vestrum[5], ut tibi pro[i] Iesu Christi domini nostri amore in omnibus, quȩ sanctȩ ecclesiȩ tibi commissȩ[k] utilia sunt, obȩdiens et adiutor devotus, sicut antecessores suos piissimos reges Anglorum narrante hystoria[6] fuisse recolimus, existere non pretermittat, si et regnum sibi temporaliter concessum voluerit retinere securum, et vitam postmodum

cf. 1. Ioh. 5, 19.
Iac. 1, 12.
1. Cor. 10, 13.
cf. Ezech. 13, 5.

a) recipimus *R.*

75. a) *corr. ex* relictis *al. man. R.* b) *corr. ex* vestrum *R.* c) -ligitis *in ras. al. man. R.* d) devotione *R.* e) *corr. ex* vitaque *al. man. R.* f) *in ras. al. man. R.* g) et *R.* h) omne *R.* i) *corr. ex* per *al. man. R.* k) commissa *R.*

1) *Cantuariensi, 870—89.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Alfredo, 871—901.* 4) *Quaenam sint hae regis oppressiones, nescimus.* 5) *Epistola Alfredo regi directa non exstat.* 6) *Bedae Venerabilis historiam ecclesiasticam alludere videtur.*

regni percipere sempiterni. His autem, quos asseris uxores proprias contra pręceptum cf. Matth. 19, 9. Domini relinquere, precipimus neque virum ab uxore neque uxorem a viro, nisi causa fornicationis, discedere; quod si ob hoc discesserit, manere innuptum vel innuptam aut Matth. 19, 6 sibi mutuo reconciliari, quoniam, dicente Domino, 'quod Deus coniunxit, homo non separet'. Et ideo cum priores legitimo sibi matrimonio iunctas quisquam deserere nequeat, nulla ratione[a] illi prorsus conceditur aliam vivente priore conducere; quod si fecerit et non emendare sub satisfactione studuerit[b], ab ecclesię consortio[c] maneat separatus. Sed neque de propria cognatione secundum sancti precessoris nostri Gregorii doctoris gentis vestrę decretale statutum[1] cuiquam ducere permittas; nos namque sedis tuę privilegium, quam vice beati Augustini[2] a sancto Gregorio pro multorum salute et conversione illuc directi regis, illibatum tibi volumus procul dubio conservare et, ut ab omnibus ordinibus tam ecclesiasticis quam sęcularibus custodiatur in perpetuum, secundum ipsius sancti precessoris nostri Gregorii [statutum][d], cuius sapientię radius ecclesiam Christi per orbem diffusam irradiat, sancimus atque precipimus. Et quicquid adversi[e] a[e] quocumque homine de parte tua nobis fuerit relatum, ante veram cognitionem nullatenus credimus, quin potius etiam regem vestrum ammonuimus[f][3], ut dignum honorem tibi pro amore Iesu Christi domini nostri impendat[g] et omnia privilegii tui iura perpetua stabilitate et conservare ac indiminuta custodire[h] procuret, si gratiam et benedictionem sedis apostolicę, sicut antecessores eius bene faciendo[i] habere meruerunt, pari modo voluerit iste habere.

DATA UT SUPRA.

76.

Iohannes VIII. papa Athanasium episcopum Neapolitanum ob excommunicationem et deiectionem fratris (Sergii ducis) collaudat; 1400 mancusos mox se daturum esse promittit, Petrum diaconum latorum praesentium commendat. *878 (Ian.?)*[4]

Cod.: R f. 38' n. 75.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 346 n. 62. Mansi Conc. coll. XVII, 55 n. 66. Migne Patr. lat. CXXVI, 747 n. 96. — Jaffé Reg. 3116 (2345).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ATHANASIO EPISCOPO SANCTĘ ECCLESIAE NEAPOLITANĘ DILECTO CONFRATRI NOSTRO[5].

Innumeras gratiarum actiones vestrę Deo dilectę agimus almitati dignisque apostolico vos ore laudibus prę ceteris merito conlaudamus, quoniam secundum Domini vocem Matth. 5, 29–30. dicentis: 'Si oculus tuus vel manus tua scandalizat te, erue eam[a] et proice a te', fratrem tuum[6] erga ecclesiam Dei[b] impie[c] agentem et circa Dominum non recto itinere gradientem velut secundum Olofernem sancta Christi Dei nostri ausu temerario impugnantem et hereditatem patriam more sacrilego persequentem tanti honoris regimine indignum iudicans ultionis divinę percutere iaculo studuisti, nec pepercisti carni tuę[7] propter

a) rationi *R.* b) *corr. ex* studueri *al. man. R.* c) *corr. ex* consortii *R.* d) *om. R.* e) *corr. ex* adversia *R.* f) ammovimus *R.* g) *corr. ex* impendant *al. man. R.* h) *corr. ex* custodiare *R.* i) ficiendo *corr. in* sanciendo *al. man R.*

76. a) *corr. ex* eum *R.* b) *add. in marg. R.* c) *in ras. add. R.*

1) *Cf. Gregorii I. statutum c. 5 (ed. MG. Epp. II, 335 [Reg. lib. XI ep. 56 a]) ap. Bedae Hist. eccl. lib. I c. 27, quod transiit in quamplures collectiones canonum (cf. l. l. p. 331—32 annot.).* 2) *Primi Anglorum episcopi. De eadem re queritur iam a. 874 in ep. ad Bulcredum regem Merciorum, cf. Append. n. 35.* 3) *Cf. p. 71 annot. 5.* 4) *Epistolam hanc ante initium quadragesimae, i. e. d. 5. Febr. 878 (cf. p. 73 l. 16), et post deiectionem Sergii (cf. annot. 7), quae a. 877, quo mense nescimus, accidit, scriptam Jaffé ad a. 877 ex.—878 in., Ewald vero ad a. 878 Ian. apte refert.* 5) *Cf. n. 6, 42.* 6) *Sergium ducem.* 7) *Athanasius spiritualibus laudibus summopere sic exaltatus re vera fratrem non solum deposuerat sibique principatum arripuerat, sed eum mox suffossis oculis Romam misit, teste Erchemperto Hist. Lang. c. 39 (ed. MG. Ss. rer. Lang. p. 249).*

Dominum dicentem: 'Qui diligit patrem aut matrem aut fratrem plus quam me, non Matth. 10, 37. est me dignus.' In quo nimirum vos Deo per omnia dignos fore cognoscimus, quia membrum corporis tui multo contagio fętens libenter abscidere proculque abicere sanctitas tua fideli devotione curavit et quia, nunc usque viris sęcularibus secundum se et non[a] secundum[a] Deum in urbe Neapolitana principantibus multa scandala et perturbationes, multa homicidia et oculorum erutiones intra eam vel foris peragentibus, dignum Deo de his iuste iudicante peractum est, ut iniqua iam cessaret dominatio, finem haberet peccatum et consurgeret vir de domo Domini, qui timorem Dei[b] pre oculis habens regat populum Christi in omni iustitia et sanctitate, in omni veritate et mansuetudine ut pastor idoneus et non velut mercennarius deserat et disperdat. Et ideo ea, quę vestrę cf. Io. 10, 13. dignitati[c] vel honori congrua ac necessaria sunt, perpetua[d] nichilominus stabilitate confirmamus, tantum ampliori nunc studio curaque multiplici pro defensione sanctę Dei ecclesię tibi commissę stare ac desudare, quatenus salva securaque consistat, ut procures, his nostris apostolicis prudentiam vestram exhortamur apicibus. Nos namque aliis omnibus [datis][e] mancosis mille quadringentos[f] vobis dare debemus, quos vestrę dilectioni aut in initio quadragesimę[1] aut in die sanctę resurrectionis[2] vobis procul dubio dirigemus. Porro hunc Petrum venerabilem diaconum vestrum, quia eum vestrę ecclesię et civitati Neapolitanę in omnibus fidelem esse cognoscimus, vobis in omnibus commendamus, ut[g] pro nostro eum amore benigne semper retinere dignemini.

DATA UT SUPRA.

77.

Iohannes VIII. papa iudices et universum populum Neapolitanae civitatis laudat quod Sergium ducem deposuerint et Athanasium episcopum rectorem elegerint; 1400 mancusos se daturum esse promittit. *878 Ian. (?)*

Cod.: R *f. 39 n. 76.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 343 n. 67. Mansi Conc. coll. XVII, 56 n. 67. Migne Patr. lat. CXXVI, 747 n. 97. — Jaffé Reg. 3117 (2346).

OMNIBUS EXIMIIS IUDICIBUS ET UNIVERSO POPULO NEAPOLITANAE CIVITATIS[3].

Quanta verę fidei devotione circa Deum creatorem et salvatorem mundi atque erga ecclesiam Christi ferveatis, luce clarius ecce cognoscimus, cum tantę impietatis virum perditionis scilicet filium et totius iniquitatis vas vobis inique dominantem, Sergium cf. 2. Thess. 2, 3. namque magistrum militum, secundum videlicet Olofernem, zelo repleti divino abicere ac velut membrum fętidum a corpore Christi abscidere proculque abicere studuistis secundum Domini pręceptum dicentis: 'Si oculus tuus vel manus tua scandalizat te, erue Matth. 5, 29–30. eum et proice a te', et quia illo abiecto pastorem et episcopum animarum vestrarum, cf. 1. Petr. 2, 25. Athanasium videlicet dilectum confratrem et unanimem filium nostrum, habere iudicem elegistis, innumeras vestrę dilectę prudentię et unanimitati[a] gratias agimus, quoniam sicut Dei ministri iram Domini exercituum, quę iam meritis imminebat illius, in eo ulciscere procurastis[b], qui nimirum multa et inaudita mala plus quam omnes patres sui[c] in civitate Neapolitana et in finibus nostris nequiter facere non dubitavit, cum innumeram hominum multitudinem, infantum et mulierum catervam gladio fame atque captivitate crudeliter

---

a) non sum secundum *R.* b) dī *corr. ex* dn̄ *R.* c) *corr. ex* dignitate *al. man. R.* d) -tua *in ras. R.* e) *om. R, sed cf. p. 74 l. 7.* f) quadringentis *R, cf. ibid.* g) et *R.*

77. a) -ti *corr. ex* -te *R.* b) pcurastis *R.* c) suos *R.*

1) *I. e. d. 5. Februarii 878.* 2) *I. e. d. 23. Martii 878.* 3) *Cf. n. 76 in initio et fine eiusdem fere tenoris eiusdemque, ut videtur, diei.*

peremisset[a]. His igitur nostris apostolicis litteris nobilitatem vestram, filioli mei, monemus atque hortamur, ut prefatum Athanasium confratrem nostrum, venerabilem episcopum vestrum, sicut divina[b] inspiratione docti loco rectoris habere elegistis[c], fideli mente ac devotione cum omni honore habere studeatis, quoniam nos cum illo in omni vestro adiutorio, in omni vestra utilitate prompti existimus parique voto vos adiuvare desideramus; tantum state[d] viriliter obędientes illi in omnibus velut filii carissimi. Porro quia iam aliis omnibus datis mancosis mille quadringentos vobis dare debemus, ne turbemini, quia eos vel in initio quadragesime vel in die sanctę resurrectionis vobis procul dubio dirigemus. Vos tantum ut filii carissimi adversus infideles et communes[e] inimicos totis viribus pro defensione ecclesię Dei desudare satagite, quatinus et Dei gratiam et nostram semper benedictionem habeatis. Bene vos optamus in Domino.

DATA UT SUPRA.

78.

Iohannes VIII. papa Lamberto comiti (Spoletino) nuntiat se pro gravibus ecclesiae oppressionibus in Franciam profecturum et Karolomannum regem aditurum; monet, ne se absente Romae urbi insidias paret. *(878 Feb.)*[1]

Cod.: R f. 39' n. 77.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 344 n. 68. Mansi Conc. coll. XVII, 57 n. 68. Migne Patr. lat. CXXVI, 748 n. 98. — Jaffé Reg. 3121 (2347). Kehr Italia pontificia IV, 3.

NOBILI VIRO[a] LAMBERTO GLORIOSO COMITI.

Sagacitati[b] ac prudentię vestrę notum esse volumus, quia non solum pro assiduis paganorum infestationibus, quas ecce iam biennium, nemine defensionis nobis prebente[c] solacium, patimur, sed etiam pro innumeris et supra modum gravibus oppressionibus, quę nobis una cum Dominico grege divinitus commisso in pace, quam Christus Deus noster se diligentes habere iubet, consistentibus ab adversariis inlata sunt et cotidie inferuntur, in gremio sedis apostolicę, quę caput est orbis et omnium mater fidelium, quiete ac securiter manere nobis minime licet. Ideo Franciam per iter marinum proficisci gloriosumque Karolummannum[d] regem adire[2] atque optatam illius contemplari presentiam cupimus, pro salute scilicet ac defensione[e] terrę sancti Petri et totius Christianitatis suppliciter deprecantes, quatenus Dei omnipotentis solacio et regia virtute nobis, prout oportunum est, solaciante possimus salubri prosperoque successu regere atque tueri territorium et populum Domini pretioso cruore redemptum, ne pro aliquo eorum per nostram desidiam vel incuriam pereunte districtam Domino cogamur[f] reddere rationem. Ideo monemus et his nostri apostolatus litteris dilectionem vestram pio intuitu exhortamur[g], ut nobis abeuntibus Franciam pro defensione sanctę Dei ecclesię et rei publicę stabilitate nullam contrarietatem vel inimicitiam exerceatis in toto territorio principis apostolorum, neque urbi[h] Romę, quę est civitas sacerdotalis et regia[3] per sacram beati Petri sedem, aliquas adversitates vel insidias preparetis, neque faciatis facereque volentibus nullo modo consentiatis, quia, si per vos aut per vobis subiectos homines eadem urbs Roma pertur-

cf. Marc. 9, 49. (margin, beside "nobis una cum Dominico grege")

a) permisisset *corr. in* peremisisset *al. man. R.* b) divino, *ras. in fine R.* c) legistis *R.* d) -te *in ras. R.* e) u *corr. ex* o *al. man. R.*

78. a) VERO *R.* b) -ti *corr. ex* -te *R.* c) b *corr. ex* u *al. man. R.* d) Karolum mannum *R.* e) -ne *corr. ex* -nis *R.* f) coga- *corr. ex* cogno- *R.* g) exhortamus *R.* h) urbis *R.*

1) *Cf. p. 75 annot. 1.* 2) *Karolomannum etiam in n. 64 (877 Nov.) ut futurum imperatorem salutat; in ipso vero itinere Ludovicum Balbum regem prae ceteris adiit et parti occidentalis Franciae potius, sicut prius, favit.* 3) *Cf. Exod. 19, 6:* Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale.

bationem aliquam vel[a] dehonestationem[a] habuerit vel adversa quęlibet sustinuerit, pro certo scitote, quia canonicis vos correptionibus[b] cum victrici sancti Spiritus auctoritate omnimodis redarguemus et ab apostolicę sedis communione merito separabimus.

DATA UT SUPRA[1].

79.

Iohannes VIII. papa Landulfum episcopum Capuanum monet, ut se Athanasio episcopo Neapolitano consociet; queritur, quod Amalfitani rei navalis segnius debito curam gerant eiusque auxilium petit. *878 in.*

Cod.: R f. 40 n. 78.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 345 n. 69. Mansi Conc. coll. XVII, 58 n. 69. Migne Patr. lat. CXXVI, 749 n. 99. — Jaffé Reg. 3126 (2348).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO LANDOLFO EPISCOPO CAPUANO[2].

Quanto studio tua dilectio tuaque benigna fraternitas erga defensionem ac liberationem obsequiumque sanctę Romanę ecclesię, cui Deo auctore culmine presidemus, laboraveritis[a] totisque nisibus cordis in parte nostri operis desudaveris[b], sedula reminiscimur[c] procul dubio recordatione tuaque ob hoc retributio tam apud Deum quam apud nos erit in prompto indubitanter parata[d]. Quapropter, quia te valde idoneum[e] in tantis[f] habemus expertum[g], monemus atque hortamur esse unanimem cum Athanasio Neapolitano episcopo in causa presenti[h] Romanę ecclesię, quoniam liquido[i] scriptum in Salomone didicimus: 'Funiculus triplex difficilis[k] erit'; eidemque nostro hortatu[l] et ammonitione in omnibus Eccle. 4, 12.
fraternus auxiliator existere numquam desinas. Inter[m] hec[m] tua[m] benigna fraternitate et dilecti filii nostri Gaiferii principis[3] mediante pactum in decem milium mancusorum cum Amalfitanis eotenus fecimus[4], ut a Traiecto usque Centumcellas[5] nobis navali[n] labore[o] indesinenter auxilium ferrent; sed hactenus[p] id in nullo demonstraverunt, insuper quędam studio calliditatis astruunt[q], quia utrique abbates, Iohannes videlicet ac Anastasius[6], quos illic ex nostra parte direximus, non in decem milium tantum mancusorum, sed in duodecim milium plaitasse, quod idem abbates coram nostra presentia non se fecisse[r] iureiurando[r] refellunt. Ideoque vestra eos prudentia et ab hac iniusta petitione compescat, et in servitio salubri[s] commonitione[t] confirmet, quatinus nostra benedictione potiti[u] animo et corpore ex Christo domino salvi existant[v].

DATA UT SUPRA.

---

a) unde honestationem *R.* b) cor- *add. supra lineam al. man. R.*

79. a) *sic R.* b) *sic R.* c) -mur *corr. ex* -mus *al. man. R.* d) *corr. ex* parato *al. man. R.* e) *corr. ex* idonee *al. man. R.* f) *corr. ex* tanctis *al. man. R.* g) *corr. ex* experto *al. man. R.* h) *corr. ex* p̄sentim *al. man. R.* i) *corr. ex* liquidum *al. man. R.* k) *corr. ex* difficile *al. man. R.* l) ortatu *R.* m) *corr. ex* interectu a *al. man. R.* n) nabali *R.* o) lauore *R.* p) actenus *R.* q) atstruunt *R.* r) *corr. ex* fecissi uir eiurando *al. man. R.* s) i *corr. ex* u *al. man. R.* t) *corr. ex* communitione *R.* u) positi *R.* v) exhistant *R.*

1) *Hanc epistolam non post Lamberti irruptionem, ut Hefele 'Conciliengesch.' IV, 527, Gregorovius 'Gesch. d. Stadt Rom' III, 206, Dümmler l. l. III², 75 annot. 4, sed ante illam et paulo ante aut post epistolas nn. 83, 84, sub imminenti periculo aeque scriptas, ponendam putarim, sicut iam Langen 'Gesch. d. röm. Kirche' III, 202 annot. 2 habet, cf. NA. XXXVI, 146 annot. 4. De consilio enim Lamberti Romam veniendi iam prius certior factus erat papa (cf. n. 83), nec post occupationem illam scripsisset:* si . . . perturbationem . . habuerit *etc., immo instanter excommunicationis sententiam, quam hic tantum minatur, in ecclesia s. Pauli protulit, cf. n. 73, p. 69 l. 17.* 2) *De quo cf. supra nn. 4, 30, 51.* 3) *Salernitani.* 4) *Quo tempore, nescimus, cf. Dümmler III², 72 annot. 3; non enim ad conventum Traiectensem a. 877 referri potest, quia alii hic (v. l. 24), alii ibi (cf. n. 37, p. 36 l. 24—25) laudantur legati apostolici.* 5) *Hodie 'Civitavecchia'.* 6) *Farfensis ille, s. Salvatoris Reatini hic, qui etiam in n. 199 occurrit, abbates (cf. Ludovici II. imp. dipl. a. 872 Mai. 28, Mühlbacher Reg.² 1254 [1219]), monasteriorum vicinorum et arcte inter se coniunctorum.*

80.

Iohannes VIII. papa Ariperium archiepiscopum Ebredunensem adhibitis canonum decretis arguit, quod in Vinciensi episcopatu non Waldenem a clero et populo electum, sed alium episcopum ordinaverit. *878 in.*

Cod.: R f. 40 n. 79.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 345 n. 70 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 463 n. 24. Mansi Conc. coll. XVII, 58 n. 70. Migne Patr. lat. CXXVI, 750 n. 101. — Jaffé Reg. 3128 (2350).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ARIPERTO ARCHIEPISCOPO BERDUNENSI[1].

Si canonica in consecrandis episcopis statuta servasses, numquam, sicut auditu didicimus et quodam diacono nomine Uualdene super tuam dilectionem reclamante, se canonice a plebe et populo Venciaco[2] electum[a] et a tua sagacitate abiectum[b], de consecrato controversia quęlibet nasceretur, qua vestra merito reprehenderetur fraternitas. At nunc, quia mortuo Venciensi episcopo non prefatum sacerdotem, quem, ut dictum est, clerus et populus civitatis elegerat pieque memorię Karolus imperator[3] suo consensu firmaverat, consecrasti, eodem augusto de presenti vita subtracto alterum non iuxta normam cf. Io. 10, 1. canonicam electum, ex adverso venientem nec per ostium[c] sed aliunde introeuntem tuo tantum libitu ordinasse causaris. In quo te non leviter incurrisse omnino videmus, quia, dicente[d] prędecessore[e] nostro papa Cęlestino[4], nullus invitis detur episcopus; cleri, plebis, et ordinis consensus et desiderium requirere debuisti. Cuius etiam auctoritate clerici habent facultatem resistendi, si se viderint pregravari; et quos sibi ingeri ex transverso cognoverint, non timeant[f] refutare; quoniam, etsi non debitum pręmium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium. Nam et, sancto Leone dicente[5], nulla ratio sinit, ut[g] inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus[h] expetiti. Unde, cum sępe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non doceatur[i] fuisse collatum? Eodem etiam kapitulo tricesimo quinto canonum suorum[6] iubente: Nullus, ut dictum est, non petentibus est ordinandus antistes, ne civitas episcopum non optatum aut contemnat aut odiat ac per hoc fiat minus religiosa, quam convenit, cui non licuit habere, quem voluit. His ita statutis, ne in ecclesia Dei tibi commissa scandalum maneat vel scisma existat, dilectioni tuę iubemus, ut cum eodem a te consecrato episcopo et illo, qui se canonice asserit fuisse electum, de presenti[k] Romam venire procures, quatinus in presentia nostra et sedis apostolicę tanti causa negotii diligenter inquisita et examinata[l] legitimum Deo favente finem percipiat[m]. Obędire igitur te oportet huic nostrę preceptioni pro ecclesię[n] Dei pace directę; nam si aliter feceris, scito, quia nos talem illicitam pręsumptionem inpunitam nullatenus relinquemus.

DATA UT SUPRA.

81.

Iohannes VIII. papa Caniperto comiti praecipit, ut curtem s. Petri in Alviscutia (Alpibus Cottiae?) iniuste invasam hominibus s. Petri reddat. *878 in.*

Cod.: R f. 40' n. 80.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 346 n. 71. Mansi Conc. coll. XVII, 59 n. 71. Migne Patr. lat. CXXVI, 751 n. 102. — Jaffé Reg. 3129 (2351).

80. a) electo *R.* b) abiecto *R.* c) hostium *R.* d) dicentem *R.* e) -dece- *in ras. R.* f) *corr. ex* timeat *R.* g) *corr. ex* et *R.* h) pleuibus *R.* i) t *corr. ex* m *R.* k) -ti *in ras. R.* l) -na- *add. supra lineam R.* m) percipiant *R.* n) -ę *corr. ex* -a *R.*

1) *I. e. Ebredunensi; hodie 'Embrun'; sedit inter a. 876 et 887.* 2) *Hodie 'Vence'.* 3) *Calvus, † 877 Oct. 6.* 4) *Coelestini I. epist. ad episc. Viennen. et Narbonen. provinciae, Dionysii Coll. decr. Coelestini c. 18 (ed. Migne LXVII, 276), Jaffé Reg. 369 (152).* 5) *Leonis I. epist. ad Rusticum ep. Narbonen., Dionysii Coll. decr. Leonis c. 15 (ed. Migne LXVII, 288), Jaffé Reg. 544 (320).* 6) *Scil. in Dionysii Coll. decr. (ed. Migne LXVII, 293), epist. ad Athanasium ep. Thessalonicen., Jaffé Reg. 411 (189).*

DILECTO FILIO CUNIPERTO GLORIOSO COMITI[1].

Auditu didicimus, etiam et veraciter scimus, quod cortem sancti Petri, quę est in Alviscutia[2], contra Deum et nostram voluntatem teneatis invasam et, unde censum ac functionem annuam ecclesia principis apostolorum pro luminariis habere solita erat, nunc vestra fortia et avaritia faciente nil recipere nilque potest habere. Unde ex auctoritate Dei et sancti Petri ac nostra vobis precipimus, ut non habeatis licentiam ipsam cortem amplius retinere nec in eius rebus et pertinentiis vos intermittatis, si gratiam Dei et beatorum apostolorum Petri ac Pauli nostramque benedictionem cupitis habere, sinatisque homines sancti Petri, qui ibi sunt, eandem cortem securiter retinere. Nam si ipsam cortem deinceps tenere contra nostram voluntatem pręsumpseritis aliquamque ibi fortiam vel violentiam feceritis, scitote, quod omni vos ecclesiastica communione atque a corpore et sanguine Domini nostri canonicę separabimus sicut invasorem rerum ecclesiasticarum.

DATA UT SUPRA.

82.

Iohannes VIII. papa Angilbergae 'eximperatrici' de adversitatibus eius condolet, de propriis a Lamberto comite Spoletino sibi illatis conqueritur. *878 (Apr.)*[3].

Cod.: R f. 41 n. 81.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 362 n. 86. Mansi Conc. coll. XVII, 74 n. 86. Migne Patr. lat. CXXVI, 754 n. 105. — Jaffé Reg. 3124 (2354).

DILECTĘ AC SPIRITALI FILIAE ANGELBERGE EXIMPERATRICI[a] DEO DICATAE[4].

Quia multum devotione et mentis alacritate dominum et seniorem dive[b] memorie Luudovicum quondam Christianissimum imperatorem, spiritalem filium nostrum, diliximus, nullatenus pretermittimus[c] eius memoriam in sacris orationibus nostris apud Dominum cottidie facere, et, quamdiu vixerimus, facturos esse scitote, vestrique memores, dilectissima filia, similiter sumus. Nam Deo teste vestram prosperitatem et salutem semper cupimus vigere[d] incolumem et audire et super tot ac tantis adversitatibus[5], quas a filiis huius *cf. Luc. 16, 8.*
sęculi vos sustinuisse cognoscimus, ingenti vobis dolore compatimur et condolemus, quoniam quidem paterno vos diligentes affectu merorem[e] vestrum nostrum putamus et tranquillitatem vitę vestrę nostram esse gaudemus, quia et vos pro talibus nefandis et inauditis malis, quę nulla veterum scriptura decantat, nulla hystoria narrat beati Petri apostolorum principis vicarium a quolibet imperatore vel rege umquam sustinuisse[6], nos his diebus[7] a Lamberto Spoletano comite pati audientes simili esse merore[f] afflictam incunctanter agnoscimus. Unde vestram hortamur dilectionem, ut circa nos pium mentis affectum conservantes ea, quę utilitati nostrę congrua vel necessaria esse perspicitis, pro

82. a) -ce *R.* b) chue *R.* c) *corr. ex* pretermittamus *al. man. R.* d) v *corr. ex* b *al. man. R.* e) *corr. ex* memorem *al. man. R.* f) *corr. ex* memore *R.*

1) *Comes videtur fuisse quidam altae Italiae; cf. n. 242, ubi de oppressione Angilbergae imperatricis accusatur. Idem, ut videtur, subscripsit actis conciliorum Pontigonensis a. 876 (Mansi XVII, 313) et Ticinensis a. 876 (ibid. p. 329).* 2) *Legendum esse puto cum Zaccaria Diss. X de patrimoniis S. R. E. ad Iohannem VIII. (Diss. t. II p. 161),* in Alpibus Cottiae, *ubi patrimonium ecclesiae Romanae antiquitus exstitit; cf. Grisar in 'Zeitschr. f. kath. Theologie' I, 331. Adnotare tamen iuvat, quod in can. 15 synodi Ravennatis a. 877 (ed. Mansi XVII, 339), ubi patrimonia Romanae ecclesiae recensentur, patrimonii Alpium Cottiarum nomen deest.* 3) *De tempore huius epistolae cf. quae disserui in NA. XXXVI, 147 annot. 1.* 4) *Viduae Ludovici II. imperatoris, quae monasterio s. Salvatoris et s. Iuliae Brixiensi tunc praeerat, cf. supra nn. 43, 44.* 5) *Quaenam sint nescimus, sed fortasse eaedem, quarum iam supra in n. 43 mentio fit.* 6) *Sed cf. p. 68 annot. 7.* 7) *Scil. m. Martio (cf. p. 68 annot. 8, p. 70 annot. 2); ergo ad m. Aprilem in. haec epistola referenda est; cf. supra n. 73, 74.*

viribus agere non pretermittatis, quia et nos Deo propitio secundum datam nobis divinitus potestatem vobis auxilium et optatam in omnibus consolationem conferre avide cupimus et sub beati Petri apostoli vos, si opus fuerit, tuitione protegere et illesam[a] ceu filiam carissimam conservare studebimus[b], si ad ipsius apostolorum principis limina (cf. Eph. 6, 10.) vobis venire contigerit. Interim confortare in Domino, qui consolatur vos in omnibus, (1. Cor. 10, 13.) nec 'patietur vos temptari supra id, quod potestis, sed faciet cum temptatione proventum, ut possitis sustinere.' De cetero autem ea[c], quę[c] mandastis[1], multis inpedimentis occupati, quę prefatus comes cum multiplicibus insidiis nobis pręparat cupitque inferre cottidie, perficere nequivimus; at Deo tranquillitatem vitamque prebente[d] cuncta, quę vestrę voluntati utilia sunt, libenti animo perficiemus, quibus vester honor et glorię vigor incunctanter appareat integer. Dextera Domini vos in omnibus inlesam conservare dignetur.

DATA UT SUPRA.

83.

Iohannes VIII. papa Lambertum comitem (Spoletinum) hortatur, ne Romam ad restituendos, sicut audierit de eo, inimicos ecclesiae veniat; Gaudericum (Velitrensem) et Zachariam (Anagninum) episcopos, legatos suos, de ceteris, quae instant, cum eo collocuturos commendat, Adelbertum (Tuscensem) marchionem ullo pacto recipere renuit. 878 in.

Cod.: R f. 41' n. 82.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 347 n. 72. Mansi Conc. coll. XVII, 60 n. 72. Migne Patr. lat CXXVI, 752 n. 103. — Jaffé Reg. 3119 (2352). Kehr Italia pontificia IV, 3.

DILECTO FILIO LAMBERTO GLORIOSO COMITI.

Dilectionis et amicitię vestrę amorem ac sinceritatem quasi quoddam[a] insolubilis caritatis pignus tenentes, tanto de inimicorum nostrorum callidis[b] astutiis vel preparatis[c] cum apostolica sede securi existimus insidiis, quanto nobilitatis[d] vestrę potentiam una cum Christi auxilio nobis coniunctam in omnibus prosperis seu adversis esse procul dubio credimus, quoniam et nos vobiscum in cunctis, quę vestrę glorię sunt congrua vel necessaria, existere[e] prompti optamus. Et ideo eminentiam[f] vestram[f], quę relatione quorundam didicimus, latere nolentes, utpote spiritali filio nostro referre indubitanter curamus. Audivimus namque, quod inimicis[g] et infidelibus nostris[2] per cuiusdam exhortationem[3] cupiatis ferre solacium atque Romam venientes[4] suis eos rebus et beneficiis contra nostram etiam voluntatem inconvenienter restituere debeatis, quod nullus imperatorum vel regum aut comes antecessoribus nostris fecisse recolitur. Unde valde miramur, si hoc verum est, quomodo tantę amicitię inter nos totiens habitę atque promissę obliti estis, cum post Deum vos modo in omnibus necessitatibus et utilitatibus ecclesię sancti Petri habeamus unicum adiutorem atque fidelissimum defensorem. Et ideo, licet quidam vobis agere talia sedi[h] apostolicę nobisque contraria suadeant, nos tamen in vestrę fidei devotione, quam erga beatissimos[i] principes apostolorum Petrum ac Paulum et nostram paternitatem habetis, plurimum confidentes, quasi dilecto filio et unanimi amico mandamus,

a) ill- *corr. ex* inl- *al. man. R.* b) *corr. ex* studebitis *R.* c) *corr. ex* eaq; *al. man. R.* d) b *corr. ex* u *al. man. R.*

83. a) *corr. ex* quondam *R.* b) *corr. ex* callidiis *R.* c) -ra- *corr. ex* -ti- *R.* d) nouilitatis *R.* e) exhistere *R.* f) *corr. ex* eminentię vestrę *al. man. R.* g) ininimicis *R.* h) *corr. ex* sedet *al. man. R.* i) -mos *corr. ex* -mus *al. man. R.*

1) *Ad litteras, ut videtur, imperatricis, quae non exstant, sese refert.* 2) *Scil. Formosi sequacibus, a Lamberto occultatis nec ad mandatum papae dimissis, cf. n. 24, p. 22 l. 31, n. 29, p. 27 l. 34.* 3) *Scil. Karolomanni, cf. n. 74, p. 70 l. 31—32 cum annot. 4.* 4) *Unde constat, nostram epistolam, sicut et sequentem n. 84, ante Lamberti adventum Romam, (m. Martio) scriptam esse. Cf. nn. 73, 74, 78.*

ut pro Dei et nostro amore pro causa inimicorum nostrorum aliquatenus restituenda, cum bis iam ac ter synodico sint ipsi iudicio condemnati[1][a], Romam nunc non veniatis; quia valde turbati ac tristes ob hoc existentes vos, sicuti decet et nos cupimus, honorifice recipere non possumus. Quamobrem vestra[b] prudentia[b] tante perversitatis consilium destruat atque contra ipsos inimicos nostros totis viribus insurgere et pari nobiscum voluntate, sicut oportet, eos confundere procuretis; ut nos, sicut per vos credimus, securi et quieti per Dei et vestrum maneamus auxilium. Alia vero pro causa si ad limina sancti Petri et nostram apostolicam nunc aut[c] postea vultis venire presentiam, vos prompto atque gratissimo animo, prout oportet, honorifice recipiemus vobiscum pariter gaudentes et exultantes in Domino. Plura quidem vobis super his scriberemus, sed quia idoneos ac reverendos fideles nostros vestrosque devotos amicos, Gaudericum[2][d] videlicet et Zachariam[3] episcopos, diliciosos et consiliarios nostros, vobis direximus, qui vestrę glorię ea, quę litteris desunt, verbis poterunt enarrare, omisimus scribere; quibus sane, quę vobis verbotenus dixerint, quasi nobis credere non dubitetis. Agite igitur, sicut vos in omnibus nostris credimus habere procul dubio adiutorem et unanimem in Christo amicum. Adelpertus[e] autem marcio[4] ad nos si venerit[f], pro certo scitote, quia eum nullo modo recipiemus, quia multas nobis contrarietates fecit et manifestus in omnibus inimicus apparuit. Preterea, sicut nobis mandatis, ut pro instantis temporis causa extra urbem Romam exeuntes vobiscum alicubi loqueremur, libenter quidem hoc facere voluissemus, si utile ac necessarium esse videretur[g], ut simul loquamur, non vobis grave sit ad nos quasi filius dilectus venire, quatenus ea, quę congrua sunt visa, pariter consideremus[h].

DATA UT SUPRA.

84.

Iohannes VIII. papa Lambertum comitem (Spoletinum) de litteris arguit, in quibus inconvenientibus verbis se allocutus sit et legationes non sine suo consensu a Romana sede mitti contra ius postulaverit. *878 Feb. (?)*

Cod.: *R f. 42 n. 83.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 348 n. 73. Mansi Conc. coll. XVII, 61 n. 73. Migne Patr. lat. CXXVI, 753 n. 104. — Jaffé Reg. 3120 (2353). Kehr Italia pontificia IV, 3.

NOBILI VIRO[a] LAMBERTO GLORIOSO COMITI[5].

Sedem apostolicam, quam Deus omnipotens supra petram sui nominis fundare dignatus est, non solum reges et principes terrę, verum etiam imperatores augusti et totius orbis domini suis apicibus utpote caput omnium ecclesiarum Dei honoraverunt dignisque preconiis eius pontifices, vicarios scilicet beati Petri apostolorum principis[b], laudaverunt votisque[c] supplicibus deprecari studuerunt[d] et[d] usque[d] in finem sęculi, Petri manente nomine ac memoria, supplicare non desinent. Quapropter audientes litteras tuas, quas mandastis[6], mirati valde fuimus super earum verbis inconvenientibus, quę nec

cf. Matth. 16, 18.

a) con- *corr. ex* i- *al. man. R.* b) *corr. ex* vestram prudentiam *al. man. R.* c) *corr. ex* autem *al. man. R.* d) *corr. ex* Gauderi cum *R.* e) Adelpetrus, s *corr. ex* m *R.* f) *corr. ex* venerint *R.* g) videtur *R.* h) considemus *R.*

84. a) VERO *R.* b) *corr. ex* principes *al. man. R.* c) t *in ras. al. man. R.* d) -runt et us- *in ras. R.*

1) *Cf. n. 73, p. 68 annot. 10.* 2) *Velitrensem, 867—79.* 3) *Anagninum, 877—91.* 4) *Tuscensis, cf. nn. 22—24.* 5) *Cf. n. 83.* 6) *Quae non exstant. Responsoriae videntur fuisse ad ep. n. 83, nec ad unum eundemque diem epistolas nn. 83 et 84 ponere licet, sicut Ewald, qui utriusque notas temporum* Data ut supra *ad illas epistolae n. 72 a sese conservatas (= Feb. 26, cf. supra p. 67 annot. f et 3), nescio quo errore seductus, retulit. Cf. etiam Langen 'Gesch. d. röm. Kirche' III, 203 annot. 2.*

debitas[a] sancto Petro laudes resonant[b], nec ecclesiasticis concordant regulis vel doctrinis, cum nobis illa verba mandastis, quę secularibus viris et comparibus tuis scribere solitus es, hoc est, cum dicis nobis 'Tuę nobilitatis', vel cum dicis nobis 'Monemus nobilitatem vestram'. In quo luce clarius mentem vestram cognoscimus erga nos minime devotam, sicut putabamus, existere; idcirco nostre paternitati tam vilibus verbis et inconvenientibus sermonibus scribere audaci potius quam sincera mente voluistis et mirum non est, quia de amaro fonte dulcis aqua non hauritur[c]. Porro quia dixistis, quod sine consensu tuo nostras legationes nusquam mittere deberemus ususque hoc non fuerit, nec litteris legitur, nec a quoquam superstite umquam fuisse reminiscitur factum, et ideo sedes apostolica libera semper existens liberam ubique suam mittit legationem, habens Domini
Luc. 22, 32 auctoritatem dicentis: 'Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua[d], et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.' De his autem, quę olim dicta sunt inter nos, pro diversis ac multiplicibus contrariis et adversitatibus necnon et corporis incommoditatibus, quas quotidie patimur, nobis aliquid considerare vel pertractare non licet. Nos tamen, si prudentiam vestram in nostris profectibus et utilitatibus ecclesię Romanę cognovissemus devotam existere nostramque voluntatem prompte perficere, loco vos filii dilectique cuperemus retinere amici et ea, quę vestrę saluti ac prosperitati essent utilia, grato sane animo perficeremus; sed quia vos nobis relictis in partem contrariam inclinatos videmus, non solum obstupescimus, sed etiam a vestrę amicitię nos similiter declinamus consortio, quod pro Dei amore valde retinere voluimus carum[e]. Hanc preterea epistolam nostram secundum morem per Longobardum fidelem vestrum et litterarum delatorem vestrarum vobis mandare voluimus; sed ille a nobis eas recipere vestręque noluit deferre sagacitati, sicut[f] et antiquus usus exigit et ratio manifesta fieri declarat.

DATA UT SUPRA.

85.

Iohannes VIII. Widonem episcopum Inivensem (Aniciensem?) exhortatur, ut de Leontardo gravissima excommunicationis poena ab eo iudicato misericordiam, ne in desperationem ille labatur, agat. *877 Oct. 30.*

Cod.: *R f. 42' n. 84.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 338 n. 62. Mansi Conc. coll. XVII, 52 n. 62. Migne Patr. lat. CXXVI, 743 n. 92. — Jaffé Reg. 3113 (2341).*

UUIDONI EPISCOPO INIVENSI[1].

Leontardus quidam tuę dioeceseos homo singultibus et gemitu tritus[a] sanctam sedem apostolicam et nostram humilitatem adiit, referens se primo quidem homicidii incidisse reatum et [a][b] sanctitate tua pęnitentiam accepisse, quam et peregerit[c] et ea peracta miserationem et reconciliationem ecclesiasticam tuo iudicio promeruerit; post vero cum aliis suis concivibus quosdam predones publica sanctione iussus sit insequi, ut si eos capere potuissent, modis omnibus interimere non mitterent. Contra quos iste cum aliis proficiscens asserit, quod uno ex illis capto oculos comprehensores eius eruerint ac per hoc ipse predo nefandus vitam finierit. Hoc itaque facto prefatus Leontardus

a) debita *R.* b) resonare *R.* c) auritur *R.* d) *add. supra lineam al. man. R.* e) -m *in ras. R.* f) sed sicut, d *in ras. R.*

85. a) *corr. ex* tritum *al. man. R.* b) *om. R.* c) -rit *corr. ex* -rint *al. man. R.*

1) *Nomen corruptum* Aniciensi *apte correxit Ewald. Anicii enim, quod hodie* '*Le Puy*', *a. 875—c. 880 Wido quidam episcopus fuit, qui postea in itinere Romano forte ob causam Leontardi incoepto mortuus esse traditur. — Cf. etiam n. 154.*

pęnitentiam suscepturus ad tuam presentiam veniens huiuscemodi dixit se fuisse tuo iudicio iudicatum: sanctam videlicet communionem nisi ad exitum vitę non percepturum, carnes et vinum exceptis[a] diebus dominicis et sanctorum festivitatibus non sumpturum, comam non rasurum, uxorem non accepturum, cum hominibus non conversaturum, in cinere et cilicio gemiturum, servis rebusque suis non dominaturum[b], seniorem et beneficium non habiturum et aliis his similibus forte fruendis non fruiturum. Quę omnia audientes et intimo corde pensantes invenimus, aliquid gravius te quam expediit, si ita est, iudicasse. Huius rei gratia omne huius iudicium tibi dimittimus et, ut nostra super hoc vice ad mitiorem in eo proferendam sententiam perfruaris, modis omnibus exhortamur, quatenus pro amore apostolorum et nostro et laborem itineris et lacrimabilem[c] predicti latoris intentionem vel pęnitentię amaritudinem omnino considerans mitius cum eo agere non detrectes et eo, quod ad sanctos apostolos fecit confugium, in his, quę oportuerit, ne forte in desperationem labatur, misereri illius nunquam omittas, quia Dominus, sicut per prophetam loquitur, 'misericordiam vult et non sacrificium'. Ideoque Osee 6, 6. monentes[d] rogamus, ut misericordiam ei impendas, quatenus de impensione[e] misericordię audientes sanctitati tuę multimodas gratias referamus. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

DATA III. KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE XI.

86.

Iohannes VIII. Waiferio principi (Salernitano) scribit Amalfitanos adiutorium sibi condictum non iam tulisse et dolose asserere duodecim milia mancusorum ipsis promissa esse.

878 in.[1]

Cod.: R f. 43 n. 85.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 349 n. 74. Mansi Conc. coll. XVII, 62 n. 74. Migne Patr. lat. CXXVI, 750 n. 100. — Jaffé Reg. 3127 (2349).

AMANTISSIMO FILIO GUAIFERIO[a] PRINCIPI[2].

Devotionem igitur[b] animi tui ex die, qua te cognovi, paucis verbis explicare non possum; hoc tamen veraciter scimus, quia apud Deum et apud nos tibi omnia salva reservantur[c] tempore oportuno. Idcirco monentes hortamur et rogando iubemus[d], uti in semel tua percepta[e] bonitate perseveres, quoniam scriptum est: 'Non tardat[f] Dominus 2. Petr. 3, 9. promissum suum', donec adimpleatur, quod locutus est. Et ideo nosse gloriam tuam cupimus, quia ex parte Amalfitanorum nullum[g] nobis iuxta condictum placitum[3] studuerunt[h] prebere[i] adiutorium navali certamine a Traiecto usque Centumcellas. Insuper quadam calliditate asserunt non in decem milium tantum mancusorum, sed et in duodecim milium fuisse nostram promissionem[k], quod verum nullo modo constat, cum et ipsi abbates[4], quos illuc pro[l] nostra parte direximus, iureiurando non se dixisse fatentur. De his vero aliisque similibus, quantum in nobis est, per gloriam tuę nobilitatis correptionem omnemque speramus studii emendationem, quod, quęso, facere mature acceleres. Opta[m].

DATA UT SUPRA.

---

a) excepto *corr. ex* erro *al. man. R.* b) -na- *supra lineam add. al. man. R*, -tu- *in ras. R.* c) b *corr. ex* u *al. man. R.* d) monemus *R.* e) *corr. ex* inpensione *R.*

86. a) QUAIFERIO *R.* b) agitur *R.* c) res scribantur, -bantur *in ras. R.* d) b *corr. ex* r *al. man. R.* e) p̄cepta *R.* f) *corr. ex* tradat *R.* g) *corr. ex* nullam *R.* h) studerunt *R.* i) p̄uere *R.* k) *corr. ex* promissio *al. man. R.* l) *corr. ex* per *al. man. R.* m) *sic R; cf. NA. XXXVI, 117 annot. 5.*

1) *Haec epistola eodem fere tempore ac n. 79 scripta est.* 2) *Salernitano; de quo cf. supra nn. 3, 29, 53.* 3) *De quo cf. supra n. 79, p. 75 l. 21 cum annot. 4.* 4) *Iohannes Farfensis et Anastasius s. Salvatoris Reatini, cf. n. 79, p. 75 annot. 6.*

87.

Iohannes VIII. papa Ludovico (Balbo) regi nuntiat se propter Lamberti et Adalberti marchionum infestationes in Franciam ad implorandum eius et confratrum Karolomanni, Ludovici, Karoli (filiorum Ludovici Germanici) auxilium venturum et synodum celebraturum esse. *878 (Apr.)*

Cod.: R f. 43ʹ n. 86.
Edd.: Editio Romana (1591) III, 363 n. 87 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 464 n. 25. Mansi Conc. coll. XVII, 75 n. 88 [l. 87]. Migne Patr. lat. CXXVI, 767 n. 115. — Jaffé Reg. 3137 (2364).

HLUDOVUICO GLORIOSO REGI[1], FILIO DIVAE MEMORIAE KAROLI SECUNDI IMPERATORIS AUGUSTI[2].

Quanto deinde amore dilectionis pro tantorum bonorum virtutibus et pro omni-
potentis Dei cotidianis genitorem vestrum dilexerimus cultibus, hoc Christo conscientię
nostrę teste absque lacrimarum effusione, fateor, reminisci nullatenus possumus. Et
cf. Ier. 22, 17. quamquam gaudendum sit, quoniam eundem post felicis cursum operis inter angelorum
cętum paradysi susceperint pręmia vitę[a] perennis, flendum nichilominus convenit, quod
tantum adiutorem ecclesiarum Domini diffusarum in orbe pręsentia corporali, heu[b] pro
dolor! amiserimus; presertim cum hoc in tempore sancta Romana ecclesia, mater
omnium, quę meę mediocritati credita est[c] Iesu ęterni dispositione consilii, in quo,
1. Cor. 10, 11. ut cum apostolo pace quorumque dixerim, 'fines sęculorum devenerunt', in tot persecu-
tionibus atque adversitatibus diu lacessita domesticorum[d] dibachatione fatigetur, uti
Ps. 68, 3. cogar cum propheta erumpens exclamare: 'Veni in altitudinem maris et tempestas
Ps. 119, 2. demersit me', et rursus: 'Domine, libera animam meam a labiis[e] iniquis et a lingua
dolosa[f]'. Sed vos, fili karissime, hortor, ammoneo paterno amoris affectu eius imitari
in ecclesiarum exaltatione vestigia vitę spiritualis, cuius floris decore natus regia digni-
cf. Col. 3, 14. tate existis, primum ut pacis unitatem vinculumque[g] karitatis cum fratribus vestris,
nimirum Hludouuici[3] regis Bagoariorum filiis, cumque fidelibus Christianis tenens demum
contra insanientum[h] rabiem atque tyrannos paterno provocatus exemplo virtute roboris
Christo auctore[i] in[i] defensionem[k] matri[l] vestrę, [a][m] qua et potum prędicationis in
proavis et infulam imperii accepistis, medullitus viriliterque effundere valeatis. Quia,
quod dici sine lacrimarum imbre nullo modo potest, prodiit in hoc tempore apud nos
cf. 1. Macc. 1, 11. ex massa peccati radix ac fomes nequissime perditionis, Lanbertum Uuidonis quon-
cf. 2. Thess. 2, 4. dam Spolitani ducis horrendum filium[4] fatemur, membrum Antichristi[n], qui adversatur
et extollitur derogando adversus ortum regalis progenięi[o] et se turpis[p] lucri cupidum
clandestina machinatione, rapacitatis ardore, nunc huc atque illuc tergiversando cum
mecha sorore Rottilldę[5] cumque conplice suo, infido Adelberto marchione[6], immo patrię
prędone, ad fascem, ut[q] vera[q] fama volitat, inpudenter, quod Deus avertat, sustollere
cf. 2. Thess. 2, 3. Romani imperii[7] et nunc, utpote abominatio[r] desolationis atque perditionis filius, caput
cf. Ps. 57, 5. scorpii et aspidis surdę, distrahens[s], delapidans perque[t, u] omne terminium sancti Petri[v] ac
Pauli protectorum vestrorum ubique[w] nequam suos disperdit prędones[u], pro qua re omnes
pęne nostri fideles in paupertatem ac necessitates redacti videantur, sacramentisque, ut
sibi conspirent et, ne ad nostram occurrant iussionem, omnis territorii sanctorum aposto-

87. a) *corr. ex* vicę *al. man. R.* b) *corr. ex* eu *al. man. R.* c) credita est, *hic omissum, sequitur post* dolosa *(l. 22) in R, a scriptore falso, ut patet, loco insertum ex margine, ubi fortasse in registro additum erat R.* d) d- *corr. ex* s- *R.* e) a la- *corr. ex* alii *R.* f) *cf. annot. c.* g) *corr. ex* viculumque *al. man. R.* h) -um *in ras. R.* i) *corr. ex* auctorita *R.* k) -ionem *in ras. R.* l) *corr. ex* matris *R.* m) *om. R.* n) -ti *corr. ex* -tum *al. man. R.* o) progenię *R.* p) turpi *R.* q) *corr. ex* uuera *al. man. R.* r) habominatio, -o *add. in ras. supra lineam R.* s) distraens *R.* t) *corr. ex* perquem *R.* u) perque nequam suos disperdit prędones omne terminium ..... ubique *R; cf. annot. c.* v) ptri *R.* w) ubi *R.*

1) *Balbo, 877—79.* 2) *Calvi, † 877 Oct. 6.* 3) *Germanici, † 876.* 4) *Cf. supra n. 73 sq., 82 sq.* 5) *Uxore Adelberti marchionis Tusciae.* 6) *Tuscensi, cf. nn. 22—24, 83.* 7) *Haec sunt exaggerata, verum cf. n. 74, p. 70 annot. 4.*

lorum homines constringere non omisit. Nunc etiam Tarentum legatione directa paganis donaque transmittens atque ab eis[a] accipiens suppliciter deprecatus est, ut sibi, cum significatum[b] fuisset, phalange Agarenę[c] ad perniciem Christiani populi quantocius deferant[d] auxilia. Qualiter denique fraude nequitię et per iurisiurandi[e] periurium[f] in sinu ecclesię nostrę nos[g] deceperit Urbemque sacram invaserit, hic ea ideo pretereundo silemus, quia in alio opusculo[1] ad omnium Christianorum notitiam, quos idcirco anathematis vinculis innodavimus, nonnulla conscripta tenemus. Pro qua re, domine fili karissime, contra nova et inaudita in Christianis mala novum iam fessus et fatigatus certaminis laborem, navalis scilicet periculi[h] fluctusque maris assumere iter desiderans[i][2] me tantis[i] periculis[k] ad vos veniendo pro ecclesiarum sanctarum omnium liberatione, iuxta apostolum 'non faciens animam meam prętiosiorem quam me'. Et ecce, quantum ad mei Act. 20, 24.
ministerii regimen spectat, non recuso pro Christi domini ovium[l] ope eius liberatione cf. Act. 25, 11.
mori detrimentumque sufferre. Vos, quęso obnixe, vos, fili karissime, lacrimas meas arduumque laborem aspicite et ad defensionem sanctę matris vestrę vestrum animum[m] fideliumque vestrorum adhortatione continua preparate et mecum unianimiter lupis rapacibus baculos[n] redargutionis studete[o] tenere, quatinus duce Unigeniti gratia post longa temporum spatia cooperatores effecti nostri certaminis de purpura terreni imperii ad coronam venire valeatis perpetuam. Et epistolas[p] reliquas[3], quas confratribus vestris, Karlomanno videlicet et Ludouuico atque Karolo iuniori, dirigimus pro talium adhortatione[q], precamur glorię vestrę decentiam easdem illis sine mora destinare dignemini omnibusque reverentissimis archiepiscopis et clero totius ordinis regni vestri paterna, peto, adhortatione significari pręcipite, quoniam Domino miserante apud vos synodum celebraturi sumus cunctis populis Christianis pernecessariam. Quęcunque[r] sane deinceps sumus acturi de negotiis ecclesiasticis nosse vos cupimus[r]; te quoque, karissime fili, auctoritate sancti Spiritus Dei nostri ad vicem genitoris vestri domni Karoli perpetui imperatoris augusti a secretis constituo meum consiliarium, qui, ut dici assolet, pars animę meę fuit, et quęque agenda sunt, coge adunaque consilium, quia in fonte tui cordis primum intingendus calamus, deinde manus nostra formabit caracteris apices.

88.

Iohannes VIII. papa (Ludovico Balbo) [et item Ludovico III. iuniori] regi nuntiat se Franciam maritimo itinere petere coepisse propter Lamberti Spoletini marchionis iniurias, quas iussu Karolomanni regis sibi intulisse assererit; generalem synodum indicit.

(Ianuae) 878 (Mai in.)[4]

Cod.: R f. 44' n. 87.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 364 n. 88. Mansi Conc. coll. XVII, 77 n. 88. Migne Patr. lat. CXXVI, 769 n. 116. — Jaffé Reg. 3138 (2365).

---

a) -is *in ras. R.* b) s- *corr. ex* d- *al. man. R.* c) -enę *in ras. R.* d) *corr. ex* deferit *al. man. R.* e) iuri iurando *R.* f) *corr. ex* periurio *al. man. R.* g) *corr. ex* non *R.* h) periculum *R.* i) de transmetantis *R.* k) *hic excidit* exposui *aut simile quid R.* l) ovibus *R.* m) *corr. ex* animarum *al. man. R.* n) *corr. ex* baculo *al. man. R.* o) -te *corr. ex* -re *al. man. R.* p) epł *in ras. R.* q) adhortationem *R.* r) Quęcunque nosse vos cupimus sane .... ecclesiasticis *R; cf. p. 82 annot. c, t.*

1) *Scil. in sententia excommunicationis factae in eccl. b. Petri deperdita, ad quam pluries sese refert, cf. n. 88, p. 84 l. 16; n. 89, p. 85 l. 29, Dümmler l. l. III², 76.* 2) *Itaque non iam iter arripuisse videtur (cf. econtra n. 88, p. 84 l. 30), nec Ianuae, sicut Ewald habet, sed Romae scripta est epistola, cf. NA. XXXVI, 147 annot. 3.* 3) *Quae non exstant. Epistolae sequentes iterum Ludovico Balbo aliisque regibus directae (nn. 88, 89) Ianuae scriptae esse videntur. Dubitare enim licet, an haec epistola et* reliquae *revera ad suum locum pervenerint, nam in n. 107 p. 99 l. 27 sq. papa conqueritur:* Et vobis et fratribus vestris gloriosis regibus, antequam ex Urbe exiremus, mittere voluimus, sed officientibus Lamberto et Adelberto .. mittere nequivimus. *Corrigendus in his est Dümmler l. l. III², 76—77.* 4) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. NA. XXXVI, 147 annot. 4.*

ITEM[1] HLUDOUVICO REGI[2], HLUDOUUICI BAGOARIORUM REGIS[3] FILIO.

Prov. 10, 1; cf. Prov. 17, 25. Scriptum enimvero in Salomone legimus: 'Filius sapiens letificat patrem et est gaudium matris, quę genuit eum.' Quapropter, quoniam te, Ludouuico[a] filio Karoli, ⟨Ludouuico[a] filio Ludouuici regis[b 4],⟩ ęternitatis pręscientię suę consilio omnipotens Deus ex regum imperatorumque est dignatus producere prosapia[c], et tunc illum plene letificare contenditis, si vestrę matri eiusque immaculatę sponsę adversus insidiantium rictus atque illius laceratores[d] tota virtute concurritis, omni quoque nisu more parentum proavorumque vestrorum auxilii consolationem conferre spreta personarum acceptione quorumlibet (cf. Rom. 2, 11; Eph. 6, 9.) quantocius festinatis, sancti Spiritus per Salomonem verbis testantibus: 'Frater et amicus in angustiis conprobatur.' (Prov. 17, 17.) Et bene nobis, fili, actio[e] adoptionis vestrę[f] spiritualis favere contra irruentes[g] valebit[h], si pacis et unianimitatis cum fratribus[i] vestris Christo opifice concorditer tenere consulte[k] satagitis vinculum, quia in vestra pace, fatemur, totius Christiani populi salus consistit. Qua demum necessitate quave fatigati angustia relicta sede propria apostolici culminis conpulsi sumus Franciam petere vosque paterno affectu deposcere, quatinus una nobiscum positi de communi salvatione sanctę Romanę ecclesię et rei publicę statu tractaremus, in paucissimis nunc patefacimus, quia in alio opusculo[5], qualiter nefarie sit peractum, ad omnium Christianorum notitiam reservatur conscriptum, quod luce clarius advertitis. Lambertus[6] Spolitanus perfidus dux, Uuidonis quondam stirps[l], perditionis filius (cf. 2. Thess. 2, 3.), in quantam superbiam pro cupiditate, ut fama vera se habet, Romani imperii eruperit, in nostris tribulationibus atque angustiis procul dubio cognoscetis ad liquidum. Romam siquidem clandestina[m] fraude devotum venire se simulans, a nobis velut filius pacis benigne susceptus, quid virulenti consilii corde gestiens, in crastinum sequentis diei diluculum demonstravit; nam deputatis custodibus, verum etiam satellitibus ad portam Urbis, quę ad beati Petri apostolorum principis euntibus pandit iter, nullum nostrorum fidelium ad nos egredi patiens, cibos[n] deferentes cohercens, asserit Karolomannum regem sibi talia horrenda facere pręcepisse[7]. Quod idcirco non possumus credere, quoniam ex vestra progenie[o] cervicem superbe contra hanc extulit [sedem][p], sed propter Deum suppliciter colla submisit. Nos, fili karissime, pro Domini ecclesia eiusve[q] ovibus animam ponere cupientes (cf. Io. 10, 11.) ecce marinos fluctus undasque salis ad vos veniendo perdifficile iter assumpsimus[8] vobiscumque simul positi Domino miserante universalem synodum celebrare disponimus, totius sanctę ecclesię vobis obsecundantibus provectum et[r] exaltationem loco percongruo satagemus peragere. Quod, quęso, regni vestri omnibus archiepiscopis coepiscopisque nostris innotescere dignamini eosdemque nobis adesse continua maturitate accelerare monete.

DATA UT SUPRA.

---

88. a) *sic R. Nomina in minuta, ut videtur, in modum inscriptionis in margine notatae, non mutata, sicut oporteret, forma a registratore in ipsum contextum inserta sunt R.* b) *hoc secundum nomen, ad alterum epistolae exemplar (cf. annot. 1) spectans, a registratore vel a scriptore minutae in margine notatum, registrator vel scriptor codicis nostri perperam in contextum inseruit, cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 11 NA. XXXVI, 111 annot. 1.* c) -a *in ras. R.* d) -res *corr. ex* -ribus *R.* e) filiatitio *R.* f) vestra *R.* g) construentes, -tr- *corr. ex* -a- *R.* h) v- *corr. ex* b- *al. man. R.* i) frī- *in ras. R.* k) -o- *corr. ex* -u- *R.* l) *corr. ex* stirs *al. man. R.* m) clamdestina *R.* n) -b- *corr. ex* -u- *al. man. R.* o) *excidit* nullus *aut* natus numquam *vel simile quid R.* p) *om. R.* q) *corr. ex* eį sue *al. man. R.* r) *corr. ex* ex *R.*

1) *I. e. ipsa haec epistola alio cuidam, et quidem Ludovico Balbo (cf. annot. b), eiusdem vero tenoris altera epistola Ludovico (III.) directa est.* 2) *III. iuniori, 876—82.* 3) *Germanici, † 876.* 4) *Balbo, cf. n. 87 et p. 83 annot. 2.* 5) *Cf. n. 87, p. 83 annot. 1.* 6) *Cf. supra nn. 73 sq., 82 sq.* 7) *Cf. n. 74, p. 70 annot. 4.* 8) *Haec non iam Romae, sicut n. 87 (cf. p. 83 annot. 2), sed in ipso itinere, et quidem Ianuae, sicut et epistola 89, scripta esse videntur.*

89.

Iohannes VIII. papa Karolomanno regi scribit se et paganorum persecutione, quibus censum vigintiquinque milium mancusorum solverit, et Lamberti ac Adelberti marchionum fraude impetitum navale iter in Franciam aggressum esse ad synodum celebrandam; Petrum presb. card. commendat. *Ianuae 878 (Mai in.)*

Cod.: R f. 45 n. 88.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 365 n. 89. Mansi Conc. coll. XVII, 78 n. 89. Migne Patr. lat. CXXVI, 770 n. 117. — Jaffé Reg. 3139 (2366). Cf. Mühlbacher Reg. 1532 (1490) a.

DILECTO FILIO KARLOMANNO GLORIOSO REGI[1].

Quanta denique exaltatione sponsionis vestrę sanctam Romanam ecclesiam, videlicet matrem vestram omniumque Christianorum, quę vos et lacte suę predicationis ab uberibus[a] et ad imperialia a proavis sceptra sanguine regum excellenter produxit, sublevare[b], et epistolari textu[2] et internuntiis[c] nuper ad nos directis[d] reminiscimur pleniter fontemque ubertim cordis vestri solita pietate parentum vestrorum circa omnipotentis Dei famulatum miseratione abundanter repperimus. Vestrum quoque ad prędictam matrem vestram, uti gloria culminis vestri spoponderit, tanto avidius enixiusque cotidiana prestolatione adventum expectavimus, quanto pro augmento mercedis vestrę nos nostramque ecclesiam in tot adversitatibus laborantem super omnes imperatores atque reges, qui ante vos fuerunt, exaltare ac[e] beatificare omnimodo promisistis. Sed, heu pro dolor! fesso michi paganorum persecutione ac[f] gladio atque exactione[g] census viginti quinque milium in argento mancusorum annualiter[3], immo prędictę vestrę matri additus civilis mucro angustię est, qui pene nos funditus peremisset, nisi subita miseratione illius solaremur auxilio, qui fidelibus pollicens inquit: 'Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sęculi.' Matth. 28, 20. Exierunt quidam ex nobis, sed[h] non fuerunt ex nobis[h], confitemur, neque ex vobis[i][4], qui tanta Romanam ecclesiam dehonestatione Urbemque sacram nos quoque fatigaverunt atque oppressere, ut simile nec in Christianis regibus factum* reminisci nullo modo possit, Lanbertum fateor atque[k] Adelbertum electos marchiones, quique hostili manu occultaque fraude qualiter nos affecere, culminis vestri gloriam latere nulla potuit ratione, quod ad omnium vestrum notitiam in suo scriptum tenetur opusculo[5]. Nobis enimvero ad vos inter cetera mala iter clausere venire cupientibus; qua necessitate conpulsi navale, animam pręmanibus habentes, assumpsimus cf. 1. Reg. 28, 21. laboriose periculum et commodum duximus[l] Franciam ire vestramque fraternam conpagem in pacis et unianimitatis vinculum consolidare, vestrę matris sępedictę liberationem sanctę Romanę ecclesię necessarie quęrere. Vos siquidem illic omnesque vestrorum regnorum episcopos ad synodum celebrandam venire hortamur.

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

89. a) *excidit* nutrivit *aut simile quid R.* b) *excidit* curetis, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.* c) internuntius *R.* d) diirectis *R.* e) a *corr. ex* s *R.* f) c *add. supra lineam R.* g) exactionis *R.* h) sed — nobis *in ras. R.* i) nobis *R.* k) -t- *corr. ex* -d- *R.* l) *corr. ex* diximus *al. man. R.*

1) *Cf. n. 64.* 2) *Hae litterae Karolomanni non exstant.* 3) *Quando hoc pactum, nusquam aliter laudatum, cum Saracenis ictum sit, certius non constat; cf. Dümmler l. l. III², 72 annot. 3.* 4) *Iterum hic papa certiorem se esse fingit Lambertum nequaquam iussu Karolomanni egisse; cf. n. 74 p. 70 l. 32 cum annot. 4.* 5) *Cf. n. 87, p. 83 annot. 1.*

Data de civitate Genuense et directa glorię vestrę per Anspertum Mediolanensem confratrem et coepiscopum nostrum[1].

Pręsentium[a,b] latorem Petrum[c] cardinis ecclesię nostrę presbyterum[2] glorię vestrę plurimum commendamus eumque ad nos, quęsumus, cum vestris missis atque opitulatione festinanter remittite[a].

90.

Iohannes VIII. papa (Karolomanno regi) de prioribus legationibus, quibus non responderit, et de synodo cum fratribus eius nunc Trecis celebranda scribit.

(Trecis) 878 (Iul.)[3]

Cod.: R f. 45' in calce n. 88.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 366 in calce n. 89. Mansi Conc. coll. XVII, 78 in calce n. 89. Migne Patr. lat. CXXVI, 785 n. 139. — Jaffé Reg. 3158 (2388).

. . . .

. . Sabbatinum[a]* episcopum[4] primum et postea per Ansbertum Mediolanensem[5], de qua multum miramur, cur non iam a vobis[b] responsum[b] vel missos accepimus, cum nos, [si][c] foret possibile, primum saltim per legatos vobiscum loqui cuperemus, deinde cum reliquis fratribus vestris. Quod quia vestra infirmitate, quam nimium dolemus, est pretermissum, nunc apud Trecas[6] Christo opitulante synodum sumus celebraturi loquemurque cum Hludouuico et reliquis vestris fratribus et post kalendas Augustas ad vos revertemur. Tantum locum nobis dicendo ad tempus mandate, quo nobis debeatis occurrere et laborem pro vestra matre sancta Romana ecclesia non recusate assumere, 2. Cor. 1, 7. quia, 'si fueritis socii laboris, simul eritis et consolationis', et in hoc, quęso, perficiendo non sit ulla dilatio[d].

DATA UT SUPRA.

91.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici anniversarium Ludovici (II.) imperatoris (d. 12. Augusti) propriis orationibus se celebraturum promittit, synodum universalem Trecis die 1. Augusti se habiturum annuntiat. *(Trecis) (878 Iul.)*

Cod.: R f. 45' n. 89.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 367 n. 91. Mansi Conc. coll. XVII, 79 n. 91. Migne Patr. lat. CXXVI, 784 n. 137. — Jaffé Reg. 3159 (2386).

---

*) *In marg. add.* R *man. correctoris propter omissa ante* Sabbatinum *verba R.*

a) *haec sententia in ipsa epistola non post eschatocollum addita certe erat, sed e margine, ubi posita fuisse videtur in minuta, a registratore — aut a scriptore codicis nostri — licet aptius, quam in epistola n. 96 (cf. ibid. annot. b) hic inserta est.* b) pręsentum *R.* c) -e- *corr. ex* -f- *R.*

90. a) *haec nullo relicto spatio, haud secus ac eiusdem epistolae tenor sequuntur ultima epistolae n. 89 verba; sed et aliam hic incipere epistolam, quod Jaffé primus vidit, quem secutus est Migne, et quaedam verba excidisse patet; cf. NA. XXXVI, 114 annot. 2. Addendum fortassis est:* Misimus vobis legationem per *aut simile quid R.* b) *corr. ex* vobitre- *R.* c) *om. R.* d) -a- *in ras. R.*

1) *Haec est secunda papae ad Karolomannum legatio; prioris, scil. Sabbatini episcopi Ianuensis, haud multo ante, ut videtur, profecti, meminit ep. n. 90, p. 86 l. 13, ambarum mentio fit in emboli ad n. 107, cf. p. 100 annot. 2; tertia legatio e Francia, a Trecis verisimiliter, profecta est, cf. n. 90.* 2) *Hic una cum nostra etiam epistolas n. 96, 106 et verisimiliter quoque n. 88 (exemplar quippe Ludovico (III.) regi dirigendum) a Ianua ad Anspertum primum detulit, inde cum nn. 88 et 89 in Germaniam profecturus, cf. NA. XXXVI, 133.* 3) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. NA. XXXVI, 135.* 4) *Ianuensem; 865—889.* 5) *Cf. n. 89.* 6) *Hodie 'Troyes'. Cf. n. 89, supra annot. 1.*

DILECTĘ FILIĘ ANGELBERGĘ IMPERATRICI, DIVĘ MEMORIĘ QUONDAM[a] DOMNI LUDOHUUICI PIISSIMI IMPERATORIS[b] CONIUGI[1].

Quia intimasti pontificio nostro anniversalem magne recordationis domni[c] Ludohuuici imperatoris[2] et, ut pro eo proprias orationes celebrassemus, rogastis[3], gaudemus et impigre suo pro merito modis omnibus faciemus. Ceterum rogamus, ut, ceu hactenus in nostris fuistis sollicita, haud[d] secus et nunc et perpetuo esse, prout credimus, non differatis, quatinus vestro labore vestroquę consulto cito ad propriam[e] sedem, ut congruit, cum gaudio per merita apostolorum principum reverti[4] mereamur. Porro vos[f] scire[f] cupimus, quia apud Trecas in kalendis Augusti una cum rege Hludouuico imperatoris[g] Karoli filio[5] et cum universis Gallię episcopis synodum universalem celebrabimus[h]; dehinc Karolummannum[i] regem suosque germanos alloquemur, ut pari omnium consilio consolationem nostrę ecclesię repperiamus.

92.

Iohannes VIII. papa Mahen Dolensi et omnibus episcopis Britannicis praecipit, ut ad reverentiam Turonensis matris ecclesiae et Adalardi archiepiscopi redeant.

(Trecis) 878 (Aug.)

Cod.: R f. 46 n. 90. — [Cod. Turon. deperd., cf. NA. XXXVI, 106 annot. 1] (T).

Edd.: Editio Romana (1591) III, 387 n. 124 [l. 128] = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 488 n. 46. Mansi Conc. coll. XVII, 94 n. 124. Migne Patr. lat. CXXVI, 802 n. 159. — Martène Veterum script. et monument. nova collectio (Rotomagi 1700) p. 51 inter 'Acta varia in causa Dolensis episcopatus ex archivis Turonensis ecclesiae'. Martène et Durand Thesaurus novus anecdotorum III (Paris 1717) p. 867. — Jaffé Reg. 3144 (2407).

MAHEN DOLENSI[6] EPISCOPO NECNON[a] OMNIBUS EPISCOPIS BRITTANNICIS[7] SEU UNIVERSIS SANCTAE DEI ECCLESIĘ FIDELIBUS.

Sanctitatem seu fidelitatem omnium nosse volumus, quia, dum Trecas[b] synodum celebraremus[8], suggestione Adalardi archiepiscopi[c][9] consacerdotis nostri audivimus, quod vos matrem vestram Turonensem ecclesiam despicientes secundum antiquam consuetudinem illi obędire differtis et privilegium a beato Petro apostolo illi supra vos concessum frangere conamini debitumquę honorem ipsi archiepiscopo vestro observare neglegitis[d] et malum supra malum addentes predicto capiti vestro predia auferre non cf. Is. 30, 1
formidatis. Inter hęc etiam et prętato[e] antistite narrante et aliis coepiscopis similiter conferentibus audivimus, ut vos non antiquo more a vestro metropolitano consecrati fuissetis, sed expulsis legitimis[f] episcopis de sedibus sola potentia ducis vestri[10] alter ab alterutro[g] consecratus fuit. Quod mirati fuimus et, si ita est, tantum[h] nefas delebimus[i] et vindictam, nisi[k] satisfeceritis, nichilominus dabimus, quia non pastores, sed invasores fore[l] cernimini. Quapropter monemus[m] apostolicaque auctoritate expresse pręcipimus,

---

91. a) QUOD *R.* b) IMPRI *R.* c) -i *corr. ex* -o *R.* d) -d *corr. ex* -t *R.* e) propiam *in ras. R.* f) *corr. ex* voscire *R.* g) impr *R.* h) *secundum* b *corr. ex* u *R.* i) Karolum mannum *R.*

92. a) necnon et *T.* b) Trecis *T.* c) *corr. ex* archiepiscopis *R;* Turonensis archiepiscopi *T.* d) negligitis *T.* e) -o *corr. ex* -u *R.* f) *corr. ex* legitis mis *R.* g) u *corr. ex* o *R;* altero *T.* h) *corr. ex* tanto *al. man. R.* i) dolebimus, -b- *corr. ex* -u- *al. man., R.* k) *corr. ex* vindicta misi *al. man. R.* l) fuisse *T.* m) mittimus *R.*

1) *Cf. nn. 43, 44, 82.* 2) *Qui obiit d. 12. Augusti 875.* 3) *Litterae Angilbergae non exstant.* 4) *Scripta est ergo epistola in itinere Francico, et verisimiliter iam Trecis, et una cum epistolis n. 90 et n. 128 in Italiam missa, cf. NA. XXXVI, 135.* 5) *Ludovico Balbo (877—79), Karoli Calvi filio.* 6) *Hodie 'Dol-en-Bretagne', c. 874—c. 878. Cf. Duchesne 'Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours (Paris 1890)' p. 97.* 7) *I. e. provinciae, quae hodie 'Bretagne'.* 8) *Epistola igitur in ipsa synodo, mense Augusto, scripta est et Jaffé in hoc sequendus est, non Ewald, qui epistolam hanc et sequentem secundum seriem registri, valde in his partibus quidem turbatam, ad mensem Maium posuit, cum papa Arelate moraretur, cf. NA. XXXVI, 143.* 9) *Turonensis, 875—c. 890, qui eodem fere tempore etiam privilegium (v. infra n. 112) accepisse videtur. Et revera nonnisi Trecis nec alicubi Turonensem archiepiscopum papam ex orientalibus Galliae partibus venientem adiisse rationi congruit.* 10) *Vidicheil (c. 874—90) et Alanus (c. 874—907) ducatum Brittonum tunc inter se diviserant, cf. Reginonis Chron. (ed. Kurze p. 110, 135), De Courson 'Histoire des peuples Bretons' I, 367).*

cf. Is. 46, 8. ut ad cor redeuntes ad matrem vestram sanctam Turonensem ecclesiam revertamini et secundum antiquam consuetudinem illi obędire satagatis[a] et de perpetrato hactenus ipsi vestro archiepiscopo Adalardo[b] misericordiam quęratis, quatinus[c] super omnibus neglegentiis[d] apud summum arbitrem[e] veniam habere possitis; quoniam, si aliter feceritis, canonica auctoritate eritis nichilominus feriendi et a nostra communione modis omnibus alienandi[f] et omnis[g] vestra ordinatio a summa sede apostolica scilicet respuenda.

DATA UT SUPRA[h].

93.

Iohannes VIII. papa omnibus, in quorum parochiis s. Mauricii Turonensis ecclesiae praedia sunt, praecipit, ut illa contra invasores defendant et tueantur.

(Trecis) (878 Aug.)

Cod.: R f. 46' n. 91.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 386 n. 121 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 487 n. 44. Mansi Conc. coll. XVII, 93 n. 121. Migne Patr. lat. CXXVI, 801 n. 158. — Jaffé Reg. 3145 (2406).

REVERENTISSIMIS[a] ET SANCTISSIMIS FROTTARIO ARCHIEPISCOPO BITURICENSI[1] ET ANSELMO LEMOVICENSI[2], ACFRIDO PICTAVENSI[3], DODONI ANDECAVENSI[b][4], RATBERTO CENOMANENSI[5], HILDEPRANDO SAIENSI[6] EPISCOPIS NECNON ET ALIIS OMNIBUS EPISCOPIS ET COMITIBUS ALIISQUE PERSONIS ILLUSTRIBUS, SANCTĘ DEI ECCLESIĘ FIDELIBUS, IN QUORUM PARROECHIIS[c] SANCTI MAURICII TURONENSIS ECCLESIĘ[7] PRĘDIA ESSE VIDENTUR[a].

Vestrorum[d] omnium religiositas seu universorum pernoscat[e] fidelitas, quoniam narrante Adalardo venerabili archiepiscopo[8] pontificium[f] nostrum didicit, qualiter quidam absque omnium legum auctoritate tam comites quamque subditi[g] eorum sancti Mauricii Turonensis ecclesię res invasas ausu[h] temerario teneant. Unde mandamus nostraque apostolica auctoritate expresse iubemus, ut eos invasores primitus moneatis, ut ipsas res omni occasione remota ipsi pręfate ecclesię reddere satagant et, si[i] ipsi[i] forte audire noluerint, vos unanimes omnes unoque conventu pro posse collecti nostra censura illos excommunicare debeatis, usquequo ipsas res ab eis iniuste tentas reddant. Et si, quod non credimus, his censuris inobędientes fuerint et ad satisfactionem venire distulerint et iustitiam de perpetratis facere noluerint, ab omni Christiana communione[k] illos nostra auctoritate iudicate esse inmunes. Inter hęc etiam illos monete, ut nonas et decimas secundum antiquam consuetudinem quibus dare debent, postpositis inlicitis occasionibus dare minime differant[l]. Demum indicimus, ut omnes res pręfatę ecclesię sancti Mauricii, quę in vestris existunt[m] parroechiis, defendere ab omnibus inimicis debeatis, quoniam, si aliter feceritis et nostrę censurę non[n] obędieritis[o], canonico sancitu ferimini.

94.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici nuntiat se Arelatem intrasse et Bosonem principem ac Hermengardam uxorem, filios eius, adiisse pro auxilio Romanae ecclesiae ferendo; monet, ut tanto labori faveat et Iohanni Ravennati archiepiscopo consolatorias litteras mittat. *(Arelate) (878 Mai.)*

a) *corr. ex* satagitis *al. man. R.* b) Adelardo *T.* c) quatenus *T.* d) negligentiis *T.* e) arbitrum *T.* f) *corr. ex* elienaudi *al. man. R.* g) -s *in ras. R.* h) Data ut supra *om. T.*

93. a) *haec inscriptio, longior admodum, non uncialibus litteris et minio, ut reliquae, postea addita est, sed una cum contextu et in eundem modum scripta est R.* b) Acdecavensi *R.* c) e *in ras. R.* d) Quorum, -or- *in ras. R.* e) -t *in ras. R.* f) -m *corr. ex* -s *R.* g) subdi | diti *R.* h) -su *in ras. R.* i) si i- *in ras. R.* k) communitione *R.* l) differunt *R.* m) sistunt *R.* n) *add. supra lineam al. man. R.* o) r *eras. inter* i *et* e *R.*

1) *Hodie 'Bourges', 876—c. 889. De Frothario cf. nn. 9, 13, 14.* 2) *Hodie 'Limoges', 869—96.* 3) *Hodie 'Poitiers', 876—900.* 4) *Hodie 'Angers', c. 837—80.* 5) *Hodie 'Le Mans', 859—c. 880.* 6) *Hodie 'Séez', 853—80.* 7) *I. e. cathedralis, inde a saec. XIV. nomine S. Gatiani, primi, quem ferunt, episcopi Turonensis appellatae.* 8) *Qui papam Trecis m. Augusto adiisse videtur; cf. n. 92, p. 87 annot. 9.*

Cod.: R f. 46' n. 92.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 368 n. 92. Mansi Conc. coll. XVII, 80 n. 93 [l. 92]. Migne Patr. lat. CXXVI, 774 n. 121. — Jaffé Reg. 3146 (2369), Kehr Italia pontificia V, 43 n. 121.

DILECTISSIMĘ FILIĘ DOMNĘ ANGELBERGĘ IMPERATRICI, PIĘ MEMORIĘ DOMNI HLUDOUUICI INVICTISSIMI IMPERATORIS CONIUGI SERENISSIMĘ AUGUSTĘ[1].

Cum erga Romanę ecclesię privilegia inmenso velle, inmenso et opere decus imperii vestri decertare et ad perfectum ducere semper adhauriverimus (?)[a] et amemus[b]*, Christo favente perpetuo magnitudinem tantę vestrę devotionis scire cupimus. Ecce Arelatem regni deliciarum vestrarum sani intravimus[2] quidem[c] summo arbitre permittente per intercessionem apostolorum principum illicque Bosonem principem[3] generum vestrum communem et filiam domnam Hermengardam[4] alloquentes omnia prospera et iugiter desiderata invenimus et pro amore vestro, vestri namque[d] et piissimi coniugis illos tamquam filios amplectentes pro eorum consulto illorum cum honore cuncta faciemus, quoniam ceu per vos, haud secus per istos consolationem et defensionem sanctę Romanę ecclesię querimus eosdemque permissu Dei ad maiores[e] excelsioresque[f] gradus modis omnibus salvo nostro honore promovere nichilominus desideramus[g]. Quapropter monentes hortamur, ut tanto labori faveatis eiusque[h] perfectionem prisco vestro consilio perfruentes certis litteris per singula nobis et illis sine mora intimare minime differatis. Ceterum rogamus, ut Iohanni archiepiscopo Ravennati[5] mittatis epistolas ex nostra parte[i] consolatorias, incitantes, ut pro nobis orationes faciat et contra Dei inimicos se prępararek[k] nequaquam formidet et nostris fidelibus Rome legatos consolando transmittat. Et vos, si fas est aut michi apud vos est impetrandi facultas, Leoni episcopo[6], misso et apocrisiario nostro, et Petro superiste[l]**[7] ceterisque fidelibus litteras vestras mittite, confortantes ipsos, ut scitis et vultis.

95.

Iohannes VIII. papa Ravennates de morte (Iohannis) antistitis consolatur, de successore unanimiter electo (Romano) congratulatur; praecipit de rebus ecclesiae et Deusdedit ac Iohannis ducum usque ad adventum suum defendendis. *878 (Nov.—Dec.)*[8]

Cod.: R f. 47 n. 93.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 512 n. 304. Mansi Conc. coll. XVII, 222 n. 304. Migne Patr. lat. CXXVI, 812 n. 177. — Jaffé Reg. 3212 (2426), Kehr Italia pontificia V, 91 n. 26.

SACERDOTIBUS ET SENATUI POPULOQUE RAVENNATI FIDELIBUS NOSTRIS.

Ravennatis antistitis, vestri videlicet patris[9], obitum audientes valde dolemus, pro quo, ut oretis, hortamur; solitam vero tantamque[a] fidelitatem vestram erga nos unitate

*) *In marg. add.* R. *man. correctoris R.*

**) *In marg. add.* R. *man. correctoris R; cf. NA. XXXVI, 89 annot. 1.*

94. a) adhaurivimus *R; cf. p. 103 l. 23:* harum reclamationes . . . . regia dignitas hauriat. b) hamemus *R.* c) quoniam (qm̄) *R.* d) nup *R.* e) *corr. ex* maiore *al. man. R.* f) -que *corr. ex* -qui *R.* g) -mus *add. supra lineam al. man. R.* h) cuiusque *R.* i) *add. supra lineam al. man. R.* k) -re *in ras. R.* l) super iste *R,* super ista *Edd.*

95. a) -tam- *in ras. R.*

1) *Cf. de hac epistola Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 345.* 2) in die sancto pentecostes *(= d. 11. Mai.), teste Hincmaro in Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 140).* 3) *De quo cf. n. 1.* 4) *Filiam Ludovici II. imperatoris, uxorem Bosonis († 885).* 5) *De quo cf. nn. 49, 73.* 6) *Gabinensi, ut videtur, cf. n. 4, p. 3 annot. 6.* 7) *Qui etiam in n. 287 occurrit. Perperam Dümmler l. l. III², 91 eum episcopum appellat, de sincera lectione codicis (cf. annot. l) hic nescius.* 8) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 150 annot. 1 et n. 131.* 9) *Iohannis X. archiepiscopi, † 878 c. Sept.—Oct., cf. Amadesi In antistitum Ravenn. chronotaxin etc. disquisitiones II (1783) p. 48.*

vigere cernentes immo gaudemus et, ut Omnipotens intercessione apostolorum principum vos patre desiderato recuperet, vestro pro velle decertabimus. Ceterum monentes hortamur[a] et expresse iubemus, ut iam, quia unanimiter[b], quem[c] scripsistis[1], episcopum elegistis, unanimiter[c] eum electum tenete, diligite et vestro de more honorate et, usquequo Deo annuente presentia pontificii nostri desiderio vestro illuxerit, Ravennatem ecclesiam ab omnibus hostibus defendite conpatriotasque a[d] depredationibus pro posse levate, ne ipsa ecclesia aliquam depredationem sustineat, quoniam nos hoc inultum numquam dimittemus[e] et predatores predatorumque receptores legali vigore modis omnibus feriemus. Porro precipimus, ut res[f] mobiles[g] et immobiles[h] seseque moventes Deusdedit et Iohannis gloriosorum ducum[2], nostrorum consiliariorum, salvate et [in][i] illas, quas hactenus invasas habuerunt, ne[k] ullam invasionem faciant[l], illorum hominibus defendite; nam[m] quia nostro utuntur servitio, nostra modis omnibus debent[n] perfrui defensione. Servatori huius iussus gratia, corruptori[o] pro iussu erit nichilominus compositio[p].

96.

Iohannes VIII. papa Anspertum archiepiscopum Mediolanensem ad synodum universalem in Francia pro angustiis ecclesiae Romanae et praecipue Lamberti et Adelberti marchionum invasione celebrandam citat. *(Ianuae) 878 (Mai. in.)*

Cod.: R *f. 47' n. 91.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 358 n. 82. Mansi Conc. coll. XVII, 71 n. 83 [l. 82]. Migne Patr. lat. CXXVI, 771 n. 118. — Jaffé Reg. 3140 (2367).

ANSPERTO[a] VENERABILI ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Pro innumeris igitur et multiplicibus oppressionum angustiis totius sancte ecclesie in orbe terrarum diffuse synodum universalem Christo opitulante in Francia, quia in Italia persecutione malorum crassante (Petrum[b] presbyterum cardinis nostri, quem ad Karolummannum[c] regem[d] dirigimus[3] fraternitati vestre plurimum commendamus)[b] minime potuimus, sumus celebraturi, ad quam[e] fraternitatem vestram quantocius omni mora postposita occurrere ammonemus cum cunctis coepiscopis ac suffraganeis vestris, exceptis his, quos sacri canones[4] pro incommodis casis[f] stare patiuntur, quoniam in ea Christo cooperante omnium ecclesiarum speramus erigi statum atque vigorem. Hoc iterum iterum[que][g] monemus, hortamur expresseque mandamus, ut nulla vos[h] mora nullusque optentus prepediat, donec nobis vestrum[i] adventum in presentia prebeatis*, (id[k] est Lamberti perfidi Spolitani ducis, Uuidonis filii, eiusque complicis[l] Adelberti marcionis

---

*) *In marg. add.:* Hic deest quid *man. correctoris, cf. NA. XXXVI, 89; priores editiones suppleverunt:* ut causam communis hostis una mecum iudicetis. *Sed cf. p. 91 annot. g.*

a) ortamur *corr. ex* ortamus *R.* b) *corr. ex* unianimiter *R.* c) quo scipsistis eum elegistis nimiter, sci- *et* ni- *in ras. R.* d) a conpatri actisque *R.* e) demitemus *R.* f) tres *R.* g) mouiles *R.* h) b *corr. in* v *R.* i) *om. R.* k) nullam *R.* l) facientes *R.* m) iam *R.* n) debet *R.* o) corruptoris *R.* p) compositi *R.*

96. a) ASPERTO *R.* b) *hanc sententiam, quam uncis inclusimus, ex margine, ubi in minuta, quam descripsit registrator — aut in registro, quod descripsit noster — scripta fuisse videtur, in ipsam epistolam interrupto contextu introductam esse manifestum est. Cf. supra n. 89 p. 86 annot. a, Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' p. 12, NA. XXXVI, 111 annot. 1.* c) Karolum mannum *R.* d) *corr. ex* rege *al. man. R.* e) *corr. ex* quem *R.* f) causis *R.* g) *om. R.* h) *corr. ex* vobis *R.* i) *corr. ex* vestram *R.* k) *cf. p. 91 annot. g.* l) complicibus *R.*

1) *Romanum, 878—88; sed litterae Ravennatium non exstant.* 2) *Ravennatium.* 3) *Latorem epistolae n. 89, quacum nostra quoque epistola delata est, cf. p. 86 annot. 1.* 4) *Dionysii Cod. can. synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 76 (ed. Migne LXVII, 205) = Conc. Carthag. VI a. 401 can. 11.*

vel, ut[a] melius, patrie[b] proditoris, qui clandestina[c] fraude pacifice venire se simulans, in dolo ad portam Urbis custodes[d] deputans sacramque civitatem tyrannus invasit nosque[e] cum fidelibus nostris intra ecclesiam beati Petri apostolorum principis inaudito atque horrende coartare inter cetera mala[f])[g].

DATA UT SUPRA.

97.

Iohannes VIII. papa Rostagno Arelatensi et Sigebodo Narbonensi archiepiscopis causam Walefredi Ucceticensis contra Ratfredum Avinionensem episcopum diffiniendam tradit. (Trecis) 878 (Sept.)

Cod.: R f. 47' n. 95.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 386 n. 122 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 488 n. 45. Mans Conc. coll. XVII, 94 n. 122. Migne Patr. lat. CXXVI, 802 n. 160. — Jaffé Reg. 3190 (2408).

ROSTAGNO VENERABILI ARCHIEPISCOPO ARELATENSI[1] ET SITHEBOODO NARBONENSI[2].

Sanctitati vestrę notum est, qualiter Uualefredus Uceticensis ecclesię episcopus[3] ad synodum, quam Deo auctore apud Trecas celebravimus[4], reclamationis libellum optulit[5] super Rattefredo Avinioniense episcopo[6], quod ei quandam villam ad suam sedem sive parroechiam pertinentem abstulisset[a]. Sed quia Rattefredus, de quo quęrella[b] erat, synodo defuit, idcirco fraternitati vestrę apostolica auctoritate mandamus, ut coadunato numero episcoporum eorum causam canonico iudicio finiatis, ita discutiendo et determinando tante pręsumptionis invasionem, ut nemo episcoporum vestrorum contra[c] canonica pręcepta ulterius insurgere sine suo periculo temptet. Vos quoque pręsentaliter cum vestris istud determinate iudicium. Capitula quędam vobis patrum auctoritate collecta mandamus[7], secundum quę iudicare absque dilatione debeatis, ne querendo assumatis laborem pro tali negotio. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere.

98.

Iohannes VIII. papa Hugonem Lotharii (II.) regis illegitimum filium et Emmenonem Bernardi comitis (marchionis Gothiae) fratrem ob infidelitatem erga Ludovicum (Balbum) regem excommunicandos comminatur. (Trecis) 878 (Sept. 10.)[8]

Cod.: R f. 48 n. 96.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 387 n. 127 [l. 123] = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 488 s. n. Mansi Conc. coll. XVII, 94 n. 123. Migne Patr. lat. CXXVI, 799 n. 154. — Jaffé Reg. 3184 (2402).

Hugonem Hlotharii regis[9] quondam filium non legitimum[a], sed naturalem, adulterina copula genitum[10], qui post pręstitum sacramentum dilecto filio Hludouuico[11] regi

---

a) velut *R.* b) patre *R.* c) clan- *corr. ex* clam- *R.* d) costodes *R.* e) *corr. ex* vosque *R.* f) *hic excidit* conatus est, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.* g) *etiam haec sententia uncis inclusa, sicut prior (cf. p. 90 l. 23—24), falso, ut patet, loco ex margine a registratore inserta est. Ad sinceram epistolae lectionem venimus, si locos ambarum mutamus, priorem in fine epistolae, hanc vero post verba* persecutione malorum crassante *collocantes, quibus ad dilucidationem addita esse videtur.*

97. a) *corr. ex* abstulissent *al. man. R.* b) quęlla *R.* c) i *del. ante* contra *R.*

98. a) -ti- *corr. ex* n *R.*

1) *Hodie 'Arles', 871—913.* 2) *Hodie 'Narbonne', 873—85.* 3) *Hodie 'Uzès', 857—79.* 4) *Mense Augusto, v. supra nn. 90, 91, unde nostra epistola ad m. Sept. referenda est, cf. NA. XXXVI, 149 annot. 5.* 5) *Cf. acta syn. Trecen. act. 3 (Mansi XVII, 347):* Posthaec libelli porrecti sunt summo pontifici et sanctae synodo, quorum .... alter vero super Rotfredo Avenionensi episcopo .... Rotfredus ibidem non est inventus. 6) *Hodie 'Avignon', c. 878—c. 905.* 7) *Collectionem quandam canonum, nescimus qualem, indicare videtur.* 8) *Cf. p. 92 annot. 3.* 9) *II, 855—69.* 10) *Filium Waldradae.* 11) *Balbo.*

Francorum mentitus esse videtur et inquietare pacificum regnum predicti regis, et Emmonem[1], Bernardi comitis[2] germanum, complicem in excessibus, nisi intra dies triginta ad predictum seniorem suum redierint et ab inquietudine regni resipuerint, omni Christiana communione privamus[3]. Postmodum, si perseverarint[a], sciant se anathematis vinculis innodandos.

DATA UT SUPRA.

99.

Iohannes VIII. papa omnibus episcopis Galliarum Rostagnum archiepiscopum Arelatensem vicarium apostolicum in regno Galliarum constitutum nuntiat, verbotenus repetens tenorem privilegii Gregorii I. universis episcopis Galliarum directi a. 595 Aug. 12.

878 (Mai.)

Cod.: R f. 48 n. 97.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 370 n. 95 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 467 n. 27. Mansi Conc. coll. XVII, 82 n. 95. Migne Patr. lat. CXXVI, 777 n. 124. — Jaffé Reg. 3149 (2372).

OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS EPISCOPIS ET FRATRIBUS PER GALLIAS CONSTITUTIS.

Ad[4] hoc divinę dispensationis provisio gradus et diversos constituit ordines esse[a] distinctos[b], ut, dum reverentiam minores potioribus exhiberent[c] et potiores minoribus dilectionem[d] impenderent, una concordię fieret a diversitate contextio et recte officiorum gereretur[e] administratio singulorum; neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi[f] magnus eam[g] differentię ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque equalitate gubernari[h] vel vivere non potest, cęlestium militiarum exempla nos instruunt, quia, dum sint[i] angeli, sint[i] archangeli, liquet, quia non ęquales sunt, sed in potestate et ordine, sicut nostis, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat, huic se libenter dispositioni submittere, cui novit etiam angelos obędire? Hinc etenim pax et[k] caritas mutua se vice complectitur et manet firma concordię in alterna et Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque tunc salubriter completur[l] officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri, prepositus, idcirco oportunum esse perspeximus[m] nostras[n] in ecclesiis, quę sub regno Galliarum [sunt][o], secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Rostanno Arelatensis civitatis episcopo[5] vices nostras tribuere, quatinus et catholicę fidei integritas, id est sanctarum quatuor synodorum Deo protegente sollicita devotione servetur, et, si inter fratres consacerdotesque nostros aliqua evenerit forte contentio, auctoritatis suę vigore, vicibus nempe sedis apostolicę functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus, ut, si quarundam causarum tale[p] fuerit certamen exortum, in quo aliorum pręsentia opus sit, congregatis sibi numero competenti fratribus et coepiscopis nostris salubriter servata hoc ęquitate discutiat et canonica auctoritate definiat. Si quam vero contentionem, quod longe faciat divina potentia, de fidei causa evenire contigerit aut negotium emerserit, cuius vehemens sit fortasse dubietas et pro sui magnitudine iudicio apostolicę sedis indigeat, examinata[q] diligentius veritate relatione sua ad

a) -ra- *supra lineam add. al. man. R.*

99. a) a se *R, cancell. al. man.* b) o *corr. ex* u *R.* c) b *corr. ex* u *al. man. R.* d) diligentiam *R.* e) -ur *add. al. man. R.* f) m *in ras. R.* g) ea *R.* h) *corr. ex* gubernavit *al. man. R.* i) *corr. ex* sine *R.* k) *corr. ex* etenim *al. man. R.* l) r *corr. ex* m *al. man. R.* m) persp- *in ras. R.* n) *sic R.* o) *om. R.* p) cale *R, quod del. al. man. R.* q) *primum* a *supra lineam add. al. man. R.*

1) *Cf. supra n. 11.* 2) *Marchionis Gothiae cf. nn. 119, 135, 142, 149, 155.* 3) *Quod IV. id. Sept. factum est, teste Hincmaro in Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 144).* 4) *Cf. Gregorii I. Reg. lib. V ep. 59 [V, 54; IV, 52], ed. MG. Epp. I, 371, Jaffé Reg. 1375 (1005). — Noster sequitur textum Registri q. v. Hadriani (v. l. l. praef. p. VIII) et quidem in omnibus plane cum cod. r 1 (Paris. lat. 2279, olim s. Martialis Lemovicensis, s. X, cf. ibid. p. XII) consonat. — De vicariatu apostolico Arelatensis archiepiscopi novissimus egit Schmitz in 'Hist. Jahrbuch d. Görresges.' XII (1891).* 5) *A. 871—913.*

nostram studeat perducere notionem, quatinus a nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari. Cui[a] etiam iniunximus, ut nullum archiepiscopum in his partibus sine pallio a Romano pontifice directo[b] consecrationem facere permittat[c] et facientes nostra auctoritate arguat[d] [1]. Et quoniam necesse est, ut ad eum, cui nostras vices indulsimus, quotiens oportere perspexerit[e], pro facienda collatione aptis debeant episcopi temporibus convenire, hortamur, ut nullus mandatis eius inobędiens esse pręsumat nec communi congregationi interesse postponat, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse vetuerit, aut cuiusdam eum cause iustę excusatio minime venire permiserit. Hi tamen, qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodum convenire, loco suo presbyterum aut diaconem dirigant, quatinus, quę a nostro vicario Deo auxiliante fuerint definita, ad eum, qui absens est, per ipsum, quem miserit, fida relatione perveniant[f], ut inconvulsa firmitate serventur et nullius ea audeat occasionis excusatio violare. Hoc etiam vos pariter pręvidimus admonendos, ut nullus vestrum ad longinquiora loca sine pręfati fratris et coepiscopi nostri Rostagni[g] auctoritate temptet aliquo modo proficisci, scientes, quia et predecessorum nostrorum, qui vices suas eius prędecessoribus concesserunt, sic procul dubio mandata definiunt. Hortamur pręterea, ut de officio suo sit quisque vestrum sollicitus et, qui promissam cupit[h] mercedem portionis accipere, commissum sibi gregem sollicitudine et oratione custodiat, ne lupus insidians oves creditas invadendo dilaniet et sit in retributione pęna pro munere. Optamus igitur, fratres carissimi, et totis omnipotentem Dominum pręcibus exoramus, ut dilectionem vestram bona[i] amoris sui constantia faciat magis magisque fervescere atque in pace ecclesię et una vos concedat[k] manere concordia. Nuntiatum vero nobis est, quia per symoniacam heresem ad sacros ordines[l] quidam[l] adducuntur, et hoc suprascripto[m] fratri et coepiscopo nostro Rosdagno per omnia prohibendum mandavimus; quod ut[n] fraternitas[o] vestra cognoscat et studiose custodiat, ipsa vobis est epistola relegenda.

DATA UT SUPRA.

100.

Iohannes VIII. papa Pictaviensis ecclesiae possessiones ab omni infestatione liberas Hecfrido episcopo habendas sub apostolica tuitione confirmat. Trecis 878 Aug. 30.

Cod.: R f. 49 n. 98.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 379 n. 111 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 481 n. 41, in actis synodi Trecensis n. 8 = Mansi Conc. coll. XVII, 351 n. 8 (cf. p. 90 n. 111). Migne Patr. lat. CXXVI, 796 n. 151. — Jaffé Reg. 3181 (2399).

OMNIBUS FIDELIBUS SANCTAE DEI ECCLESIĘ, PRĘSENTIBUS SCILICET ATQUE FUTURIS.

[D]ivino[a] quia Romanum pontificium largitu enitet universis, illud luce clarius constat largita defendenda[b] cunctis, quoniam indubitati iuris est semel concessa perenni cultu fore tenenda. Ceterum omnium religiositas orthodoxorumque pernoscat fidelitas, quod, [sicut][c] relatu quorundam didicimus, Pictavensis[2] quidem ecclesia, quam diutinus paganorum hostis persequitur, multa Christianorum iniquorum incommoda patitur, quibus pressuris nos convenit perdolere eandemque nichilominus tanto fasce levare. Quapropter precipimus apostolicaque auctoritate expresse iubemus, quod[d] nemo vestrum tam sacerdotali ordine perfruens quamque militare officium tenens ipsius ecclesię Pictavensis

---

a) *corr. ex* Qui *al. man. R.* b) *postea add. in spatio relicto al. man. R; cf. NA. XXXVI, 93 annot. 1.* c) permitat *R.* d) r *in ras. R.* e) t *in ras. R.* f) perveniat *R.* g) Rostagno *R.* h) *corr. ex* cum | prę *al. man. R.* i) *corr. ex* boni *al. man. R.* k) *corr. ex* concedatat *R.* l) *postea add. in spatio relicto al. man. R; cf. NA. XXXVI, 93 annot. 1.* m) suprascō *R.* n) *in ras. al. man. R.* o) *corr. ex* fraternitatis *R.*

100. a) Immo *R.* b) defendent *R.* c) *om. R.* d) quo *R.*

1) *Cf. n. 120 et v. Hacke 'Die Palliumverleihungen bis 1143 (Göttingen' 1898) p. 109 sq.* 2) *Hodie 'Poitiers'.*

aliquam ecclesiam aliquodque monasterium vel prędia ipsi quoquo modo pertinentia invadere pręsumat[a] ullosque colonos[b] servos ancillasvę[c] contra sui episcopi velle tollere audeat. Sed liceat ipsius ecclesię Hegfrido videlicet episcopo[1] suisque successoribus illa, quę sui antecessores legitimo tramite canonicę auctoritatis habuerunt, sub nostra tuitione habere et, ut possiderunt, possidere et, ut ordinaverunt, suo arbitrio ordinare cum consulto consensuque suę ecclesię canonicorum, ut prisca consuetudo dinoscitur, sine vestro vestrorumque obstaculo omnium hactenus talia pręsumentium. Inter hęc volumus quasquas causas predicto Egfrido[d] episcopo undeunde iniectas[e] nostre[f] pręsentie[f] adducendas. Si quis vero sacerdotum iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostrę paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis[g] honorisvę[h] dignitate percussus apostolico anathemate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi vel ea, quę[i] ab illo sunt male ablata restituerit[k] vel pręsumpta correxerit vel digna penitentia illicita acta defleverit, a sacratissimo corpore Dei domini ac redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat. Cunctis autem eidem prefatę ecclesię iura[l] servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone operationis recipiant[m], et apud summum arbitrem pręmia ęternę pacis inveniant.

DATA III. KALENDAS SEPTEMBRIS, INDICTIONE XI., DE TRECAS CIVITAS.

101.

Hincmarus quondam Laudunensis episcopus in synodo Trecensi ad Iohannem VIII. papam reclamationis scriptum dirigit, in quo de depositione sua Duciaci (a. 871) facta et custodia per duos annos protracta agit. *(Trecis) 878 (Aug.)*

Cod.: R f. 49' n. 99.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 380 s. n. Sirmond Conc. ant. Galliae III, 482 in actis synodi Trecensis n. 9 = Mansi Conc. coll. XVII, 352 n. 9 (cf. p. 90). Migne Patr. lat. CXXIV, 1071.

RECLAMATIO ET PROCLAMATIO HINCMARI, QUI CONDAM PREERAM[a] ECCLESIĘ LAUDUNENSI[2].

Domne et summe pater patrum et rector pontificum, Iohannis nomine et meritis vocate, audi vocem proclamationis meę et exaudi vocem deprecationis meę, compassus cause calamitatis meę. A Remorum archiepiscopo[3] ad synodum sum vocatus ad Duciacum villam[4], quam constituit ebdomada prima mensis Augusti[5], et monuit me de certis causis paratum esse ibidem, ut responderem. Ad quam cum festinassem, violentia hostili in medio itinere segregatus sum ab ovibus meis, privatus sum et spoliatus[b] omnibus rebus[b] meis, perductus sum ab eisdem hostibus usque ad prefatam villam. In qua cum consisterem, iam stabat rex Karolus[6] ante ipsum archiepiscopum meum, tenens in manu scripturam, reputans me esse periurum, quia Romam sine sua voluntate miserim, et imputans, quod eum accusaverim. Ad quę[c] idem archiepiscopus[d] me respondere iussit. Cui ego respondi: pro his, de quibus me admonuerat in eadem synodo esse paratum,

cf. Ps. 27, 6.

---

a) prę summat *R.* b) ulloque colonus *R.* c) *corr. ex* ancilla suę *R.* d) eifrido *R.* e) inestas *R.* f) nostra pręsentia *R.* g) potestas *R.* h) honori suę *R.* i) *corr. ex* eaq; *R.* k) -ti- *corr. ex* u *R.* l) iusta *R.* m) recipiat *R.*

101. a) -M *corr. in* t *al. man. R.* b) -tus—rebu- *in ras. R.* c) -d quę *in ras. al. man. R.* d) -pus *corr. ex* -pum *al. man. R.*

1) *Cf. n. 93, p. 88 annot. 3.* 2) *Hodie 'Laon'. Hincmarus, filius sororis Hincmari Remensis archiepiscopi, a. 858 episcopus factus, in synodo apud Duciacum a. 871 habita ob manifestam proditionem depositus erat. De vera causae eius ratione, quam in nostro libello ad suum favorem vertere conatur, cf. Dümmler l. l. II², 323 sq., de successu huius proclamationis cf. ibid. III², 87. Cf. etiam Schrörs 'Hinkmar von Rheims (Freiburg i. B.' 1884) p. 424.* 3) *Hincmaro, 845—82.* 4) *Hodie 'Douzy' prope Sedanum.* 5) *A. 871.* 6) *Calvus.*

ut responderem, paratus eram scriptis respondere. Quę scripta prę manibus tenui, sed ipse non permisit, ut synodus scripta mea susciperet, quia sibi dari iubebat; sed ego suspecto dare nolebam. De clerico autem meo nomine Berthario, quem subito requisivit[a], sed requisitus non affuit, respondi, quia ipsi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi essent, si eis venisse licuisset. Sed idem archiepiscopus de his nichil me postea appellavit, sed ad accusationem regis me respondere iterum atque iterum pręcipiebat. Et ego reclamavi, quia non docebat canonica auctoritas nudatum et suis rebus spoliatum insuper et ab hostibus detentum respondere ullatenus debere; sed et addidi, quia non solum suspectum, sed manifestissime illum infestum habebam, unde et apostolicam sedem appellavi pro amore Dei et honore sancti Petri tam de ipsa accusatione regis, quam de pręiudicio, quod ab ipso patiebar archiepiscopo. Legi manibus tenens auctoritates Iulii papę [1] et Felicis papę [2], videlicet ea, quę[b] ipsi in eis pręfigunt[c] de appellationibus episcoporum, quę mihi servari appellando sedem apostolicam prostrato corpore expetii. Sed nichil horum mea petitio optinuit, sed neque litterę apostolicę, quas mihi pręsentialiter dederat, quoniam me vocabant, ut procrastinando venire non differrem[d], si status mei iacturam sustinere non vellem, quicquam prevaluerunt. Iudicium pręfatus archiepiscopus super me imposuit, ut ab episcopali removendus essem officio, sed alii gemebant flebantque, inter quos nullum merebar[e] pati inimicum; scripta quidem ab eodem archiepiscopo ipsis imposita manibus tenentes, sed ore[f] proferre nolentes, inviti vix verba friguciebant, aditum tamen ad sedem apostolicam minime sperantes michi post denegari; unde salvo per omnia sedis apostolicę iudicio ipsi finem lectionis terminaverunt. Post hęc transmissus sum in exilium, in quo per duos annos sanus, sed aliquanto tempore ferro vinctus custoditus sum. Duobus annis ferme peractis insuper cęcatus sum et usque modo retentus. Ad vos et ad vestrę piissimę serenitatis pręsentiam, mox ut venire dimissus potui, pronus accessi. Nunc autem vestram clementiam suppliciter exoro, a vestra summa paternitate[g] parari de me ęquitatis iudicium, cui secundum canonicam institutionem et decreta Romanorum pontificum reservatus et reservandus sum et fueram. Quod ob amorem Dei et venerationem sancti Petri apud vestrę paternitatis pietatem optinere efflagito[h] tum[i] pro multitudine miserię meę, tum pro magnitudine pietatis vestrę, quę accendatur clementissimi redemptoris amore, qui me proprio adquisivit sanguine[k] et qualemcumque sancto suo sacravit munere.

102.

Iohannes VIII. papa Ludovico (Balbo) regi gratias agit de praestito sibi Bosonis comitis usque Papiam conductu; Agilmarum episcopum (Arvernorum), latorem praesentium, commendat, reliquos episcopos quantocius Romam venire iubet. (Papiae) 878 (Dec.) [3]

Cod.: R f. 50 n. 100.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 388 n. 125 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 489 n. 47. Mansi Conc. coll. XVII, 95 n. 125. Migne Patr. lat. CXXVI, 810 n. 173. — Jaffé Reg. 3208 (2422).

DILECTISSIMO FILIO HLUDOUUICO [4] GLORIOSISSIMO REGI, DIVAE MEMORIAE KAROLI IMPERATORIS FILIO.

Quanto vos amore diligimus quantumque karitatis affectum erga vos tenemus, paucis explicare verbis minimę possumus. Hoc tamen gloriam excellentię vestrę scire

a) requiuit *postea add. in spatio relicto, minio script. R; cf. NA. XXXVI, 87 annot. 4.* b) q̄d *R.* c) pręfigigunt *R.* d) differem *R.* e) merebat, b *in ras. R.* f) hore *R.* g) paternitatis *R.* h) a *in ras. al. man. R.* i) *corr. ex* cum *al. man. R.* k) *corr. ex* sanguinem *R.*

1) *I. (337—52), Decr. Ps.-Isid. ed. Hinschius p. 464, Jaffé Reg. †195 (CXXXIX).* 2) *I. (269—74), Decr. Ps.-Isid. ed. Hinschius p. 197, Jaffé Reg. †142 (C).* 3) *Cf. p. 96 annot. 2.* 4) *Balbo.*

cupimus, quod[a] devotionem ardoremque karitatis[b], sicut polliciti sumus, erga vos indeficientem[c] perpetuo retinemus. Interea millenas serenitati vestrę de Bosone[1] dilecto et communi filio ac fidele gratias referimus, qui tam prudenter communibus obtemperans iussis parere in omnibus ita nobis[d] studuit, ut etiam velut vere Christianę religionis cultor
cf. 1. Macc. 13, 5. animę et vitę suę non pepercerit, sed pro sanctę ecclesię et communi fidelitate ultro se morti tradere non[e] dubitavit[f] et usque Ticinum[2] annuente Deo securius nos perduxit. Quapropter, dilectissime fili ac porfiretice[g] rex, obsecramus excellentię vestrę culmen, ut, si res[h] exegerit[i], sicut nobis vestra dignata est repromittere sublimitas, ei adiutorium ad debellandos hostes nostros virorum bellatorum[k] amminiculum prębeatis, quoniam dignum est, ut soli omnes adiutorium prębeant, qui solus pro cunctis desudare non cessat. Pręsentem itaque huius latorem epistole, Egilmarum venerabilem episcopum[3], excellentię vestrę plurimum commendamus, quatinus idem suaque ecclesia crescat augmento profectionis[l], qui in omnibus oportunitatibus nostris nulli secundus extitit[m], et vobis fidelissimum in cunctis verissime, quę noverit[n], comprobavimus[o]. Inter hęc episcopos, quos serenitas vestra in nostrum iussit venire adiutorium, sciat pręter Agilmarum nullum venisse. Quapropter[p] regalis censura culminis vestri sua auctoritate[q] compellat eos quantotius hostiliter[r] Romam venire, ut de cetero discant apostolico culmini et regali excellentię congruenter prębere obędientiam.

103.

Iohannes VIII. papa Anspertum Mediolanensem archiepiscopum tertio iam commonitum proxima quinta feria (Dec. 4? 11?) cum confratribus Papiam venire iubet.
(Papiae) 878 (Dec.)

Cod.: R f. 50' n. 101.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 389 n. 126. Mansi Conc. coll. XVII, 96 n. 126. Migne Patr. lat. CXXVI, 808 n. 171. — Jaffé Reg. 3209 (2420).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI ANSBERTO VENERABILI ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Quantum benigna fraternitas vestra sanctę sedi[a] apostolicę concurrere ac concordare[b] debeat[c], prędecessor noster beatus Gelasius papa ad episcopos parvipendentes[d] vexationem fratrum[4] his verbis comminando scribit, dicens[5]: Cur non conpassi estis tantis fratribus vestris? Cur non adistis imperatorem[e]? Cur non posuistis animam pro confratribus, quam
cf. Io. 10, 11. cf. Ezech. 13, 5. pręceptum habetis ponere pro grege vobis commisso[f]? Cur non posuistis vos pro domo

---

102. a) *corr. ex* quo *R.* b) -ta- *add. supra lineam al. man. R.* c) -m *add. al. man. R.* d) i *ante* nobis *del. R.* e) *corr. ex* traderem *R.* f) v *corr. ex* b *al. man. R.* g) r *corr. ex* c *R.* h) *corr. ex* rex *al. man. R.* i) exigerit *R.* k) bellatarum *R.* l) -que *in fine del. al. man. R.* m) *in ras. R.* n) quę n. *corr. ex* cognoverit *al. man. R.* o) v *corr. ex* b *al. man. R.* p) a *corr. ex* ę *al. man. R.* q) actoritate, -ri- *in ras. al. man. R.* r) *cf. Dümmler l. l. III², 91 annot. 2.*

103. a) *corr. ex* sedis *R.* b) ac concord- *in ras. R.* c) *corr. ex* debeant *R.* d) *corr. ex* parvipendens *R.* e) *corr. ex* imperatores *R.* f) *corr. ex* commissum *al. man. R.*

1) *Comite Provinciae, qui papam e Francia armata manu usque Papiam conduxerat (cf. nn. 108, 121, 122), sed tunc, licet papa maiora de eo exspectaverit (cf. n. 110), in Franciam rediit. Cf. Dümmler l. l. III², 91.* 2) *Hodie 'Pavia', ubi die 2. m. Decembris a Taurino veniens, synodum celebrare sibi proposuerat, cf. n. 146.* 3) *Arvernorum, hodie 'Clermont-Ferrand', c. 876—91, qui etiam synodo Trecensi adfuerat, cf. Baluze Capitularia II, 275.* 4) *Cf. can. 4 syn. Trecen. a. 878 (Baluze Capitularia II², 273):* Ut episcopi nullo modo confratrum consacerdotumque suorum parvipendere audeant vexationes. *Cf. etiam n. 134 annot. 3.* 5) *Cf. epist. Gelasii ad orientales epp. a. 495, Ps.-Isid. Decr., ed. Hinschius p. 648, Jaffé Reg. 665 (399).*

Israhel murum, ut staretis in prelio in diem Domini? Quapropter tandem discussa neglegentia ad pristinum vos reformate certamen, fratribus auxilium concite adferendum. Hec[a] et horum similia vestram fraternitatem debuerant exempla provocare et nobis pro totius sanctę Dei ecclesię statu laborantibus non tantum invitati[b], sed etiam sponte concurrere debetis ac debuistis. Sed iam nunc post tertiam ammonitionem[1] nobis cum confratribus vestris et coepiscopis studete[c] Papiam hac quinta feria proxima[d] adveniente[2] occurrere[e], zelum[f] Dei atque dolorem audientes, quem pro vobis omnibus patior[f], [ut,][g] quid deinceps Deus omnipotens communi vestro consilio decreverit, facere valeamus. Nulla, frater karissimę, animo vestro dubietas insedeat, in mea fide et in meo sacerdotio credite. Nil contra vestram decentiam atque honorem vobis aliquatenus opponetur, quia, quod non optamus, si hęc parvipendere temptaveritis, post tantam patientiam canonica eritis . . .[h]

104.

Iohannes VIII. papa Frotharium Burdigalensem archiepiscopum ad synodum Tricassinam cum suffraganeis suis de excessibus examinandum venire iubet. *878 (Aug.)*

Cod.: R f. 51 n. 102.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 381 n. 112 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 483 n. 41, in actis synodi Trecensis n. 10 = Mansi Conc. coll. XVII, 353 n. 10 (cf. 90 n. 112). Migne Patr. lat. CXXVI, 791 n. 148. — Jaffé Reg. 3178 (2396).

FROTHERIO VENERABILI ARCHIEPISCOPO BURDEGALENSI[3].

Ad synodum igitur, quam Deo auctore apud Trecas celebramus, cum reliquis septem Galliarum provinciarum confratribus et coepiscopis fraternitatem tuam cum tuis suffraganeis[a] episcopis tam viva voce[4] quam litterali[5] ammonere, ut venires omni postposita occasione cuiuscumque occasionis, studuimus, fatemur, iam tertio, ut simul positi emergentium questiones causarum statutis canonicis demererentur et sacerdotum[b] Domini una concordia omnium fieret dilectionis; sed cur venire distuleris, moleste cuncti ferimus et valde miramur. Quapropter repulsa mora presentiam tuam cum predictis suffraganeis nobis et sanctę synodo citissime exhibe, sic tamen instructus, ut, cum de mutatione contra canones[6] sedium et de aliis excessibus, quibus, quod non optamus, patrum regulis feriri possis, impetitus fueris, causa iustitię intercedente inlesus et innocens recedere valeas. Hoc reverentię tuę consulentes damus consilium, ne absentiam tuam tibi aliquid putes prodesse, sed immo secundum patrum statuta[7] magis obesse[c].

---

a) his *R.* b) *corr. ex* invitant *R.* c) -te *in ras. al. man. R.* d) proximo *R.* e) *corr. ex* occurre *al. man. R.* f) zelum Dei, quem . . . patior atque dolorem audientes *R.* g) *om. R.* h) *deest* districtione puniendi *aut simile quid R; cf. NA. XXXVI, 125 annot. 3.*

104. a) suf- *in ras. R.* b) d *in ras. R.* c) obsesse *R.*

1) *Quarum una tantum exstat, cf. n. 108.* 2) *I. e. aut die 4. aut die 11. Decembris.* 3) *Hodie 'Bordeaux'. Qua de ecclesia Frotharius ipso Iohanne VIII. annuente (cf. nn. 9, 13, 14 et etiam inscriptionem ep. 93 eiusdem fere temporis ac nostra) ad Bituricensem transierat. Sed in synodo ex petitione Rostagni archiepiscopi Arelatensis contra migrationes episcoporum decretum est, cf. acta syn. actio II et V (Mansi XVII, 346. 347). Cf. Dümmler l. l. III², 85.* 4) *Frotharius igitur papae per Franciam proficiscenti alicubi occurrisse videtur, quod quidem tempore, quo epistola n. 127 de causa Burdigalensi scripta est, verisimiliter evenit.* 5) *Cf. n. 113.* 6) *Cf. can. apost. XIV (XIII) (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 804), c. 15 Nicaen. (Mansi II, 681).* 7) *Cf. Dionysii Cod. can. synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) can. 76 (ed. Migne LXVII, 205) = Conc. Carth. VI a. 401 c. 11.*

Privilegium atque scripturas de sedium mutatione, si qua a nobis vel prędecessoribus nostris habere[a] fatemini[1], vobiscum sine mora deferre studeas[b].

DATA UT SUPRA.

105.

Iohannes VIII. papa Hugonem abbatem (s. Germani Autissidoriensis) [et Iohannem Rothomagensem, Adelardum Turonensem, Frotharium Bituricensem archiepiscopos] cum Ludovico rege (Balbo) cito ad se properare pro operando communiter de totius ecclesiae exaltatione iubet. (Lugduni?) 878 (Mai. ex.—Iun. in.)

Cod.: R f. 51 n. 103.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 513 n. 305 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 519 n. 76. Mansi Conc. coll. XVII, 223 n. 305. Migne Patr. lat. CXXVI, 781 n. 130. — Jaffé Reg. 3156 (2379).

HUGONI STRENUO, NOBILI, REGALI PROSAPIA[a] EDITO ATQUE EXCELLENTISSIMO ABBATI[2].

Quanto vos, karissime fili, amore diligimus celeberrima fama vestri boni operis circumquaque accensi, explicare verbis nullatenus possumus. Quapropter, ut nostro desiderio presentię vestrę capiamus effectum, mature volumus, hortemini Hludouuicum regem filium nostrum vosque cum eo ad nos concite properare[3], quatinus Christo cooperante exaltationem totius Christianitatis communiter operemur. Sic agat vestra dilectio, ut tristitiam, quam animo de vestra absentia nuper Papia[4] intulistis, lenire moderatissime valeatis. Inter hęc ab omni te consortio Formosi[5] anathematizati[b] optamus, fili karissime, separare.

Iohannis[c] archiepiscopi[d] Rodonensis[6], Adelaldus Toronensis[7], Froteri Beduriensi[c 8].

DATA UT SUPRA.

106.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici gratias agit de sollicitudine erga ecclesiam, Petrum presbyterum cardinalem commendat. (Ianuae) 878 (Mai. in.)

Cod.: R f. 51' n. 104.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 359 n. 83. Mansi Conc. coll. XVII, 71 n. 83. Migne Patr. lat. CXXVI, 772 n. 119. — Jaffé Reg. 3141 (2368).

a) sit *post* habere *del. al. man. R.* b) *corr. ex* studeat *R.*

105. a) PROSAMNIAE, -NIAE *del. al. man. et nigro atramento superscr.* -PIA *R.* b) s *in fine del. R.* c) *tria haec archiepiscoporum nomina, ad quos similis tenoris epistola directa esse videtur, ex margine, ubi in registro vel iam in minuta minus lucide, ut videtur, scripta erant, in ipsam epistolam a scriptore vel iam a registratore introducta sunt R.* d) archiepis *R.*

1) *Frotharius habebat ep. n. 38, nec latuisse potest papam, qui duobus tantum annis ante tot in hac causa epistolas ediderat nn. 9, 13, 14; sed in ipsa synodo Rostagni canonicis obiectionibus (cf. p. 97 annot. 3) cessisse et hanc epistolam scripsisse videtur. Nihilominus Frotharius praeter hanc epistolam semper et antea et post Bituricensis archiepiscopus a papa appellatur (cf. nn. 105, 93) sedemque illam obtinuit.* 2) *Filio Konradi comitis fratris Iudithae imperatricis, qui plures, et praecipue s. Germani Autissidoriensis (a. 853) et s. Martini Turonensis (a. 866), abbatias regendas acceperat, in saecularibus quoque regni negotiis versatissimo.* 3) *Haec igitur epistola non iam statuto Trecis synodi loco (cf. n. 126, p. 113 annot. 4 et NA. XXXVI, 141 sq.) scripta est eodemque fere tempore, quo papa Lugduni moratus etiam ipsi Ludovico regi missos direxit, cf. Hincmari Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 140) et NA. XXXVI, 142.* 4) *Ubi papa autumno a. 877 cum Karolo Calvo imperatore convenerat, cf. Hincmari Ann. ad a. 877 (ed. Waitz p. 136).* 5) *Olim episcopi Portuensis, a. 876 in synodis Romana et Pontigonensi (cf. n. 73, p. 68 annot. 10) excommunicati. Quae sententia etiam in synodo Trecensi confirmata est (cf. acta ap. Mansi XVII, 349).* 6) *I. e. Rothomagensis, hodie 'Rouen', 876—88.* 7) *Hodie 'Tours', 875—c. 890.* 8) *I. e. Bituricensi, cf. supra annot. 1.*

DILECTISSIMĘ FILIĘ ANGELBERGĘ IMPERATRICI AUGUSTĘ.

Reminiscentes omnium bonorum vestrorum cotidie Deo nostro gratiarum actiones referimus, qui vestrum animum tanta sollicitudine circa devotionem ab exordio sanctę Romanę ecclesię spirituali flammę adustione percussit. Sed nunc, filia mea karissima et in Christo devota, quęso, vires sollicita ingenii acutissimi et in hoc inoportuno tempore solita bonitate concurre, quatinus[a] cęptum bonum usque ad consummationem operis perductum ęterni retributoris pręmia recipere valeat[b]. Latorem quoque presentium, Petrum cardinis nostri presbyterum[1], quęso, in omnibus habeas commendatum vestroque consilio prudentissimo iter illius solita pietate disponite, quatinus[c] Deo duce ad nos possit redire incolomis[d].

DATA UT SUPRA.

107.

Iohannes VIII. papa Karolo regi (filio Ludovici Germanici) de Lamberti et Adalberti marchionum infestationibus scribit, quibus impeditus sit, quominus ei litteras ex Urbe miserit; quattuor reges insimul (i. e. fratres eius et Ludovicum Balbum) ad communem, loco quo vellent, conventum venturos esse sperat. In emboli hortatur eum, ut Karolomannum fratrem ad amicitiam Romanae ecclesiae reducat. *878 (Mai.)*

Cod.: R f. 51' n. 105. 106.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 367 n. 90 et 513 n. 306 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 519 s. n. (sola embolis). Mansi Conc. coll. XVII, 79 n. 90 et 223 n. 306. Migne Patr. lat. CXXVI, 779 n. 125 et 958 n. 368. — Jaffé Reg. 3142 (2373) et 3143 (2374).

KAROLO GLORIOSO REGI DILECTO FILIO[2].

Igitur glorię vestrę litterarum[3] serie recepta et lecta, ut de more antecessorum, regum videlicet et imperatorum vestrorumque dumtaxat parentium, erga Romanam ecclesiam, cuius lac vestram prolem hactenus educaverit, in cunctis omnia vos desiderare et assequi novimus, paterno affectu gratias agimus et, qualiter scripsistis, immo tenemus. Ceterum pontificium nostrum vestra percunctari dilectio studuit, cur vobis non misimus, ob quid taliter venissemus: et vobis et fratribus vestris gloriosis regibus, antequam ex Urbe exiremus, mittere voluimus, sed officientibus Lamberto et Adelberto fautoribusque[a] eorum anathematizatis[4] mittere nequivimus[5]. Nec mirum, ut ipsi nobis viam sustulerint[b], cum et ipsius[c] beati Petri apostolorum principis ecclesiam, vestram denique matrem et omnium Dei ecclesiarum tutricem, armis triginta diebus[6] circumdatam tenere non formidaverint[d], ita ut nec ibi aliquam alicui lucernam illuminare nec laudes Deo conferre liceret, preter[e] postquam Urbem exivimus, fratribus vestris gloriosis regibus mittere sategimus[7], ut[f] vobis super talibus intimaremus, sed cum vos magis iuxta audimus[8], ita mittere cogitavimus[9]. Quo loco[g*] ab ipsis significatur, pro pacis et unitatis et[h] tran-

*) R *in marg. add. man. correctoris R.*

106. [a]) qatinus *R.* [b]) valeatis *R.* [c]) -ti- *corr. ex* n *R.* [d]) *corr. ex* incolomes *R.*

107. [a]) -que *in ras. al. man. R.* [b]) sustelerint *R.* [c]) ipsi *R.* [d]) -verit *in ras. al. man. R.* [e]) -er *corr. ex* -em *al. man. R.* [f]) et *R.* [g]) locum *R.* [h]) *om. hic R; sed cf. infra p. 100 annot. a.*

1) *Qui una cum hac etiam epistolas nn. 89 et 96 detulit, cf. p. 86 annot. 2.* 2) *De quo cf. n. 43, p. 41 annot. 1.* 3) *Quae non exstant.* 4) *De quorum oppressionibus cf. supra nn. 73 sq., 82 sq.* 5) *Cf. n. 87, p. 83 annot. 3.* 6) *Scil. per totum mensem Martium, cf. p. 68 annot. 8, p. 70 annot. 2.* 7) *Scil. Ianuae cf. nn. 88, 89.* 8) *Ubinam Karolus hoc tempore moratus sit, nescimus.* 9) *Paulo igitur post epistolas nn. 88, 89 et iam e Francia verisimiliter, sed ante condictum sibi a Ludovico rege locum synodo habendae Trecis (cf. n. 126, p. 113 annot. 4 et NA. XXXVI, 141 sq.), ut patet ex sequentibus verbis, papa hanc epistolam direxit, cf. NA XXXVI, 143 annot. 2.*

quillitatis omnium[a] Dei ecclesiarum negotio previo[b] venimus, quo vos quattuor reges unum legitimumque velle annuente[c] Deo nichilominus faciamus, ut psalmista cecinit: Ps. 132, 1. 'Ecce quam bonum et quam iocundum est habitare fratres in unum' et reliqua. Dehinc volumus, ut ita conventi nostras oppressiones[d] audire compatiamini. Quapropter, fili karissime, quoniam te valde illuxit . . .[e]

DATA[f] UT SUPRA[f].

EMBOLIM[1].

Iam quia[g] te, karissime fili, verę[h] devotionis tantęque fidelitatis erga vestrę matris Romanę ecclesię pontificium esse videmus, tamquam utero[i] natum[i]* monentes rogamus, flagitantes hortamur, ut pro amore apostolorum principum quasi[k] vestro proprio[l] consulto nec representaliter Karolomanno glorioso regi, quęso[m], mittatis, consilium dantes, ut antiquos[n] honorans amicos, Dei antiqua fruens karitate[n] ad parentium consilium redeat et de epistolis, quas illi ex maritimo itinere[o] remisimus[2], respondeat et Romanam ecclesiam, quę vobis vestrisque omnibus decus regale et imperiale intulit, venerando diligat, mittens pręsentaliter ipsis anathematizatis Lamberto et Adelberto[3].

DATA UT SUPRA.

108.

Iohannes VIII. papa Ansperto archiepiscopo Mediolanensi de itinere suo in Franciam peracto nuntiat; praecipit, ut una cum suffraganeis suis Papiae sibi die 2. Decembris occurrat. *878 (Nov. ex.)*[4]

Cod.: R f. 52 n. 107.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 389 n. 127. Mansi Conc. coll. XVII, 96 n. 127. Migne Patr. lat. CXXVI, 807 n. 168. — Jaffé Reg. 3204 (2417).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI ANSPERTO VENERABILI ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Quantum pro totius sanctę Dei ecclesię statu et pro cuncto grege Dominico, pro cf. Rom. 8, 32. quo omnipotens Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit 1. Io. 3, 16. illum, et Iohannes apostolus exhortans nos ait: 'Quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animam ponere', laborare ac vigilare semper debemus, omnium vestrum luce clarius[a] novit[b] pia fraternitas. Quapropter, quantum ex divina gratia in nobis fuit et est, ex quo nos superna miseratio suę ecclesię pręfecit, animę cf. 1. Macc. 13, 5. nostrę numquam pepercimus, numquam dura pericula declinavimus; sed die noctuque, ęstu et gelu exusti, ne quid captum a bestia aut dilaceratum Domino ostenderemus, marinos fluctus pertulimus pro omnium vestrum liberatione[c] atque salute; in Franciam quoque venientes et regum filios partim viva voce, partim epistolis atque legatis allocuti

---

*) R *in marg. add. man. correctoris R.*

a) est *add. R.* b) p̄mo *R.* c) nuente *R.* d) *corr. ex* oppressione *al. man. R.* e) *desunt ultima verba R; cf. NA. XXXVI, 125 annot. 3.* f) *sic R; cf. NA. XXXVI, 131.* g) quid *R.* h) urę̄ *R.* i) utrumna tum *R.* k) quę si *R.* l) propio *R.* m) quę *R.* n) antiq; tam̄ orans amicto de itaq; quo fruens karitate *R.* o) venire *R.*

108. a) -e clari- *in ras. R.* b) *corr. ex* novi *al. man. R.* c) *primum* i *in ras. R.*

1) *I. e. additamentum, quod perperam sicut propriam epistolam ediderunt priores.* 2) *Scil. n. 89 et priori epistola per Sabbatinum ep. Ianuensem delata, quae non exstat, cf. p. 86 annot. 1.* 3) *Qui Karolomanni iussu se egisse in oppressionibus papae iactaverant, cf. p. 70 annot. 4, p. 85 annot. 4.* 4) *Hanc epistolam eisdem fere diebus ac nn. 146, 147, Taurini, ubi die 24. Novembris advenerat (cf. n. 147), scriptam esse recte senserunt Jaffé et Ewald.*

sumus omnes, id est utrosque Hludouuicos[a], Karolomannum et Karolum[1], acceptoque communi consilio, uti Boso gloriosus princeps comes esset itineris nostri[2], donec Christo opem ferente revertemur ad Urbem. Et quia de statu sanctę ecclesię sunt, quę communiter tractare debemus, tuę sanctitati apostolica auctoritate mandamus cum cunctis suffraganeis tuis et coepiscopis nobis Papiam secunda die post festum sancti Andreę[3] occurrere. Et quoniam probata fides omnium prędecessorum tuorum semper fuit erga Romanum pontificem, tua fraternitas omnimodis studeat eorum in omnibus assequi vestigia, quia, quod absit, si aliter fuerit, vigor canonicus super inobędientes remanere non poterit.

DATA UT SUPRA.

109.

Iohannes VIII. papa Berengario comiti (Foroiuliensi) ac omnibus optimatibus regni Langobardorum nuntiat de itinere suo in Franciam peracto et de adventu Papiae; iterum iterumque hortatur, ut ad synodum veniant. *(Papiae) 878 (Dec.)*

Cod.: R f. 52' n. 108.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 390 n. 128. Mansi Conc. coll. XVII, 97 n. 128. Migne Patr. lat. CXXVI, 809 n. 172. — Jaffé Reg. 3210 (2421).

DILECTO FILIO BERENGARIO GLORIOSO COMITI[a4] SEU OMNIBUS OPTIMATIBUS LANGOBARDORUM REGNI, SANCTĘ DEI ECCLESIAE FIDELIBUS.

Quanta et qualia Romana[b] ecclesia, vestra videlicet mater, hactenus ab impiissimis Christianis passa est, et nostris litteris significantibus et rumore populi narrante iam audistis et, ut certius sciatis, iterum significamus. Ecce enim pro quibus et pro omnium vestrum salute animę nostrę non parcentes iam, quia per terram[c] pro prędictis per- cf. 1. Macc. 13. 5.
secutoribus ad vos viciniores, ut res expetierat, venire nequimus, marinum[d] iter accepimus et in Franciam ivimus[e] querentes tranquillitatem atque auxilium, ubi nostri antecessores quęsiere pontifices. Misimus enim omnibus regibus, id est Hludouuico[f5], domni[g] Karoli imperatoris[6] filio, et Karolomanno et Hludouuico et Karolo, Hludouuici[7] regis filiis, ut cum suis episcopis ad nos venirent et una nobiscum super his tractarent. Ex quibus venit Hludouuicus rex et tantis malis perdolens, nisi infirmus esset[h], nobiscum veniret; iam quia pro infirmitate non potuit, dedit nobis hunc Bosonem principem sibi ex omni parte coniunctum[8], qui me per inimicos[i] sanctę Dei[k] ecclesię salvum duceret. Ecce enim auxiliante Deo Papiam venimus[9]. Quapropter monentes mittimus et apostolica auctoritate hortantes[l] iam[m] tertio[10] mandamus, ut pręsentaliter ad nos, karissimi, tamquam ad patrem venire debeatis et, ut alii veniant[m*], alter alterum incitet et has litteras[n] primo legens remittere aliis procuret, quatinus venientibus una nobiscum de statu sanctarum

---

*) ·R· *in marg. add. man. correctoris R, cf. annot. f, m.*

a) Hludouuicus *corr. in* -cum *R.*

109. a) COMITE, E *al. man. et nigro atramento corr. in* I *R.* b) *corr. ex* Romanam *R.* c) terra *R.* d) *add. in marg. al. man. R.* e) v *corr. ex* b *R.* f) iam tertio mandamus, ut pręsentaliter ad nos, karissimi, tamquam ad patrem venire debeatis et, ut alii veniant, *add. R, perperam hic, quae infra l. 31—32 suo loco inserenda sunt, ut iam priores recte iudicarunt editores.* g) domno *R.* h) *corr. ex* essent *R.* i) pro inimicis *R.* k) *add. supra lineam R.* l) hortes *R.* m) iam — veniant *om. hic R, v. supra annot. f.* n) littera *R.*

1) *Solus Ludovicus Balbus papae Trecis occurrit, orientales reges, Karolomannus, Ludovicus iunior, Karolus, vocati venire renuerunt.* 2) *Cf. Ann. Vedast. ad a. 878 (ed. v. Simson p. 43). Cf. infra n. 110.* 3) *I. e. die 2. Decembris.* 4) *De quo cf. n. 74.* 5) *Balbo.* 6) *Calvi.* 7) *Germanici.* 8) *Cf. nn. 108, 110.* 9) *Initio Decembris, cf. nn. 102, 150.* 10) *Cf. n. 103 eiusdem fere, ut videtur, diei, ubi Anspertus quoque Mediolanensis archiepiscopus tertio commonitus ad synodum citatur. Priores Berengarii citationes non exstant.*

Dei ecclesiarum et quiete rei publicę et nostra vestraque omnium salute synodum celebrantes tractemus. In quibus, dilectissimi filii[a], ne vestra karitas tepeat, neve religiositas inobędiat, sed compatiatur[b], oportet, ac[c] doleat[d]; quia scriptum[e] est[e], qualiter tepidus sit iure vomendus et qualiter per inobędientiam culpa, quę non fuit, sit et qualiter, qui non compatitur, decreto pontificali feritur.

DATA UT SUPRA.

110.

Iohannes VIII. papa Karolo regi (Ludovici Germanici filio) nuntiat se Bosonem principem pro mundanis discursibus per adoptionem filium suum fecisse; monet, ut terminis regni sui contentus sit. *878 (Nov.)*[1]

Cod.: *R f. 53 n. 109.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 385 n. 119. Mansi Conc. coll. XVII, 92 n. 119. Migne Patr. lat. CXXVI, 786 n. 142. — Jaffé Reg. 3205 (2412).*

DILECTO [FILIO][a] KAROLO GLORIOSO REGI[2].

Servans fidem[b] Francorum regibus secundum prędecessorum meorum pontificium multos et duros labores in mari[c] et in terra pertuli[d], ab Urbe et Romana sede in Franciam veni, omnes vos legatorum[e] [tam][f] viva voce quam epistolis[g] studui convocare, ut pactum, quod[h] avi[i] et patres[k] vestri sanctę Romanę ecclesię iureiurando promiserunt, adimplere contenderetis. Sed, heu[l] pro dolor! cuncti venire per inobędientiam neglexistis[m] pręter Lodouuicum regem, divę memorię Karoli imperatoris filium, cuius consilio atque[n] hortatu Bosonem gloriosum principem per adoptionis gratiam filium meum effeci[o], ut ille in mundanis discursibus*, nos libere in his, quę ad Deum[p] pertinent[q], vacare valeamus. Quapropter contenti[r] termino regni vestri[3] pacem et quietem habere studete, quia modo et deinceps excommunicamus omnes, qui contra prędictum filium nostrum insurgere temptaverint.

DATA UT SUPRA.

111.

Iohannes VIII. papa Ludovicum (III.) regem, Ludovici (Germanici) filium, monet, ut filiabus Bosonis comitis et Ingiltrudis proprietates iure hereditario eis debitas reddere studeat. *878 (Aug.)*[4]

Cod.: *R f. 53 n. 110.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 391 n. 129. Mansi Conc. coll. XVII, 98 n. 129. Migne Patr. lat. CXXVI, 811 n. 174. — Jaffé Reg. 3211 (2423).*

---

*) R *add. in marg. man. correctoris R.*

a) fili *R.* b) compati ut *R.* c) c *corr. ex* d *al. man. R.* d) d *corr. ex* b *al. man. R.* e) *in ras. al. man. R.*

110. a) *om. R.* b) fi- *in ras. R.* c) mare *R.* d) terra per- *in ras. R.* e) *inter* g *et* a *eras.* r *R.* f) *om. R.* g) aplis *R.* h) d *corr. ex* t *R.* i) havi, v *corr. ex* b *R.* k) patris *R.* l) *corr. ex* eu *al. man. R.* m) x *in ras. R.* n) -o at- *corr. ex* um *al. man. R.* o) effici *R.* p) *corr. ex* eum *R.* q) pertinet *R.* r) contempto *R.*

1) *Hanc epistolam Trecis adhuc mense Sept.—Oct. scriptam esse censuerunt Jaffé et Dümmler l. l. III², 89, sed aptius hic, seriem registri secutus, sicut Ewald, eam collocaverim, cum contextus quodammodo cum epistolis nn. 108 et 109 consonet, cf. NA. XXXVI, 138.* 2) *Cf. supra nn. 43, 107. — De re cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 46 annot. 4.* 3) *Quibus verbis obscure papa dicit Karolo se aspirationes eius et fratrum in Italiae regimen in favorem Bosonis postpositurum, id, quod apertis verbis papae obiciunt Ann. Fuldenses ad a. 878 (ed. Kurze p. 91):* Tandem assumpto Buosone comite .... in Italiam rediit et cum eo machinari studuit, quomodo regnum Italicum de potestate Carlmanni auferret et ei tuendum committere potuisset. *Cf. Mühlbacher Reg. 1532 (1490) a.* 4) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 135 sq.*

LUDOUUICO REGI GLORIOSO[a], GLORIOSI QUONDAM REGIS LUDOUUICI FILIO[1].

Iam enim magnitudinem vestram, fili karissime, apostolicis monuimus litteris, hortantes pro filiabus Bosonis dudum comitis[2] et Ingeltrudis coniugis, quibus iure hereditas deferri omnium legum auctoritate conceditur, proprietates reddere studeretis[b]. Sed, ut cernimus, inauditi remansimus, quod miramur et mirantes dolemus, cum vestra proles apostolicis censuris semper obędiat et prę omnibus regibus iudicium faciat, ut rex David cecinit: 'Honor regis iudicium diligit.' Nonne legistis, quoniam 'iustus Ps. 98, 4. Ps. 10, 8.
Dominus iustitiam diligit et ęquitatem videt vultus eius'? Cęterum reclamationem[c] filiarum iamdicti Bosonis audivimus, ut ipsas ipsius matrisque earum proprietates[d] Ingiltrudis[e] alias vos teneatis, alias vero vestris tenere, quibus ipsa post iudicium sibi illatum sine viri consensu dederit tenere, permittatis[f], quod nefas est et contra omnium legum prorsus auctoritatem. Quid enim uxor sine viri consensu agere potest? Quanto magis hęc mechans[g], quę divino gladio censente[h] domno papa Nicolao prędecessore nostro[3] interiit et humano pro patefacto[i] stupro puniri debuerat! Nonne Iohannes papa Romanus et Iustinianus[k] inclitus imperator legem Romanam facientes[4] scripserunt ita[5]: Capitali криминę damnatorum bona non ad lucrum pręsidis, sed cognatis punitorum reddi oportet, et alibi[6]: Omnibus gradibus cognatorum in hereditate sumenda pręferendi sunt filii? Unde liquido patet[l], gloriosissime rex, ut nec vos nec cognati eorum, nisi ipse filię, quę sunt legitimę, illos alodes habere[m] debent; qui vero nati sunt post crimen illarum, spurii[n] sunt nec hereditare debent, ut prętatus papa et imperator scripserunt ita[7]: Spurios[o] satis iniuriosos satisque[p] acerbos[q] ac nostris temporibus semper indignos[r] esse deiudicamus. Quapropter, ut rogavimus, [iterum][s] iterumque rogamus et hortantes monemus, ut harum reclamationes, harum et gemitus vestra regia dignitas hauriat[t] et pro apostolorum principum reverentia[u], [a][v] quibus petiere auxilium, et pro nostro amore integriter ipsas proprietates, quas vos alodum dicitis[w], reddat [et][x] vestros omni occasione remota reddere faciatis.

DATA UT SUPRA.

112.

Iohannes VIII. papa Adalardo archiepiscopo Turonensi ad preces presbyterorum Turonici pagi se firmare scribit capitulare regum et scriptum episcoporum, ut debeat unaquaeque ecclesia proprium mansum habere. *(Trecis 878 Aug.)*[8]

Cod.: R f. 53' n. 111.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 381 n. 113 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 483 n. 42, in actis synodi Trecensis n. 11 = Mansi Conc. coll. XVII, 354 n. 11 (cf. 90 n. 113). Migne Patr. lat. CXXVI, 800 n. 157. — Jaffé Reg. 3160 (2405).

---

111. a) GLŌ *R.* b) *corr. ex* studetis *al. man. R.* c) -m *add. al. man. R.* d) proprietas *R.* e) *corr. ex* Ingilitrudis *R.* f) permittis *R.* g) meghans *R.* h) *corr. ex* censentes *R.* i) p *in ras. R.* k) Iustianus *R.* l) *corr. ex* pater *al. man. R.* m) *corr. ex* abere *al. man. R.* n) *corr. ex* purii *al. man. R.* o) o *corr. ex* u *R.* p) *corr. ex* satique *al. man. R.* q) aceruos *R.* r) o *corr. ex* u *R.* s) *om. R.* t) auriat *R.* u) -a *add. supra lineam al. man. R.* v) *om. R.* w) dictis *R.* x) *om. R.*

1) *Iuniori (III.), 876—82.* 2) *Qui filius Bosonis senioris fuisse videtur, frater Hucberti abbatis et Thietbergae reginae, avunculus Bosonis Karoli Calvi familiaris, cf. Dümmler l. l. II², 17 annot. 2.* 3) *In synodo Romana a. 863, cf. MG. Epist. VI, 286 c. 4. — De Ingiltrudis adulterio cf. Dümmler II², 16 sq.* 4) *Ad hunc locum cf. quae adnotavi in NA. XXXVI, 136 annot. 1 et M. Conrat ibid. p. 722.* 5) *Iuliani Epitome novell. 21, 10 (77), ed. Haenel p. 44.* 6) *Cf. ibid. 109, 1 (393) ed. Haenel p. 134 sq.:* . . descendentium quidem ordinem aliis omnibus anteponimus, ut in successione ab intestato capienda potiora iura habeant aliis omnibus . . . personis . . cuiuscumque gradus *etc.* 7) *Cod. Iust. 6, 57, 5 § 1 (ed. Krüger p. 285).* 8) *Trecis hoc privilegium datum esse videtur, aut ante aut post synodum, cf. n. 92, p. 87 annot. 8.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ADALALDO VENERABILI ARCHIEPISCOPO TURONENSI[1] SUCCESSORIBUSQUE TUIS NECNON ET OMNIBUS FIDELIBUS SANCTĘ DEI ECCLESIĘ PRAESENTIBUS SCILICET ATQUE[a] FUTURIS.

Decet enim Romanam ecclesiam, quę mater est omnium Dei ecclesiarum, ut, quanto viget dignitate pręclara, eo magis consistat in misericordia pia, quatinus, quę digna postulantur a fidelibus, sine mora cum pietate largiri mereantur a nobis. Omnium vestrum religiositatem[b] volumus scire fideliter[c], quoniam presbyteri diocesis Turonici pagi nostrum accesserunt pontificium suggerentes, ut firmaremus apostolica auctoritate illis et capitulare regum et coepiscoporum scriptum[2], ut debeat unaqueque[d] ecclesia proprium mansum habere cum mancipiis IIII[or], vineas[e], aripennos III, prata similiter, hortum[f] et cimiterium cum mansionibus sine personali et civili munere exigendo, nisi divino solummodo in ecclesiasticis rebus obsequio, sicuti canonum prisca auctoritas et moderna concedit. Ubi vero res[g] nominatę antiquitus condonatę et moderno tempore abstractę esse videntur, pontificali auctoritate et regali potestate sine mora aliqua aut tarditate restituantur. Nos illorum pręcibus inclinati volumus apostolicaque auctoritate expresse[h] iubemus, ut pręfata scripta nostro pontificio delata, a coepiscopis[i] firmata, a regibus iussa sint rata et modis omnibus observanda. Si quis huius apostolicę censurę temerario[k] ausu[l] violator[m] extiterit, si sacerdos fuerit, proprio honore privetur et Christiana communione cassus anathematis vinculo innodetur; si laicus, similiter perpetua damnatione cum Iuda traditore extorqueatur[n]; conservator vero perenni benedictione apostolorum principum Petri et Pauli modis omnibus perfruatur.

113.

Iohannes VIII. papa Ansigiso archiepiscopo Senonensi [et Hincmaro (Remensi), Frothario (Bituricensi), Iohanni (Rothomagensi, Adalardo) Turonensi (archiepiscopis)] mandat, ut de adventu Ludovici (Balbi) regis et de loco concilii celebrandi certiores facti ad se venire non differant. *878 Iun. 10.*

Cod.: R f. 54 n. 112.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 373 n. 99 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 469 n. 31. Mansi Conc. coll. XVII, 84 n. 99. Migne Patr. lat. CXXVI, 780 n. 129. — Jaffé Reg. 3157 (2378).

HINCMARUS[a], ANSIGISI[b], FROTHARIUS, IOHANNIS DE TORONIA[3]. ANSIGISO[c.d] ARCHIEPISCOPO SENNONENSI[c.e 4].

Canonica instituta servantes oportet nos, quotienscumque[f] ecclesię inierunt[g] passiones, sacerdotum collegia agregare, ut simul venientibus[h] salubre universę ecclesię consilium

112. a) Q *corr. ex* A *R.* b) *corr. ex* religiositas *R.* c) fidelitas *R.* d) unaquaque *R.* e) vineę *R.* f) ortum *R.* g) *corr. ex* rex *R.* h) *corr. ex* expressi *al. man R.* i) co- *in ras. R.* k) -rio *in ras. al. man. R.* l) *corr. ex* ausus *R.* m) *corr. ex* violari *al. man. R.* n) extorquatur *R.*

113. a) PERIGNARUS *R.* b) *ultimum* I *in ras. R.* c) *haec propria epistolae inscriptio ut initium contextus et nigro atramento scripta est R.* d) ANSICISO *R.* e) S *in fine eras. R.* f) quo- *corr. ex* co- *al. man. R.* g) *corr. ex* inigerunt *al. man. R.* h) *corr. ex* inbenientibus *al. man. R.*

1) *De quo cf. supra n. 92, p. 87 annot. 9.* 2) *Capit. ecclesiast. Ludovici Pii a. 818/19, c. 10 (MG. Capit. I, 277) = Conc. Wormacien. a. 868 c. 50 (ed. Mansi XV, 878) (= Gratiani Decr. C. XXIII qu. 8 c. 25).* 3) *Locum hunc valde corruptum recte iam Harduinus Acta concil. VI, 1 p. 35 n. 41 emendans dilucidavit, directam fuisse similem epistolam praeter Ansigisum etiam Hincmaro (Remensi) Frothario (Bituricensi), Iohanni (Rothomagensi et Adelardo) Turonensi (archiepiscopis), quorum nomina fortasse in margine minus lucide scripta erant. Cf. etiam Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 9, qui locum* Iohannis de Toronia *aliter quodammodo, videlicet* Iohanni Rothomagensi *emendat.* 4) *Hodie 'Sens', 871—83.*

et totius Christianitatis fidem eidem[a] inponant et equitatum omnium moderamine quęat congrue dilimari. Idcirco vestram hortamur sanctitatem, dum[b] Ludohuuici gloriosi regis[1] adventum audieritis, quando ad[d] nos venire conaverit, in quo[e] loco celebraturi concilium[f] incerti[g] tenemur[h 2], sed vos audientes[i] conperietis, mox[k] ut pręsentes susceperitis nostras apostolicas[l] litteras, omni mora reposita ad nos venire non differatis. Ita profecto de vestrę unanimitatis[m] et pacis concordia mentis iocunditas uberius multiplicetur, ut conventus[n] universorum et vestrę devotionis concursus nec solum ad favorem[o] hominum, sed ecclesiis ad[p] laudem potissimum proficiant Creatoris. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere.

DATA IIII. IDUS IUNII, INDICTIONE XI.

114.

Iohannes VIII. papa Valderamum episcopum causam cuiusdam in carcerem iniuste detrusi legaliter diffinire vel ad se deferre iubet. *(878.)*

Cod.: R f. 54 n. 113.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 382 n. 114. Mansi Conc. coll. XVII, 90 n. 114. Migne Patr. lat. CXXVI, 787 n. 145. — Jaffé Reg. 3161 (2393).

VALDERAMO[a] VENERABILI. . . .[3]

Pręsentium lator[b] litterarum ad vestram fraternitatem coram nobis veniens lacrimabiliter questus est patrem suum[c] a quodam iniustę carceris custodia teneri detrusum intra parroechiam vestram. Quapropter tuę fraternitati auctoritate nostri apostolatus iubemus attentius pręcdicti genitoris causam sacerdotali succinctus vigore inquirere eique finem legaliter terminare[d], si negotii status inambiguus affuturus prospicitur. Quodsi anceps vestro fuerit visa libramini, utrasque partes suis allegationibus instructas venire in pręsentiam nostram omnino mature mandamus.

DATA UT SUPRA.

115[4].

Iohannes VIII. papa (in synodo Trecensi) episcopos congregatos et item Ludovicum (Balbum) regem de auxilio Romanae ecclesiae ferendo alloquitur. *878 (Aug.)*

Cod.: R f. 54 n. 114, 115.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 382 n. 114 cap. 1 et 383 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 484 in actis syn. Trecensis n. 12. Mansi Conc. coll. XVII, 354 n. 12. Migne Patr. lat. CXXVI, 960 n. 375; 961 n. 376. — Jaffé Reg. 3177.

KAP. I[a].

Vos confratres et coepiscopos meos volo unanimiter[b] mecum in defensione sanctę Romanę ecclesię, quę constat esse caput omnium ecclesiarum, convenire, donec Deo

---

a) eiusdem *R.* b) *corr. ex* de *al. man. R.* c) Ludohuuico glorioso *R*, o *in ras. al. man. R.* d) *add. supra lineam al. man. R.* e) co *R.* f) consilium *R.* g) incerte *R.* h) tenemus *R.* i) audiente *R.* k) mons *R.* l) *corr. ex* nostram apostolicam *al. man. R.* m) *corr. ex* unianimitatis *R.* n) cunbentus *corr. ex* cumbentus *R.* o) v *corr. ex* b *R.* p) ad ecclesiis *R.*

114. a) Valdemari *R; cf. annot. c.* b) *corr. ex* laor *al. man. R.* c) nomine Valderamum (-mum *corr. ex* -mus) patrem suum *R; falso loco verba* nomine Valderamum *hic inserta sunt, quae potius in margine registri apposita verbum* Valdemari *(cf. annot. a) emendare videntur. Corrige, quae disserui in NA. XXXVI, 116.* d) *corr. ex* terminum dare *R.*

115. a) *registrator igitur utramque allocutionem sub uno eodemque numero ponendam censuit.* b) *corr. ex* unianimiter *R.*

1) *Balbi, cui papa Lugduno missos, ut sibi obviaret, direxerat, cf. Hincmari Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 140) et n. 126, p. 113 annot. 4.* 2) *Itaque haec epistola prior est epistola n. 126, cf. p. 113 annot. 4 et NA. XXXVI, 141 sq.* 3) *Ad episcopum quendam hoc mandatum referri debere colligitur e verbis* venerabili, fraternitas, parroechia *(= dioecsis). Sed sedes eius ignoratur.* 4) *Haec dua allocutionum exemplaria pro synodo Trecensi confecta esse videntur; cf. quae disserui in NA. XXXVI, 122.*

auxiliante in sedem beati Petri apostolorum principis revertamur cum omnium hominum vestrorum armata bellico apparatu manu, et hoc non differendo, sed sub omni celeritate[a] et certitudine sponsionis hic michi, quęso, absque ulla dilatione continuo dare responsum.

DATA UT SUPRA[b].

ITEM ALLOQUUTIO PONTIFICIS[c].

Vos, karissimę fili Illudouuice gloriose rex, precor in defensionem liberationem atque exaltationem sanctę Romanę ecclesię, sicut prędecessores vestri fecerunt et vobis sub obtestatione facere mandaverunt, sine procrastinatione et ulla dilatione succurrite, cf. Rom. 13, 4. quia ministri Dei estis, vindices in ira in his, qui male agunt, et non sine causa gladium portatis, ne forte, quod absit, illa vos aut regnum vestrum culpa contingat, quę quosdam veteres reges inimicis et infidelibus Dei quondam parcentes damnabiliter strinxit. Vel si aliud placet, pręsentaliter in isto loco date, per Deum et per beatum Petrum vos coniuro, sine mora responsum.

DATA UT SUPRA[b].

116.

Iohannes VIII. papa Supponi comiti mandat, ut sibi e Gallia redeunti apud montem Cinisium obvius veniat de utilitatibus ecclesiae tractaturus simulque Angilbergam imperatricem, Anspertum Mediolanensem archiepiscopum, Wigbodum Parmensem episcopum venire faciat. *878 (Oct.—Nov.)*

Cod.: R f. 54' n. 116.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 514 n. 307. Mansi Conc. coll. XVII, 223 n. 307. Migne Patr. lat. CXXVI, 806 n. 165. — Jaffé Reg. 3201 (2414).

DILECTISSIMO FILIO SUPPONI GLORIOSO COMITI[1].

cf. 1. Cor. 10, 11. Quia nos, in quibus Deo dispensante fines seculorum devenerunt, pro sanctarum Dei ecclesiarum statu variis motibus ducimur diversisque fluctuum procelis impellimur, cf. 1. Tim. 1, 12. sed tamen non destituimur, propter eum, qui nos confortat, Christum Iesum, servata prędecessorum nostrorum fide proli Francorum ad Gallias properantes idcirco venimus, ut pacis atque unitatis vinculo regum corda conecteremus. Sed completum videmus, Matth. 24, 12. quod in evangelio legimus: 'Quoniam abundavit[a] iniquitas, refrigescit karitas multorum.' Quapropter vestrę dilectioni fidentissimę[b] et probatę fidei mandamus, ut nobis cum officio decentię[c]* vestrę ad montem Cinisem[2] obvii quantocius veniatis, ut pariter convenientes, quę ad utilitatem congruunt, Domino permittente tractare valeamus; simulque hoc

*) R. *add. in marg. man. correctoris R.*

a) *corr. ex* celebritate *R.* b) *sic R; cf. NA. XXXVI, 131.* c) PONTIFICI *R; scriptor igitur codicis hanc superscriptionem perperam pro inscriptione novae epistolae habuit, quem secutus est, qui saec. XIV duos apposuit numeros 114 et 115; sed cf. p. 105 n. 115 annot. a.*

116. a) habundavit *R.* b) *ultimum* i *add. supra lineam R.* c) dicentię *R.*

1) *Consanguineo Angilbergae imperatricis, in superiori Italia potenti, qui a. 871—75 ducatum Spoletinum contra Lambertum ex concessione Ludovici II. imperatoris tenuerat. Cf. Dümmler l. l. III², 20, Malaguzzi Valeri 'I Supponidi' (Modena 1894), Hofmeister 'Ital. Markgrafen, in Mitt. d. Inst. f. oest. Gesch. Erg.-Bd. VII' (1907) p. 360 sq. — Ad Supponem papa se convertit, quia tunc vices Karolomanni regis in illis regionibus gerebat, cf. n. 121, p. 110 annot. 3 et Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 348 annot. 5.*
2) *Hodie 'Mont-Cenis'. Iohannem per clusas Montis Cinisii rediisse tradit etiam Hincmarus Ann. ad a. 878, ed. Waitz p. 144. — De Suppone vero papa postea conquestus est, cf. n. 121.*

prȩcamini dilectam[a] filiam nostram Angilbergam imperatricem atque Anspertum archiepiscopum Mediolanensem Uuibbodumque[b] Parmensem archiepiscopum[c] aliosque fideles atque amicos.

DATA UT SUPRA.

117.

Iohannes VIII. papa Teutrannum archiepiscopum (Tarantasiensem) monet, ut cum suffraganeis sibi synodum celebraturo occurrat ad causam inter Bernarium episcopum (Gratianopolitanum) et Adelbertum episcopum (Morianensem), suffraganeum eius, diffiniendam. *878 (Mai. ex.—Iun. in.)*

Cod.: R f. 54' n. 117.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 373 n. 100 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 469 n. 32. Mansi Conc. coll. XVII, 85 n. 100. Migne Patr. lat. CXXVI, 781 n. 131. — Jaffé Reg. 3150 (2380).

VENERABILI ARCHIEPISCOPO TEUTTRANNO[1].

Miramur fraternitatem tuam, cur nostrum in has partes audiens adventum nos ob reverentiam beati Petri apostolorum principis et nostram more ceterorum venerabilium archiepiscoporum minime consolari et occurrere studuisti. Qua admiratione iam diu suspensi monemus fraternitatem tuam, ut nobis citius occurrere cum tuis suffraganeis[a], quos[b] tecum adducere prȩsentaliter potes, non differas, ut simul de utilitate ecclȩsiarum[c] tractare valeamus. Innotescimus denique, quia venerabilis frater et coepiscopus[d] noster Bernarius[2] nostram nuper adiens prȩsentiam[e] reclamavit se super fratre Adalberto suffraganeo tuo[3], de quo iam Romȩ proclamaverat et libellum suȩ reclamationis ostenderat. Unde tibi et Viennensi[f] archiepiscopo[4] epistolas direximus[5], ut amborum quȩrimonias[6] ventilantes, quȩ canonum sunt instituta, diiudicaretis; insuper Arelatensem archiepiscopum[7], Valentinensem[8] quoque et Vivarensem[9] episcopos huic adsertioni testes adesse iussimus. Sed quia variis prȩpedientibus causis hactenus[g] eorum indiscussa manet causatio, iam[h] prȩcipimus monendi[i] auctoritate, ut, ubicumque a nobis fuerit synodus indicta[10], canonicȩ eum inibi adesse iubeas, paratum in omnibus ad rationem reddendum. Quodsi defuerit, vide, ne eius in te retorqueatur sententia; ipse vero sciat se de absentia sua lucrum non percipiendum[k].

DATA UT SUPRA.

118.

Iohannes VIII. papa Hincmarum Remorum archiepiscopum, cum suffraganeis ad synodum, quam Trecis celebraturus sit, quantocius properare iubet. *878 (Iun. ex.—Iul.)*

Cod.: R f. 55 n. 118.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 374 n. 101 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 470 n. 33. Mansi Conc. coll. XVII, 85 n. 101. Migne Patr. lat. CXXVI, 782 n. 133. — Jaffé Reg. 3162 (2382).

---

a) *corr. ex* dilecta *al. man. R.* b) uubbodumque *R.* c) *sic R.*

117. a) *corr. ex* suffraneis *al. man. R.* b) *corr. ex* quod *R.* c) *corr. ex* ecclę suarum *R.* d) quo ēps *R.* e) *corr. ex* p̄ręsentiam *R.* f) veniens *R.* g) actenus *R.* h) *corr. ex* nam *R.* i) i *in ras. R.* k) *sic R.*

1) *Tarantasiensi, hodie 'Tarantaise', 858—85.* 2) *Gratianopolitanus, hodie 'Grenoble', 875—82.* 3) *Episcopo Morianensi, hodie 'St. Jean de Maurienne', 876—82.* 4) *Otranno, a. 876—85.* 5) *Quae non exstant.* 6) *De quibus cf. n. 307 et Gallia christ. XVI, 225.* 7) *Rostagnum, de quo cf. n. 99, p. 92 annot. 3.* 8) *Hodie 'Valence', Ratbertum, a. 858—c. 880.* 9) *Hodie 'Viviers', Aetherium, a. 875—c. 880.* 10) *Haec igitur epistola ante statutum a Ludovico rege mense Iunio terminum pro synodo habenda (cf. n. 126, p. 113 annot. 4) scripta est. — Trecis nonnisi Bernarius Gratianopolitanus episcopus affuit (cf. subscriptiones ap. Baluze Capitularia II², 275) et causa usque ad a. 882 protracta est, cf. n. 307.*

HINCMARO[a] VENERABILI REMORUM EPISCOPO[1].

Fama tuę fraternitatis longo exacto iam tempore bona notitia nos quoque creberrime[b] letificavit quantoque te desiderio contemplari cupimus, explicare verbis nullatenus possumus, pręsertim cum causa exigente utilitatis ecclesiasticę petere has partes decreverimus. Quapropter pręsentiam religiosę sanctitatis vestrę diu desideratam miramur a te nobis hactenus dilatari. Unde apostolica atque paterna auctoritate monemus, ad synodum pręsentem, quam Deo auctore Trecę[2] sumus celebraturi, absque mora cum cunctis suffraganeis dioeceseos vestrę studeatis occurrere, ad locum pręnominatum, iterum iterumque hortamur, omni postposita tarditate quantocius properate venire, quoniam, antequam ipse nobis carior atque utilior veneris, sanctarum Dei ecclesiarum causas tractare differimus. Tantum monemus, rumpe moras et satage properare celerrime atque agiliter.

DATA UT SUPRA.

119.

Iohannes VIII. papa Mironem et Sunefridum germanos, quorum alter Septimaniae terram expoliaverit, alter ex diaconatus officio et monachico habitu apostata existat, Lugdunum ad se synodum in proximo celebraturum venire iubet. *878 (Mai.)*

Cod.: *R f. 55 n. 119.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 374 n. 102 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 470 n. 34. Mansi Conc. coll. XVII, 86 n. 102. Migne Patr. lat. CXXVI, 775 n. 122. — Jaffé Reg. 3147 (2370).

MIRONI ET SUNEFRIDO GERMANO SUO[3].

Quanta ad apostolatum nostrum relatione quorundam transgressionum vestrarum mala atque perversa fuerunt nuntiata, hęc, fateor, lacrimabiliter nominamus apostolicaque auctoritate citissime corrigenda iubemus, si sancti Spiritus potestate non vis tu, Miro, merito nequitię tuę ab omni consortio Christianitatis separari et inferni flammis in perpetuum condemnari. Septimanię terram universalem redegisti in solitudinem, ecclesias, ut asserunt, ministris[a] expoliasti[b], castella ipsius terrę callide ac[c] fraudulenter invasisti. Qua conpulsi necessitate homines Bernardi gloriosi marchionis[4] etiam multitudinem hominum tuę rabię occursando aliqua[d] in eadem terra perperam gerunt, ut[e] velut cf. 3. Reg. 15, 30; 4. Reg. 10, 29. Geroboam, filius Nabath, qui peccavit et peccare fecit Israhel, auctor omnium peccantium existas. Ideoque ad universalem synodum nostram, quam Deo auctore in proximo sumus celebraturi, Lugdunum venire te occasione omni postposita[f] volumus[5], si funditus, ut prędictum est, non vis gladio divino multari. Liudoinum quoque vicecomitem audimus potestate — uti horrendę denuntio — uti sacerdotali in parrochia Sigebodi Narrabonensis[g] archiepiscopi[6] presbyterosque tuos in eius exteros subrogare ecclesiis, quod concite tuę vitę consulentes corrigere et emendare mandamus. Te vero, Sunefridum, ex diaconatus officio et venerabili[h] monachico habitu apostatam audimus et dolemus effectum[i]. Quapropter vel sera te pęnitentia per Domini misericordiam libera[k]

118. a) HINGMARO *R.* b) celeberrime *R.*

119. a) s *in fine perperam cancell. R.* b) expoliastis *R.* c) hac *R.* d) aliquam *R.* e) et *R.* f) posita *R.* g) Narrabonenses *R.* h) venerabile *R.* i) effec- *in ras. R.* k) -a *in ras. al. man. R.*

1) *A. 845—82. De quo cf. Schrörs 'Hinkmar von Rheims (Freiburg i. B.' 1884).* 2) *Quem locum synodo habendae Ludovicus rex missis episcopis mense Iunio indixerat, cf. n. 126, p. 113 annot. 4, NA. XXXVI, 142.* 3) *De quibus alias notitias non habemus.* 4) *Gothiae vel Septimaniae, de quo cf. nn. 98, 135, 142, 149, 155.* 5) *Lugduni igitur synodum congregare sibi prius proposuerat papa, cf. Dümmler l. l. III², 79, NA. XXXVI, 141.* 6) *De quo cf. n. 97, p. 91 annot. 2.*

et ad monasterium quanto citius[a] confuge vel, si de tua confidis conscientia, ad synodum nostram de illatis[b] tibi atque obiectis te purgandum occurre, ne, si pretermiseris, anathematis[c] vinculo utpote apostata et rebellis alligeris.

DATA UT SUPRA.

120.[1]

Iohannes VIII. papa (Rostagno) archiepiscopo Arelatensi usum pallii et vices suas per Gallias concedit, sequens tenorem privilegii Gregorii I. Virgilio archiepiscopo Arelatensi concessi a. 595 Aug. 12; metropolitas ante pallii susceptionem consecrationes facere prohibet.

(Arles) 878 (Mai.)

Cod.: R f. 55' n. 121. 120.

Edd.: Editio Romana (1591) III p. 369 n. 94; p. 368 n. 93 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 466 n. 26. Mansi Conc. coll. XVII, 80 n. 94. Migne Patr. lat. CXXVI, 775 n. 123. — Jaffé Reg. 3148 (2371).

[1.][a] O[2] quam bona est caritas, quę absentia per imaginem pręsentia sibimetipsi exhibet per amorem, divisa[b] unit, confusa ordinat, inęqualia sociat, inperfecta consummat[c]! Quam recte predicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem ceterę perfectionem generant[d], sed (cf. Col. 3, 14.) tamen eas caritas etiam ligat, ut ab amantis mente dissolvi iam nequeant. Hac itaque virtute, frater carissime, plenum te esse repperi[e], cum pro sanctarum Dei ecclesiarum restauratione[f] in Arelatensium civitate mei corporalem presentiam exhibuissem[3], sicut michi de te multorum testimoniorum fama vera longe lateque narraret. Quod vero iuxta antiquum morem usum pallii ac vices sedis apostolicę postulasti, absit, ne aut transitorię potestatis culmen aut exterioris cultus ornamentum in vicibus nostris ac pallio quęsisse[g] te suspicer. Sed quia cunctis liquet, unde in Galliarum regionibus fides sancta prodierit, cum priscam consuetudinem sedis apostolicę vestra fraternitas repetit[h], quid aliud[i] quam bona suboles ad sinum matris recurrit? Libenti ergo animo postulata concedimus, ne aut vestrę ecclesię quicquam [de][k] debito honore subtrahere aut condignam petitionem vestri contempsisse videamur[l]. Sed iam nunc studio maiore res indiget, ut, cum honor crescit, etiam sollicitudo proficiat et erga ceterorum custodiam vigilantia excrescat, vitę quoque merita subiectis in exemplum veniant et numquam sua[m] per suscepti honoris gratiam, sed lucra cęlestis patrię vestra fraternitas[n] exquirat. Nostis enim, quid beatus apostolus gemens dicat: 'Omnes enim, quę sua sunt, quęrunt, non, quę sunt Christi Iesu.' (Phil. 2, 21.) Quibusdam namque narrantibus agnovi, quod in Galliarum vel Germanię partibus[4] nullus ad[o] sacrum ordinem sine commodi datione perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio, quia, cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid[p] Redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum 'cathedras vendentium columbas evertit.' (Matth. 21, 12.) Columbas enim vendere est, de sancto Spiritu, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prędixi, malo iam innuitur, quid sequatur,

---

a) *corr. ex* quantotius *al. man. R.* b) *corr. ex* inlatis *al. man. R.* c) ana- *corr. ex* ane- *R.*

120. a) *superscr.* Eidem *manu recentiori in R, v. annot. 1.* b) -a *in ras. al. man. R.* c) consumit *R.* d) *corr. ex* generat *al. man. R.* e) *corr. ex* repperiens *R.* f) *corr. ex* restaurationem *R.* g) -sse *in ras. R.* h) repetitur *R.* i) d *corr. ex* t *R.* k) *om. R.* l) videamus *R.* m) numquiam suam *corr. ex* numquid sua *al. man. R.* n) *secundum* t *corr. ex* n *R.* o) -s a- *corr. ex* m *R.* p) quod *R.*

1) *Huius epistolae partes a nobis [1.] et [2.] signatas, quas taliter coniungi debere et ipsius rei ratio et exemplum docet epistolae Gregorii I. (v. annot. 2), cuius textum sequitur noster, seiunctae et mutato ordine, i. e. [1.] sub n. 121 post [2.] sub n. 120, duae effectae sunt epistolae in R, quarum utrique additur* Data ut supra *et inscriptio manu recentiori scripta, scil. in n. 120* archiepō Arelat., *in n. 121* Eidem. *Ordinem iam restituit Sirmond. Cf. NA. XXXVI, 113.* 2) *Cf. Gregorii I. Reg. lib. V ep. 58 (V, 53; IV, 50), ed. MG. Epp. I, 368, Jaffé Reg. 1374 (1004). — Cf. n. 99.* 3) *Medio mense Maio, cf. n. 94, p. 89 annot. 2.* 4) *Dehinc usque* haereticus fiat *(p. 110 l. 6) sequitur contextum form. Diurn. 46 (ed. Sickel p. 37); cf. Epp. I, 369 annot. 4.*

quia, qui in templo Dei columbas vendere pręsumpserunt[a], eorum Deo iudice cathedrę ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque, qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa provectus sui radice vitiatur, paratior[b] est aliis venundare, quod emit. Ubi est, quod scriptum est: 'Gratis accepistis, gratis date'? (Matth. 10, 8.) Et cum prima contra sanctam Dei ecclesiam simoniaca[c] heresis[d] sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis cum prętio ordinat, provehendo agit, ut hereticus fiat?[e]

[2.][f] Itaque fraternitati tuę vices nostras in ecclesiis, quę sub regno Galliarum sunt, iuxta antiquum morem Deo auctore committimus, singulis quidem metropolitis secundum priscam consuetudinem proprio honore servato. Pallium quoque concessimus, quo fraternitas tua [g]. Sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere forte voluerit, sine tuę sanctitatis auctoritate ei[h] ad loca alia transire non liceat. Si qua vero inquisitio de fide vel fortasse aliarum rerum inter episcopos causa emerserit, quę discerni difficilius possit, collectis duodecim episcopis ventiletur atque decidatur; sin autem decidi nequiverit, discussa veritate ad nostrum iudicium referatur. Pro dolor! cum in Gallię partibus essemus, inter cetera unum valde prohibendum invenimus: metropolitę, antequam pallium a sede apostolica suscipiant[i], consecrationem facere pręsumant, quod[k] antecessores nostri et nos canonico decreto[1], ne fieret, interdiximus. Unde fraternitatem sanctam per Galliam nostram vicem tenentem hortamur, quatinus super[l] hoc sollicitudinem habeas, et, ne istud adoleat, auctoritate prohibeas et, ut secundum antiquum morem quęrere festinent, moneas, incites atque precipias et, si ipsi obediant necne, nostro apostolatui semper omnia si potes in nativitate apostolorum aut per vos aut per nostrum legatum aliquem certis litteris intimare[m] ne differas. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat honoremque perceptum vos in moribus servare concedat.

DATA UT SUPRA.

121.

Iohannes VIII. Supponem comitem sibi iter clausisse miratur; hortatur, ut sibi occurrat ad ecclesiarum statum considerandum. *878 (Nov.—Dec.)*

Cod.: R f. 56' n. 122.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 391 n. 130. Mansi Conc. coll. XVII, 98 n. 130. Migne Patr. lat. CXXVI, 807 n. 169. — Jaffé Reg. 3206 (2418).

DILECTO FILIO SUPPONI ILLUSTRI COMITI[2].

Cur, fili karissime, nobis iter tua dilectio clauserit curque[a], ut audistis nos in tuo honore[b] venisse, obviam non cucurreris, miramur, cum eam in omnibus nostris negotiis curam gessisse semper novimus et, ubiubi nos prope fuisse audieras, tuis universis postpositis seriis[c] ad nos festinanter properaveras. Unde cernimus, quoniam istud non ex corde, sed pro fidelitate tui senioris[3] taliter feceris, atque[d] ideo parcimus. Ecce enim, ut audistis et nos etiam vobis iam litteris significavimus[4], pro quibus in Gallię partibus synodum celebravimus et Hludouuicum[5] gloriosum regem affati fuimus, qui nobis hunc Bosonem principem, virum consultissimum sibique ex omni parte con-

---

a) pręsumserit *R.* b) *corr. ex* patior *al. man. R.* c) simonica *R.* d) hereses *R.* e) DATA UT SUPRA *add. R, v. p. 109 annot. 1.* f) *superscr.* archiepo̅ Arelat. *manu recentiori R, v. p. 109 annot. 1.* g) *spatium relictum in R, angustius vero ad inserendam totam sententiam registri Gregorii:* intra ecclesiam ad sola missarum sollemnia utatur. h) et *R.* i) suscipiet, -et *corr. in* -nt *al. man. R.* k) qui *R.* l) p *in ras. R.* m) *corr. ex* inmare *R.*

121. a) curq; *corr. ex* cur | que *al. man. R.* b) honores *R.* c) *cf.* exceptis legitimis soniis (= sunniis) *Reg. Gregorii VII. lib. VI, 17 a (ed. Jaffé Bibl. rer. Germ. II, 354); sed hic emendandum esse mihi non videtur.* d) et quod *R.*

1) *Inde a privilegio Gregorii I. Augustino ep. Anglorum concesso (JE. 1829) usus pallii praecipue ad ordinationes episcoporum faciendas conceditur, cf. Gf. von Hacke 'Die Palliumverleihungen' p. 111.* 2) *De quo cf. supra n. 116, p. 106 annot. 1.* 3) *Karolomanni regis.* 4) *V. n. 116.* 5) *Balbum.*

iunctum, dedit, ut nos salvos sine impedimento maledicti Lamberti[1] in Urbem mitteret, cum quo nos pacifice pro certo venimus[2]. Ceterum monentes mittimus et rogantes hortamur, quatinus vestro de more relictis aliis omnibus curis omnique occasione remota ad nos pręsentaliter venias, incitans etiam alios, quibus apostolicas litteras mittimus[3], ut et ipsi similiter faciant. Quoniam, scit Deus, non ob aliud vos alloqui cupimus, nisi ut sanctarum Dei ecclesiarum statum et rei publice quietem una vobiscum consideremus. Tamen ante alios venire satage, ut, quid cum aliis fecerimus, tecum familiariter antea terminare queamus.

DATA UT SUPRA.

122.

Iohannes VIII. papa Berengario comiti (II., marchioni Foroiuliensi) mandat, ut praesentialiter veniat secum de statu ecclesiarum tractaturus. *878 (Nov.—Dec.)*

Cod.: R f. 57 n. 123.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 392 n. 131. Mansi Conc. coll. XVII, 99 n. 131. Migne Patr. lat. CXXVI, 808 n. 170. — Jaffé Reg. 3207 (2419).

DILECTO FILIO BERNEGARIO ILLUSTRI COMITI[4].

Relatu nonnullorum audivimus, maxime huius Uuidonis comitis[5], nostri consiliarii, ut vestra devotio, quam erga nos nostramque ecclesiam, vestram videlicet matrem, semper habueras, magis magisque adoleat[a], in quo gratias agimus et, ut perficias, hortamur. Ecce enim audistis, pro quibus in Gallię partibus synodum celebravimus et Hludouicum regem gloriosum affati fuimus, qui nobis hunc Bosonem principem, virum consultissimum sibique ex omni parte coniunctum, dedit, ut nos auxiliante Deo salvos sine impedimento Lamberti maledicti et a[b] sancta Dei ecclesia anathematizati in urbem Romam mitteret[c], cum quo nos pacifice pro certo venimus. Ceterum monentes mittimus[d] et rogantes hortamur, relictis aliis omnibus curis ad nos pręsentaliter venire satagas[e]. Quoniam, scit Deus, non ob aliud vos alloqui cupimus, nisi ut sanctarum Dei ecclesiarum statum et quietem rei publice cum vestro honore una vobiscum tractemus.

DATA UT SUPRA.

123.

Iohannes VIII. papa Hugonem abbatem (s. Germani Autissidoriensis) commonet de dissensione inter Abbonis episcopi (Montispessulani) parentes et Rotbertum atque Roclinum corrigenda. *(878.)*

Cod.: R f. 57 n. 124.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 392 n. 132. Mansi Conc. coll. XVII, 99 n. 132. Migne Patr. lat. CXXVI, 811 n. 175. — Jaffé Reg. 3163 (2424).

HUGONI ABBATI[a] NOBILI, SPECTABILI PROSAPIE GENITO[6].

Quia multum vos diligimus, ideo, quę congrua fore[b] animę vestrę prospicimus, ammonere curamus. D[issensio][c] quoque, quę inter Abbonis episcopi[d][7] parentes et Rot-

122. a) adholeat *R.* b) *supra lineam add. R.* c) *corr. ex* mitteres *R.* d) *secundum* t *add. supra lineam al. man. R.* e) *corr. ex* sataga *al. man. R.*

123. a) ABBATIS *R.* b) ideoque congratulor *R.* c) Def.... *R, relicto spatio 5—6 litt.* d) epo *R.*

1) *Marchionis Spoletini.* 2) *De Bosonis itinere cf. n. 110.* 3) *Cf. n. 122 eiusdem fere tenoris, et verosimiliter etiam n. 108, 146, 147 ad synodum Papiensem convocantes.* 4) *De quo cf. n. 74, p. 69 annot. 4. — Cf. epistolam praecedentem n. 121 eiusdem fere tenoris.* 5) *Spoletini, fratris Lamberti marchionis, cf. n. 23, p. 21 annot. 2.* 6) *De quo cf. n. 105, p. 98 annot. 2.* 7) *Magalonensis sive Montispessulani 875—c. 900, qui etiam interfuit synodo Trecensi (cf. subscriptiones ap. Baluze Capitularia II², 276).*

bertum atque Roclinum exorta[a] est, [clementia][b] regali potius quam vindictę [ultione][c] corrigatur; quoniam malum semel necessitate patratum non debet secundum vicissitudinem expiari ad delictum, sed misericordius remitti ad veniam. Agat vestra gloriosa nobilitas, ut decet[d] tantę naturę decentiam.

DATA UT SUPRA.

124.

Iohannes VIII. papa iudicibus et ducibus seu populo Ravennae praecipit, ne Francos Lamberti in civitatem conduci permittant, neve ipsi Lamberto accessum praebeant.

877 (Nov.—Dec.)[1]

Cod.: *R f. 57 n. 125.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 393 n. 133. Mansi Conc. coll. XVII, 100 n. 133. Migne Patr. lat. CXXVI, 813 n. 178. — Jaffé Reg. 3164 (2427), Kehr Italia pontificia V, 90 n. 25.

OMNIBUS IUDICIBUS ET DUCIBUS SEU POPULO RAVENNĘ COMMORANTIBUS FIDELIBUS NOSTRIS.

Industriam seu omnium fidelitatem nosse volumus, quoniam relatu quorundam audivimus, ut Iohannes[a] diaconus chartularius[2] deviet et Francos Lamberti[b][3] contra electionem nostram conducat. Unde mittimus apostolicaque auctoritate iubemus, ut omnes unanimes unaque fidelitate stare debeatis et defendere ipsam civitatem, ita ut nullus, qui vobiscum non stat, et Francos ibi conduci Lamberti [et][c] intus permittatur[d] ingredi, nec ipse Lambertus ibi quoquomodo accessum[e] habeat nec suus homo ibi intrare possit. Ita in his agite, sicut Dei et nostram gratiam habere cupitis, quoniam, qui aliter[f] fecerit, et nostram iram habebit et mille bizanteos[g] palatio nostro componet.

DATA UT SUPRA.

125.

Iohannes VIII. papa Wigbodum (Parmensem) episcopum hortatur, ut ante colloquium suum cum Karolomanno nuntium mittat et ipse colloquio intersit.

878 (Mai.)

Cod.: *R f. 57' n. 126.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 383 n. 116. Mansi Conc. coll. XVII, 91 n. 116. Migne Patr. lat. CXXVI, 804 n. 162. — Jaffé Reg. 3165 (2411), Kehr Italia pontificia V, 415 n. 3.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO UUIBBODO VENERABILI[a] EPISCOPO[4].

In lectione litterarum vestrarum[5] et in relatu earum geruli hominis vestri vos devotissimos et, ut semper, novi fidissimos, pro quibus vobis gratias agimus et Deo auxiliante retribuemus. Inter quę[b] monentes hortamur, ut ceptum perficias et ante-

---

a) o *corr. ex* h *R.* b) *om. R spatio relicto.* c) *om. R spatio relicto.* d) *corr. ex* deces *R.*

124. a) e *corr. ex* i *al. man. R.* b) -i *in ras. R.* c) *om. R.* d) permittat ut *R.* e) accessus *R.* f) taliter *R.* g) *in ras. al. man. R.*

125. a) VENERABILE *R.* b) *corr. ex* interque *al. man. R.*

1) *Jaffé, quem sequitur Dümmler III², 92 annot. 3, hanc epistolam ad finem a. 878 cum aliis duobus Ravennam directis nn. 95 et 131, Ewald vero minus apte, ut videtur, ad Iun.—Iul., dum Trecis moraretur papa, retulit, cf. NA. XXXVI, 150 annot. 1.* 2) *Idem occurrit etiam in epp. nn. 311, 313, 314.* 3) *Marchionis Spoletini, qui paulo post, i. e. 879, mortuus esse videtur.* — Franci Lamberti comitis *apud Erchempertum Hist. Lang. c. 42 (ed. MG. Scr. rer. Lang. p. 250) laudantur.* 4) *Parmensi, cf. nn. 28, 45.* 5) *Quae non exstant.*

quam Karolummagnum[a] alloquamur[1], vestrum legatum cum litteris mittere satagas[b] et in colloquio ubiubi fuerit[2] tua pręsentia esse studeat. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere, maxime in hoc.

DATA UT SUPRA.

126.

Iohannes VIII. papa Ysaac episcopo Lingonensi mandat, ut sibi Trecas ad synodum profecturo Cabillonum missos dirigat et mansiones praeparet. *878 (Iun.)*

Cod.: R f. 57' n. 127.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 371 n. 96 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 468 n. 28. Mansi Conc. coll. XVII, 83 n. 96. Migne Patr. lat. CXXVI, 779 n. 126. — Jaffé Reg. 3151 (2375).

REVERENTISSIMO YSAAC VENERABILI EPISCOPO LINGONENSI[3].

Quod sanctitati tuę notum esse non ambigimus, pro sanctarum ecclesiarum statu ad Galliarum partes devenimus. Quapropter Domino auxiliante apud Trecas synodum sumus celebraturi[4], ad quam sanctitatem tuam volumus omnino adesse. Prius tamen venerabilitas tua nobis missos Cavillonam[5] dirigere studeat, qui iter nostrum recto tramite ad prędictum dirigant locum, et per parroechiam vestram nobis congruas mansionaticas pręparate, id est in villa Marmania[6] in pago Alsense[7].

DATA UT SUPRA.

127.

Iohannes VIII. papa Hincmaro Remensi et Ansegiso Senonensi et reliquis episcopis Galliarum nuntiat se Burdigalensem archiepiscopatum ministerio destitutum sub apostolica tuitione retinere. *878 (Iun.)[8]*

Cod.: R f. 57' n. 128.

Ed.: G. Levi in: Arch. d. Soc. Rom. di storia patria IV (1881) p. 190 n. 1. — Jaffé Reg. 3152.

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS HINCMARO REMENSI, ANSEGISO SENONENSI ET RELIQUIS[a] PER DECEM GALLIARUM PROVINCIAS CONSTITUTIS.

Notum sit [fraternitati][b] omnium vestrum, quia omnes suffraganeos coepiscopos Burdegalensis ecclesię[9], eo quod sit viduata ministerio archiepiscopali, sub nostra

---

a) Karolum magnum *R.* b) mitteres at tagas *R.*

127. a) R *in corr. R.* b) *om. spatio relicto R.*

1) *Qua de re quasi certus esse papa videtur; sed spes eum fefellit.* 2) *Itaque non iam Trecas advenisse papa, nec terminus ibi synodo habendae fixus esse (cf. annot. 4) videtur. Ad initium igitur itineris, cum papa adhuc certam spem conveniendi cum omnibus regibus nutriret (cf. annot. 1) epistolam nostram, quam Ewald ad Iun.—Iul., Jaffé perperam ad Sept.— Oct. posuerunt, equidem referrem, cf. NA. XXXVI, 143.* 3) *Hodie 'Langres', 859—c. 880.* 4) *Haec videtur esse prima mentio termini synodi Trecensis. A Lugdunis enim papa, teste Hincmaro Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 140)* missos suos ad regem Hlodowicum Turonis misit mandans, ut ei obviam veniret, quo sibi commodum foret. Hlodowicus autem mittens obviam ei quosdam episcopos, petiit, ut usque Trecas veniret. *Quod responsum ad papam, antequam Cabillonum veniret (cf. annot. 5) et post d. 10. Iun. (cf. n. 113, p. 105 annot. 1, 2) pervenit. Cf. NA. XXXVI, 141 sq.* 5) *Hodie 'Chalon-sur-Saône', ubi plures iniurias passus est papa, cf. n. 143.* 6) *Hodie 'Marmagne (Bourgogne), arr. Semur, dép. Côte d'Or', medio fere itinere inter Cabillonum et Trecas situm.* 7) *'L'Auxois (arr. Semur et Avallon)'.* 8) *Haec epistola a Levi l. l. p. 180 mensi Septembri tributa, potius in itinere papae Trecas versus, cum Frotharius Bituricensis et prius Burdigalensis archiepiscopus eum adiret (cf. n. 104, p. 97 annot. 4) scripta esse videtur, cf. NA. XXXVI, 148 annot. 5.* 9) *Quam penitus desolatam ipso Iohanne annuente Frotharius archiepiscopus reliquerat ad Bituricensem ecclesiam transiens, cf. nn. 9, 13, 14, 38.*

tuitione ac defensione apostolica tamdiu retinemus, quoadusque Domino dispensante de predicta sede salubriter ordinemus. Unusquisque vestrum hanc epistolam fratri suo studeat transmittere, ut ad omnium possit pervenire notitiam.

DATA UT SUPRA.

128.

Iohannes VIII. papa Supponi comiti mandat, ut una cum Ansperto (Mediolanensi) et Wigbodo (Parmensi) episcopis cum duabus suis epistolis, quarum unam legant, Karolomannum regem adeat. *878 (Iul.)*

Cod.: *R f. 58 n. 129.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 377 n. 107. Mansi Conc. coll. XVII, 88 n. 107. Migne Patr. lat. CXXVI, 784 n. 138. — Jaffé Reg. 3166 (2387), Kehr Italia pontificia V, 415 n. 4.*

DILECTO FILIO SUPPONI GLORIOSO COMITI[1].

Primum quidem devotioni vestrę magnę gratias agimus, quia priorem fidelitatem, quam circa sanctam Romanam ecclesiam habueras, in sequentibus cotidiano labore opere admonstrare non desinis. Nos quoque prę omnibus vos diligentes vestris potius consiliis prę cunctis acquiescimus. Tantum vobiscum Anspertum[2] et Uibbodum[3] episcopos assumite et apud Karolummannum regem omnia nostra ordinabiliter ponite. Hoc tamen summopere cavete, ne aliqua fraudis[a] astutia decipiamur[b] et, quicquid ex hoc facitis, sub omni festinatione facere accelerate, michi tempus et locum[c] denuntiate, quoquo occurrere debeatis ad nos recolligendum; et ne forte aliqua dubietas animo[d] vestro insedeat, duas mandamus epistolas predicto regi[4], quarum unam[e] vos[f] legite, ut cognoscatis, quid continet, quam aut ipse deferas, volumus, aut per idoneum hominem vestrum transmittas, quia nos in hac terra stare non[g] possumus[5], nisi usque in kalendas Augustas[6], quia postquam in terram hanc venimus, cum Hludouuico rege loqui debemus. Festina quantotius, sicut solitus es, nostrę ecclesię causam peragere, ut apud Deum merces vestra copiose accrescat.

DATA UT SUPRA.

129.

Iohannes VIII. papa Liutberto archiepiscopo (Moguntino) iterum praecipit, ut filiabus Bosonis comitis et Ingiltrudis possessiones hereditario iure debitas reddat et contra Godefredi spurii vel aliorum contentiones defendat. *878 (Aug.)*[7]

Cod.: *R f. 58 n. 130.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 377 n. 108. Mansi Conc. coll. XVII, 88 n. 108. Migne Patr. lat. CXXVI, 786 n. 143. — Jaffé Reg. 3167 (2391).*

---

128. a) -is *in ras. R.* b) r *corr. ex* s *R.* c) -cum *add. supra lineam R.* d) -as anim- *in ras. R.* e) *add. supra lineam al. man. R.* f) *corr. ex* duos *al. man. R.* g) *in ras. R.*

1) *De quo cf. nn. 116, 121.* 2) *Mediolanensem.* 3) *Parmensem.* 4) *Quarum una videtur esse n. 90; cf. Dümmler l. l. III², 80 annot. 5, NA. XXXVI, 135.* 5) *I. e. Trecis, ubi iam quodam peracto tempore advenisse papa videtur; ad mensem Iulium igitur epistola referenda est.* 6) *Eundem terminum conveniendi cum Ludovico rege etiam in n. 91, p. 87 l. 5 nominat. Secundum Hincmarum vero (cf. Ann. ad a. 878 ed. Waitz p. 141) Ludovicus nonnisi* kalendis Septembris *Trecas advenit, quod aut in* kalendis Augusti *corrigendum, aut pro toto spatio inde a 16. usque ad 31. Augusti intelligendum est (cf. Waitz l. l. p. 135 annot. 2, p. 141 annot. 1), nam d. 18. Augusti papa* in presentia domni Ludoici serenissimi regis, in presenti concilio residentis apud Trecassinam urbem *privilegium quoddam (JE. 3179) dat, cf. Jaffé Reg. I², 402, Dümmler l. l. III², 80, Richter-Kohl 'Annalen d. d. Reichs' II, 452.* 7) *De causis ad Liutbertum pertinentibus Hincmarus archiepiscopus Remensis in synodo Trecensi cum papa collocutus est et epistolam ei direxit, teste Flodoardo in Hist. Remen. eccl. lib. III c. 21 (ed. MG. SS. XIII, 515):* exortans, ut litteras et missum papae benigne suscipiat et ad eum venire studeat. *Hae litterae videntur esse nostrae, quae igitur non mense Iun.—Iul., ut habent Jaffé et Ewald, sed mense Augusto in synodo vel paulo post scriptae esse videntur. Idem nuntius epistolas nn. 111, 130, 136, 137, 153 secum portasse videtur, cf. NA. XXXVI, 135 sq.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO LIUTBERTO ARCHIEPISCOPO[1].

Fraternitatem tuam recordari volumus, qualiter iam de proprietatibus[a] Bosonis et Ingiltrudis[2] tibi scripserimus[3] monentes, ut ipsas, quas vos alodum[b] dicitis, filiabus eorum sepe reclamantibus reddere deberitis; quoniam omnium legum auctoritate[4] legitimi filii sunt veri heredes, ut vestra bene noscit religiositas, iterumque hortantes monemus apostolicaque auctoritate expresse iubemus. Iam quia nostras litteras audire distuleras et super his hactenus respondere neglexeras[c], volumus, ut ad cor rediens ipsas sępe cf. Is. 46, 8.
reclamatrices virosque[d] earum aut homines ipsorum investire de iamdictis proprietatibus satagas et alios invasores similiter facturos nostra auctoritate excommunicando permoneas; 'quoniam iustus Dominus iustitiam dilexit et[e] equitatem vidit vultus eius'. Et Ps. 10, 8.
si forte spurius Godefredus aut alii, quibus ipsa mechans Ingiltrudis sine viri consensu quoquo modo donaverit, contendere voluerit, nostra apostolica auctoritate debeas illos excommunicare[f], donec reddiderint, quia sancientibus Iohanne[g] papa Romano et Iustiniano imperatore scriptum est[5]: Spurios satis iniuriosos satisque acerbos[h] et nostris temporibus semper indignos esse deiudicamus. Quapropter convenit reverentiam vestram illum semper monere. Porro hortamur, ut quoquo modo monuimus[i] compleas, quoniam si aliter feceritis, scias te[k] canonica damnandum censura[l].

DATA UT SUPRA.

130.

Iohannes VIII. papa Matfrido comiti praecipit, ut filiabus Bosonis comitis allodia, e quibus Ingiltrudis coniux illius adultera aliis quidquam dare nequivit, reddere non differat. *878 (Aug.)*[6]

Cod.: R f. 58' n. 131.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 378 n. 109 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 472 n. 39. Mansi Conc. coll. XVII, 89 n. 109. Migne Patr. lat. CXXVI, 787 n. 144. — Jaffé Reg. 3168 (2392).

MACTEFRIDO[a] ILLUSTRI COMITI.

Suggerentibus videlicet filiabus Bosonis nuper comitis et Ingiltrudis coniugis, proxime vestrę[7], audivimus, ut allodes suos vos invadentes tenere non formidetis. Super quo miramur, cum tantę sapientię vir hoc facere non erubescas[b]. Nonne scitis, quoniam in hereditate suscipienda omnibus cognatis preferendi sunt filii[c][8]? Illa vero[d] mechans alicui sine[e] consensu viri ex his aliquid dare nequivit omnium legum auctoritate. Unde vos monemus hortamur apostolicaque auctoritate iubemus, ut ipsas proprietates illis filiabus eorum reddere pro reverentia principum apostolorum, a[f] quibus per[g] me petiere[h] auxilium, minime differas, quoniam si aliter feceris, scias te canonica feriendum censura.

DATA UT SUPRA.

---

129. a) *corr. ex* proprietatis *R.* b) *in ras. R.* c) nec lexeras *R.* d) urosque *R.* e) *add. supra lineam R.* f) *verba* debeas — excommunicare *hic omissa sequuntur in fine epistolae post* censura *(l. 17) R, falso loco e margine introducta, cf. annot. l.* g) Iohes *R.* h) aceruos *R.* i) ut — monuimus *in ras. R.* k) et *R.* l) *sequitur* debeas illos excommunicare *R; cf. annot. f.*

130. a) -o *corr. ex* -us *R.* b) herubescas *R.* c) preferendi — filii *in ras. R.* d) *corr. ex* vere *R.* e) *corr. ex* sane *R.* f) i *R, del. al. man. R.* g) pro *R.* h) *in ras. R.*

1) *Moguntino, 863—89.* 2) *Cf. n. 111.* 3) *Cuius epistolae a. 872—73 nonnisi fragmentum superest, videlicet Append. n. 14, quod Jaffé (J. 2391) perperam ex nostra hac registri epistola sumptum esse censuerat, cf. Ewald NA. V, 296 et JE. 2969.* 4) *Cf. Iuliani Epitome novell. 109, 1 (393) ed. Haenel p. 134 sq., v. supra n. 111, p. 103 annot. 4.* 5) *Cod. Iust. 6, 57, 5 § 1 (ed. Krüger p. 285), cf. n. 111, p. 103 l. 21.* 6) *Cf. nn. 129, 111.* 7) *Pater quoque Ingiltrudis Matfridus appellabatur.* 8) *Cf. annot. 4.*

131.

Iohannes VIII. papa Romano a Ravennatibus electo de morte Iohannis archiepiscopi condolet; monet, ut ab omni simonia se abstineat et praesentes litteras Leoni episcopo (Gabinensi) Romam transmittat sibique de illo renuntiare curet. 878 (Nov.—Dec.)

Cod.: R f. 58' n. 132.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 393 n. 134. Mansi Conc. coll. XVII, 100 n. 134. Amadesi In antistitum Ravenn. chronotaxim etc. disquisitiones II (1783) p. 218 n. 5. Fantuzzi Monumenti Ravennati V (Venezia 1803) p. 239 n. 22. Migne Patr. lat. CXXVI, 812 n. 176. — Jaffé Reg. 3213 (2425), Kehr Italia pontificia V, 44 n. 123.

ROMANO LEVITĘ EGREGIO A RAVENNATIBUS[a] FIDELIBUS NOSTRIS ELECTO[1].

Litterarum tuarum[2], fili karissime, serie recepta et lecta, ubi Iohannem[b] Ravennatem archiepiscopum[c] obiisse audivimus, valde doluimus et, ut pro eo oretis cum vestris, hortamur[d]. Vestra videlicet electione unanimiter[e] facta gaudemus et, quia nos visitando misisti significans sanitatem nostrorum fidelium tuamque devotionem demonstrans, gratias agimus. Ceterum monentes indicimus, ut iam, qui annuente pastore summo ad tale opus electus es, quo pastor fias, vigila in eadem ecclesia, labora, nullę maiori minorique tam concivibus quamque aliis quibusquibus[f] personis aliquod[g] promissum facias, quoniam simoniacum est et hoc nobis nequaquam[h] celabitur; quod si feceris, per apostolos obtestantes te minime benedicemus. Inter hęc volumus, ut istam epistolam Leoni, venerabili misso episcopo[i][3] et apocrisiario, ceteris[que][k] Romanis transmissam ipsis presentaliter per vestrum legatum transmittite eundemque revertentem, si potes saltim, aut alium[l] cum illorum epistolis ad nos, dilecte, remitte, qui nostrum adventum certum iam vobis renuntiare poterit. Igitur etiam cupimus, ut pro amore horum nostrorum fidelium nostrorumque consiliariorum, Deusdedit videlicet et Iohannis gloriosorum ducum, res pro posse et homines salvetis et defendatis, occupatas hactenus integriter reddatis, quatinus, cuius utuntur servitio, eius[m] convenit ut fruantur defensionis auxilio.

DATA UT SUPRA.

132.

Iohannes VIII. papa Rostagnum Arelatensem archiepiscopum ad generalem synodum proxime celebrandam cum suffraganeis invitat. 878 (Mai. ex.—Iun. in.)

Cod.: R f. 59 n. 133.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 375 n. 103 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 471 n. 35. Mansi Conc. coll. XVII, 86 n. 103. Migne Patr. lat. CXXVI, 782 n. 132. — Jaffé Reg. 3154 (2381).

ROSTAGNO VENERABILI ARCHIEPISCOPO ARELATENSI.

Quia omnipotentis Dei miseratione universalem synodum sumus celebraturi in proximo[4], te omnesque tuos coepiscopos suffraganeos volumus auctoritate apostolica ammonemus expresseque mandamus ad hęc omni postposita occasione quantocius prę-

131. a) RAVENNATIS *R.* b) Iohanni *corr. in* Iohannes, *corr. in* Iohannem *al. man. R.* c) *corr. ex* archiepiscopo *al. man. R.* d) ortamur *R.* e) *corr. ex* unianimiter *R.* f) *sic R; secundum* quibus *in ras. R.* g) alio *R.* h) *corr. ex* nequa | qui *al. man. R.* i) *corr. ex* episcopos *R.* k) *om. R.* l) *corr. ex* talium *R.* m) eį *corr. ex* ei | us *R.*

1) *Cf. n. 95, eodem fere termino scriptam.* 2) *Quae non exstant, sed papae, cum in Italiam reversus esset, delatae esse videntur.* 3) *Gabinensi, tunc Urbis rectori, cf. n. 94.* 4) *I. e. d. 2. Iul. apud Lingonensem urbem; cf. n. 133, p. 117 annot. 4.*

sentare, exceptis eis obstaculis, quibus remorandi licentias sacri canones tribuunt[1]; alias, quod non optamus, quicumque se a tanto hac vice collegio subtraxerit, particeps de reliquo nostrę communionis[a] esse nullatenus valebit.

DATA UT SUPRA.

133.

Iohannes VIII. papa suffraganeos Rostagni Arelatensis archiepiscopi [et similiter aliarum provinciarum archiepiscopos] ad universalem synodum d. 2. Iul. apud Lingonensem urbem habendam invitat. *878 (Mai. ex.—Iun. in.)*

Cod.: R f. 59 n. 134.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 372 n. 98 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 469 n. 30. Mansi Conc. coll. XVII, 84 n. 98. Migne Patr. lat. CXXVI, 780 n. 128. — Jaffé Reg. 3155 (2377).

OMNIBUS VENERABILIBUS EPISCOPIS SUFFRAGANEIS COEPISCOPI ET CONFRATRIS NOSTRI ROSTAGNI[a] ARELATENSIS[2].

Notum sit omnium sanctitati, quia Domino opitulante pernecessariam universalem synodum sumus celebraturi, ad quam, mox vos prędictus archiepiscopus vester apostolatus nostri litteris convocaverit, omni postposita occasione obedientie[b] vicino gressu occurrere satagatis, quoniam, sicut in communi conventu gratia Christi duce paternis parentibus iussis erit exaltatio, ita, quod non optamus, subtrahentibus se ab hoc magno collegio est subsecutura confusio. Universalem synodum celebraturi[c] sumus[d] apud urbem Lingonensem[3] sexto nonas Iulias[e 4].

Otteramo archiepiscopo Viennensi[f 5], Aureliano archiepiscopo Lucdonensi[g 6], Rotberto archiepiscopo Aquensi[7], Teutrando archiepiscopo Tarentasiensi[8], Siquibbodo archiepiscopo Narbonensi[h 9], Aribberto archiepiscopo Eberdunensi[10].

DATA UT SUPRA.

134.

Iohannes VIII. papa Theodericum archiepiscopum Bisuntinum monet, ut cum legato suo praesentium latore, Deusdedit duce (Ravennati), ad se visitandum veniat, nec prius in ecclesia Lausannensi, ubi in electione antistitis contentio exorta sit, episcopum consecret. *878 (Mai. ex.—Iun. in.)*

Cod.: R f. 59 n. 135.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 378 n. 110 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 472 n. 40. Mansi Conc. coll. XVII, 89 n. 110. Migne Patr. lat. CXXVI, 788 n. 146. — Jaffé Reg. 3169 (2394).

---

a) communi *corr. in* communioni *R.*

133. a) RESTAGNI *R.* b) obedientiam *R.* c) *corr. ex* celeraturi *R.* d) Universalem — sumus *om. editiones inde a Sirmond.* e) Iunias *R; cf. annot. 4.* f) Viennense *R.* g) Lucdonense *R.* h) Narbonensie *R.*

1) *Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 76 (ed. Migne LXVII, 205) = Conc. Carthag. VI a. 401 can. 11.* 2) *Cf. n. 134.* 3) *Hodie 'Langres'.* 4) *Et nota temporis* sexto nonas *et itineris ratio in dubium revocare non sinunt, quin emendandum sit* sexto nonas Iulias; *cf. quae disserui in NA. XXXVI, 140 sq.* 5) *Cf. n. 117, p. 107 annot. 4.* 6) *'Lyon'; 875—c. 895.* 7) *'Aix'; c. 878—c. 885.* 8) *Cf. n. 117, p. 107 annot. 1.* 9) *Cf. n. 97, p. 91 annot. 1.* 10) *Cf. n. 80, p. 76 annot. 1.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO THEODERICO ARCHIEPISCOPO BISINCONENSI[1] CONFRATRI NOSTRO.

Igitur quia fraternitas tua apostolicę et universalis Dei ecclesię persecutiones audiens compati modis omnibus distulit nosque pro eo et cunctis aliis laborem sumentes quoquo modo visitare neglexit, satis miramur et ex parte turbamur, cum in te taliter cf. Prov. 18, 19. caritatem frigere cognoscimus. Nonne Veritas ait[a]: Si frater fratrem adiuverit, ambo cf. Prov. 17, 17. exaltabuntur, et Sapientia loquitur: Frater et amicus in laboribus comprobatur, et prędecessor noster Gelasius papa terrendo in suis decretalibus[2] episcopis parvipendentibus fratrum vexationes[3] scribit: Cur non passi estis? et reliqua? Quapropter[b] monemus, ut hactenus te neglegentem[c] pernoscas[d] et ad despectam[e] caritatem nichilominus postpositis[f] omnibus curis ad nos visitandos[g][4] una cum hoc[h] nostro misso[i] presentaliter venire satagas. Ceterum audivimus, quo et[i] auditu[k] dolemus, ut in ecclesia Lausannensi[l][5], quę sine patre nunc cernitur, sit orta contentio eiusque filiorum in electione antistitis sit[m] nefanda divisio[6]. Unde monemus per Deum patrem et filium et sanctum Spiritum obtestamur apostolicaque auctoritate expresse iubemus et interdicimus, ut, quoad ad commune eloquium nostrum pervenias, ibi episcopum neque iussu regis neque expetitu plebis consecrare pręsumas, quatinus, cum una locuti[n] fuerimus, auxiliante Deo cum communi consulto, quem utiliorem prȩviderimus, consecrare permittemus. Demum[o] quę hic scribere omisimus, huic legato[p] nostro Deusdedit[q] glorioso magistro militum et duci[7] consiliarioque nostro, ut[r] verbis dicat, indiximus[s]; quem benigne recipite et, quę vobis[t] ex nostra parte tulerit, indifferenter audite.

DATA UT SUPRA.

135.

Iohannes VIII. papa Bernardum comitem (marchionem Gothiae) ad placitum (Trecis habendum) cum sociis suis citat, ubi de accusationibus adversus Frotharium archiepiscopum Bituricensem agendum sit. *878 (Iun. ex.—Iul.)*

Cod.: R f. 59' n. 136.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 383 n. 115 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 487 n. 43. Mansi Conc. coll. XVII, 91 n. 115. Migne Patr. lat. CXXVI, 799 n. 155. — Jaffé Reg. 3170 (2403).

---

134. a) aut *R.* b) Qua- *add. supra lineam al. man. R.* c) *corr. ex* reg- *al. man. R.* d) -cas *corr. ex* -cat *al. man. R.* e) s *add. supra lineam al. man. R.* f) que *in fine del. al. man. R.* g) *corr. ex* visitando *al. man. R.* h) hic *R.* i) nostro redeas. Ceterum audivimus quo misso pręsentaliter venire satagas et *R; verba* misso pręsentaliter venire satagas, *in registro in margine, ut videtur, posita ad emendandum verbum* redeas, *a scriptore falso loco inserta sunt.* k) auditui *R.* l) Laozonnersi *R.* m) *add. supra lineam R.* n) *corr. ex* allocuti *al. man. R.* o) de muri *R.* p) -to *in ras. al. man. R.* q) dsdedi *R.* r) et *R.* s) et *(corr. in* ut *al. man.)* diximus *R.* t) *corr. ex* vos *R.*

1) *Hodie 'Besançon', 875—94.* 2) *Epist. ad orientales episcopos a. 495 (Decr. Ps.-Isid. ed. Hinschius p. 648), Jaffé Reg. 665 (399).* 3) *Similia leguntur in can. 4 syn. Trecen. (ed. Baluze Capitularia II², 274):* Ut episcopi nullo modo confratrum consacerdotumque suorum parvipendere audeant vexationes. *Cf. etiam n. 103, p. 96 annot. 4. — Sed nostra epistola haud dubio ante synodum collocanda est, cui Theodericus, de quo papa hic, quia non iam sibi occurrerit, queritur, affuit, cf. subscriptiones actorum (ed. Baluze Capitularia II², 275) et n. 159, p. 131 annot. 3.* 4) *Cum locus synodi non nominetur, ante condictum a Ludovico rege terminum (cf. n. 126, p. 113 annot. 4) collocari debet epistola nostra est et apte penes n. 117 similis argumenti, cf. NA. XXXVI, 143.* 5) *Hodie 'Lausanne', ubi Hartmannus episcopus d. 14. Aprilis 878 obiisse traditur, cf. Gallia christ. XV, 331.* 6) *Quae a. 880 adhuc exstitit, cf. n. 252.* 7) *Ravennati, qui una cum Iohanne duce comes itineris papae in Franciam et iam Arelate advocatus eius fuit in causa vertente inter eum et episcopum Nemausensem de monasterio s. Aegidii, cf. JE. 3176, 3179 et infra n. 197.*

BERNARDO COMITI[1].

Relatu videlicet hominis pontificio nostro nuntiatum est, quod Frotharius venerabilis episcopus[2] civitatem Beturicam inimicis vestri senioris domni Hludouuici gloriosi regis tradere maluerit, ideo illi ipsam contendere studueras. Ecce enim idem iamdictus episcopus nobis, nostro et filio, prefato regi gloriosissimo, super hoc reclamare studuit dicens se velle in omnibus tibi et tuis de universis iniectis contra tui et sui senioris infidelitatem iustitiam facere. Quapropter hortantes mittimus apostolicaque auctoritate iubemus, ut ad hoc placitum ad huncque conventum pręsentaliter venire satagas adducens tecum Girardum vicecomitem, Umbertum, Aguvarnum, Ingelbertum, super quos ipse reclamat, quatinus nunc coram nobis et coram sępedicto glorioso rege tam canonica censura quamque humanę legis sancitu inter vos, quid contra fas et ius factum fuerit, nichilominus finiatur.

DATA UT SUPRA.

136.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) regem rogat, ut cum Ludovico (III., iuniore) fratre ad colloquium, quod Trecis cum Ludovico (Balbo) rege habiturus sit, ipse veniat aut legatos mittat et locum conveniendi indicet. *878 (Aug.)*

Cod.: R f. 59' n. 137.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 384 n. 117. Mansi Conc. coll. XVII, 91 n. 117. Migne Patr. lat. CXXVI, 785 n. 140. — Jaffé Reg. 3172 (2389).

DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Quod pro pace et unitate sanctarum Dei ecclesiarum omniumque Christianorum [a Romana sede in partes Gallię venerimus][a], in priori[b] epistola[4], quam vestrę misimus dilectioni, significavimus. Glorię nichilominus vestrę uberes gratiarum laudes rependimus, quia nos vestra epistola[5] valde letificastis in hoc, quod dilectionem animi[c] vestri circa Romanam ecclesiam, sicut vestri parentes ac proavi habuerunt, habere ubertim significatis. Valde tamen miramur, cur ad nos legatos vestros non direxistis, sicut precati sumus. Quapropter quęso, fili carissime, ut ad nos ad colloquium, quod cum Hludouuico[6] rege, Karoli[7] imperatoris[d] filio, apud Trecas habituri sumus, si possibilitas non obsistit, venire acceleretis vel, si aliquo obstaculo prepedimini[8], ut non obtamus, strenuos legatos nobis[e] dirigite, per quos glorię vestrę omnia[f] secreta, quę animo nostro resident, fidenter mandare valeamus. Locum nobis simul nominetenus designate, quo frui vestro colloquio et germani vestri Hludouuici[9] gloriosi regis valeamus, quoniam de hac terra nullo modo regrediemur[g], priusquam Deo auxiliante percongrua et mutua vobiscum misceamus colloquia. Optamus gloriam vestram piis florere successibus[h].

---

136. a) *om. R; sed cf. n. 137, p. 120 l. 8.* b) *corr. ex* priorum *al. man. R.* c) *corr. ex* animus *al. man. R.* d) imperatoris regis *R.* e) nobi *R.* f) *in ras. al. man. R.* g) regrediemus *R.* h) Optamus — successibus *uncialibus litteris et minio, inscriptio vero sequentis epistolae simpliciter, sicut initium contextus, scripta sunt in R.*

1) *Marchioni Gothiae, paulo post in synodo Trecensi excommunicato (v. n. 142) et deposito, qui postea contra Ludovicum Balbum et filios rebellis exstitit; cf. Dümmler l. l. III², 113 sq. — Cf. nn. 142, 149, 155.* 2) *Qui aeque ad synodum citatur, cf. n. 149.* 3) *III., filio Ludovici Germanici, cf. nn. 43, 107.* 4) *N. 107.* 5) *Quae non superest.* 6) *Balbo.* 7) *Calvi.* 8) *Cf. n. 153, p. 128 annot. 4, ubi nostra et sequens epistola verbotenus quodammodo laudari videntur; unde aeque et illa et hae ad m. Augustum referri debent, cf. NA. XXXVI, 137.* 9) *III., iunioris.*

137.

Iohannes VIII. Ludovico (III. iuniori) regi litteras eiusdem tenoris ac Karolo fratri (n. 136) dirigit. *878 (Aug.)*

Cod.: R f. 60 n. 138.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 384 n. 118. Mansi Conc. coll. XVII, 92 n. 118. Migne Patr. lat. CXXVI, 786 n. 141. — Jaffé Reg. 3173 (2390).

DILECTO FILIO HLUDOUUICO GLORIOSO REGI[1].

Quod[2] pro pace et unitate sanctarum Dei ecclesiarum omniumque Christianorum a[a] Romana sede in partes Gallię venerimus, in epistola, quam glorię vestrę misimus[3], plenissime significare studuimus. Nescimus tamen, quo tempore ad vos pervenit et de eo[b] quare nobis non dedit dilectio vestra responsum. Quapropter quęso, fili carissime, ut ad nos[c] ad colloquium, quod cum Hludouuico rege, Karoli imperatoris filio, apud Trecas habituri sumus, si possibilitas non obsistat, venire acceleretis vel, si aliquo obstaculo prepedimini, ut non optamus, strenuos legatos nobis dirigite, per quos glorię vestrę, quę animo nostro resident, fidenter mandare valeamus. Locum nobis simul nominetenus designate, quo frui vestro colloquio et germani vestri Karoli gloriosi regis valeamus, quoniam de hac terra nullo modo regrediemur, priusquam Deo auxiliante percongrua et mutua vobiscum misceamus colloquia.

DATA UT SUPRA.

138.

Iohannes VIII. papa Theoderico archiepiscopo (Bisuntino) et Ysaac episcopo (Lingonensi) mandat, ut filium Wiperti comitis ob depraedationes cum malefactoribus in terris patris et senioris eius factas excommunicent. *(878 Sept.)*[4]

Cod.: R f. 60 n. 139.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 394 n. 135. Mansi Conc. coll. XVII, 101 n. 135. Migne Patr. lat. CXXVI, 813 n. 179. — Jaffé Reg. 3214 (2428).

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS THEODERICO ARCHIEPISCOPO[5] ET YSAAC EPISCOPO[6].

Noverit vestra religiositas, quia Uuipertus comes[7] reclamans pontificio nostro retulit, quod quidam sui homines malefactores suum filium sustulerint et cum eo terram predaverint. Quapropter dirigimus, ut nostra apostolica auctoritate illos excommunicetis, quoad[a] relictis talibus depredationibus ad patrem et seniorem redeant et pacifice vivant.

DATA UT SUPRA.

139.

Iohannes VIII. Hugonem comitem monet, ut iniurias et depraedationes hominum suorum emendet. *(878.)*

Cod.: R f. 60 n. 140.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 394 n. 136. Mansi Conc. coll. XVII, 101 n. 136. Migne Patr. lat. CXXVI, 814 n. 150. — Jaffé Reg. 3215 (2429).

---

137. a) *add. supra lineam R.* b) o *corr. ex* u *al. man. R.* c) ad nos ut *R; sed cf. p. 119 l. 27.*
138. a) qd *R.*

1) *III., iuniori, filio Ludovici Germanici.* 2) *Cf. epistolam praecedentem n. 136 eiusdem, ut videtur, diei ac verbotenus fere consonantem.* 3) *N. 88.* 4) *Haec epistola una cum n. 159 delata esse videtur, cf. NA. XXXVI, 149 annot. 7.* 5) *Bisuntino, cf. n. 134, p. 118 annot. 1.* 6) *Lingonensi, cf. n. 126, p. 113 annot. 3.* 7) *Wigberti cuiusdam comitis mentionem faciunt Ann. Fuld. ad a. 882 (ed. Kurze p. 98), eiusdem vel alii Wicberti comitis mortem manu Hugonis, filii Lotharii II., refert Regino in Chron. ad a. 883 (ed. Kurze p. 121).*

UGONI GLORIOSO COMITI[1].

Referente videlicet hoc viro . . . .[a] nomine audivimus, quod[b] vestri homines, maxime Conterius, suos equos tollentes suas mansiones prędassent. Quapropter hortantes monemus, ut pro apostolorum reverentia et nostro amore, [sicut][c] petiit, iustitiam illi facere satagatis. Ita agat in hoc vestra nobilitas, ut[d] acturam credimus, ut et ipsi malefactores[e]* excommunicentur, quia nos tale[f] nefas, ut non ulciscatur, demittere nequimus.

DATA UT SUPRA.

140.

Iohannes VIII. papa Hugonem, Theodericum, Bernardum nobiles regni Francorum monet, ne foedus amicitiae cum Bosone factum ullo fraudis ingenio avelli sinant.

(878.)

Cod.: R f. 60' n. 141.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 394 n. 137 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 489 u. 48. Mansi Conc. coll. XVII, 101 n. 137. Migne Patr. lat. CXXVI, 814 n. 181. — Jaffé Reg. 3216 (2430).

HUGONI[2], TEUTDERICO[3] ET BERNARDO[4] ILLUSTRISSIMIS REGNI FRANCORUM[5].

Fretus vestra ingenuissima nobilitate atque obedientia, quam propter Deum nobis condigne debetis, dilectissimum filium nostrum Bosonem[6], vestrum unanimem fratrem et amicissimum, ut insolubile vinculum caritatis fędusque amicitię, quod coram Deo cf. Os. 11, 4.
vicissim conligastis, moneo, hortor, nulla hominum male loquentium lingua, nullo cuiuslibet fraudis ingenio possit vel in modico quoquomodo[a] avelli, sed Domino auxiliante dilecti filii nostri Hludouuici[7] regis[b] erga eum immobilem et tranquillum semper servetis et omnia sua salva atque pacifica conservate, quoniam pro his ab omnipotente Deo et beato Petro apostolo futurę vitę mercedem et a nobis et ab[c] illo[d] fidelissimas[e] amicitiarum recipietis sine dubio retributiones.

DATA UT SUPRA.

141.

Iohannes VIII. papa Vulgario monacho praecipit, ut Walperto (Portuensi) episcopo, qui eum a proprio episcopo per dimissoriam acquisiverat, tamquam proprio pastori obediat.

(878.)

Cod.: R f. 60' n. 142.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 395 n. 138 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 490 n. 49. Mansi Conc. coll. XVII, 102 n. 138. Migne Patr. lat. CXXVI, 814 n. 182. — Jaffé Reg. 3217 (2431).

---

*) *R. in marg. add. man. correctoris R; cf. n. 139 annot. e.*

139. a) *nomen deest spatio relicto in R, aut quia in minuta deerat aut quia a scriptore legi minus potuit, cf. NA. XXXVI, 116 annot. 4.* b) *corr. ex* qui *al. man. R.* c) *om. R.* d) *corr. ex* et *al. man. R.* e) ne, *corr. in* n̄ (= non) *al. man., add. R.* f) *corr. ex* tule *al. man. R.*

140. a) *iterum sequitur* possit, *del. al. man. R.* b) *excidit* animum, *sicut priores editiones suppleverunt, vel simile quid R.* c) *add. supra lineam al. man. R.* d) *corr. ex* illos *al. man. R.* e) a *corr. ex* o *al. man. R.*

1) *Verisimiliter et hic abbas ille s. Germani et s. Martini, qui pluribus quoque comitatibus praeerat, intelligendus est, cf. nn. 105, 123.* 2) *Abbati s. Germani; cf. nn. 105, 123, 139.* 3) *Comiti Augustodunensi et camerario regio.* 4) *Comiti Arverniae, cf. p. 122 annot. 11.* 5) *Cf. de hac epistola Dümmler l. l. III², 99.* 6) *Quem Trecis sibi principalem in Italiae et ecclesiae negotiis adiutorem adscivit, cf. nn. 102, 110, 121, 122.* 7) *Balbi.*

UULGARIO MONACHO[a].

Denique Treca positi[1] per nosmetipsos cognovimus, qualiter Uualpertus episcopus[2], devotus[b] filius noster, te a proprio episcopo atque abbate per dimissoriam[3] adquisivit, tua potius interveniente petitione. Quapropter convenit tibi ex die illo et deinceps tamquam proprio[c*] obędire eumque ut proprium pastorem sequi non pretermittas, quia, quod non optamus, si aliter feceris, vinculum excommunicationis super te rationabiliter extendemus.

DATA UT SUPRA.

142.

Iohannes VIII. papa Bernardum (marchionem Gothiae) anathematis vinculo innodat. (Trecis) 878 (Sept.)[4]

Cod.: R f. 60' n. 143.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 385 n. 120 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 487 s. n. Mansi Conc. coll. XVII, 93 n. 120. Migne Patr. lat. CXXVI, 800 n. 156. — Jaffé Reg. 3191 (2404).

Bernardum[5] sacrilegum, filium Bernardi[6] et Belihildis[7], sacrarum rerum ecclesiasticarum pervasorem regieque a Deo ordinate potestati contradictorem, a proprio archiepiscopo Frothario[8], cui et civitatem et omnia quę habuit sustulit[9], tertio vocatum[a], a nostra autem apostolica auctoritate bis[10] et a regia sublimitate semel revocatum, venire nolentem et in pertinacia sua permanentem, qui etiam ab hominibus suis sacramentum damnabile et damnandum blanditiis et terroribus tyrannice[b] contra divina et humana iura extorsit, a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi alienum decernimus et ab omni Christianorum societate separamus[c], usque dum ad[d] condignam satisfactionem emendaturus accedat[e]. Quodsi nec hoc emendaverit et ea, quę rex ab eo communi iudicio suorum fidelium abstulit[11], violenter tenere et fidelibus suis in hoc refragare temptaverit, anathematis vinculo[f] sancti Spiritus innodamus. Quicumque autem ei contra hanc excommunicationem communicaverint aut consenserint, nos prohibere non possumus, ut, qui excommunicatis communicaverint, non pari excommunicationi[g] subiaceant[12].

143.

Iohannes VIII. papa civibus Cabillonensibus, qui ei equos suos latrocinanter abstulerant, et Adowardo presbytero ob furtum scutellae argenteae s. Petri in monasterio Flaviniacensi commissum excommunicationem comminatur. 878 (Aug.?)

Cod.: R f. 61 n. 144.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 372 n. 97 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 468 n. 29. Mansi Conc. coll. XVII, 83 n. 97. Migne Patr. lat. CXXVI, 780 n. 127. — Jaffé Reg. 3153 (2376).

---

*) ·R· *in marg. add. man. correctoris R.*

141. a) MANACHO *R.* b) de- *add. supra lineam al. man. R.* c) propriam *R; excidit fortasse* episcopo.

142. a) *hucusque litteris q. v. uncialibus et minio sicut superscriptiones R.* b) c *in ras. R.* c) -aramus *in ras. R.* d) d *in ras. R.* e) *primum* c *corr. ex* e *R.* f) o *in ras. R.* g) excommunicatione *corr. ex* -nes *R.*

1) *Scil. in synodo mense Augusto.* 2) *Portuensis (876—83), qui adfuit synodo Trecensi (cf. subscriptiones ap. Baluze Capitularia II², 275).* 3) *I. e. epistolam, qua 'clerici ab episcopis impetrabant, ut in alienam dioecesim transirent et in ea manerent', v. Du Cange Gloss. s. v., MG. Formulae ed. Zeumer p. 218, 383 'litterae formatae'.* 4) *Eodem fere tempore haec excommunicatio lata esse videtur ac Hugonis et Emmenonis, fratris Bernardi, cf. n. 98, p. 92 annot. 3 et NA. XXXVI, 149 annot. 8.* 5) *Marchionem Gothiae.* 6) *Comitis Cenomannensis († 844).* 7) *Filiae Roriconis comitis, cf. Hincmari Ann. ad a. 865 (ed. Waitz p. 75).* 8) *Bituricensi.* 9) *Cf. nn. 135, 149, 155.* 10) *Quarum citationum altera videtur esse n. 135, altera forte n. 155, licet in hac Bernardus ab iniuriis tantum dissuadeatur nec expressis verbis ad synodum vocetur.* 11) *Cf. Hincmari Ann. ad a. 878 (ed. Waitz p. 144):* Hlodowicus rex .... dispertitus est honores Bernardi Gothiae markionis per Theodericum camerarium et Bernardum comitem Arverniae et per alios secrete dispositos. 12) *Cf. c. 7 conc. Carthag. a. 390 (ed. Mansi III, 694).*

Omnibus episcopis, comitibus et cuncto populo Christiano notum sit[a], quia, dum pro pace et unitate sanctarum[b] Dei ecclesiarum in Gallias venissemus[1], apud Cavillonem[2] civitatem ad iniuriam sanctorum[c] apostolorum Petri et Pauli et nostram multam inhonorationem sustinuimus. Inter quę equi nostri nocturno silentio nostris hominibus secure quiescentibus a concivibus predicte civitatis latrocinanter furati sunt. Quapropter nos, qui secundum officium ministerii nostri pullulantia[d] vitia gladio spiritali resecare mature debemus, hoc malum cęlesti mucrone percutimus, ita ut, nisi predicti ęqui et alia furta[e] nostris hominibus intra tertium diem reddita fuerint, prędictos fures cum omnibus consentaneis suis, eo quod latronibus latebras[f] prębeant, et excommunicabimus et anathemati submittemus. Inter hęc Adouuardum presbyterum, qui nobis in monasterio Flaviniaco[3] ministravit, cuius homines scutellam argenteam sancti Petri, nescio utrum consensu illius an non, furati sunt, pro sacrilegio furti similiter excommunicamus et pari sententia[g] ut supra, nisi eam reddiderit, constringimus.

DATA UT SUPRA.

144.

Iohannes VIII. (Ansperto) Mediolanensi et (Romano) Ravennati archiepiscopis et suffraganeis eorum praecipit, ut, quotiens eos vel successores eorum Iohannes episcopus Papiensis vel eius successores pro emergentibus causis eximendis vocaverint, simul convenire non differant. *878 (Dec.?)*

Cod.: R f. 61' n. 145.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 395 n. 139. Mansi Conc. coll. XVII, 102 n. 139. Migne Patr. lat. CXXVI, 815 n. 183. — Jaffé Reg. 3192 (2432), Kehr Italia pontificia V, 44 n. 122.

OMNIBUS SANCTISSIMIS ET REVERENTISSIMIS CONFRATRIBUS ET COEPISCOPIS TAM MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO[4] CUM SUIS SUFFRAGANEIS QUAM RAVENNATI[5] NICHILOMINUS[a] CUM SUFFRAGANEIS SUIS.

Scriptum etenim est: 'Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum', et in evangelio: Ps. 88, 8.
'Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum', et item: Matth. 18, 20.
'Si frater fratrem adiuvaverit[b], ambo consolabuntur.' His auctoritatibus fulti vestrę Prov. 18, 19.
omnium sanctitati mandamus et apostolica auctoritate iubemus, ut, quotiens[c] confrater et coepiscopus[d] noster Iohannes Ticinensis[6] et per eum sui[e] successores vos[f] vestrosque vocaverint pro emergentibus questionibus eximendis[g], continuo beato Petro apostolo obędientiam exhibentes[h] simul convenire non differatis[7], quatinus Redemptoris nostri gratia discussis animositatibus vitiisque purgatis in tranquillitate pacis ecclesia constituta glorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum. Sacerdotum levitarumque iudicia, quandocumque necesse[i] fuerit, cum predicto episcopo tamquam proprii episcopi

---

143. a) *hucusque characteribus uncialibus et minio sicut superscriptiones R; cf. NA. XXXVI, 107 annot. 7.* b) *corr. ex* sanctorum *R.* c) sanctor- *in ras. R.* d) *corr. ex* pullantia *al. man. R.* e) furto *R.* f) t *corr. ex* c *al. man. R.* g) sentia *R.*

144. a) NICHLOMINUS *R.* b) t *in ras. R.* c) vos *add. R; cf. annot. g.* d) u *corr. ex* o *al. man. R.* e) *corr. ex* suis *R.* f) vos *hic omissum sequitur post* quotiens *(l. 28), falso loco e margine introductum; cf. annot. c.* g) *corr. ex* eximendi *al. man. R.* h) exibentes *R.* i) nec cesse *R.*

1) *Prima haec verba penitus fere cum initio ep. n. 137 (cf. etiam n. 136) concordant, et ideo haud longo tempore una ab altera epistola distare videtur, cf. NA. XXXVI, 139.* 2) *Hodie 'Chalon-sur-Saône', ubi papa Trecas proficiscens in itinere medio mense Iunio constitit; cf. n. 126, p. 113 annot. 4.* 3) *'Flavigny', dioc. Augustodunensis.* 4) *Ansperto.* 5) *Romano, qui tunc forte consecrationem iam acceperat; cf. n. 131.* 6) *I. e. Papiensis, hodie 'Pavia', 874—79.* 7) *Haec, quae a solito quodammodo abhorrent, papam statuisse opinor, cum Papiae, e Francia reversus, synodum ipse convocare frustra conatus esset, cf. nn. 103, 147 et NA. XXXVI, 150 annot. 2.*

decernite ac diffinite, freti nostra omnimodis apostolica auctoritate, quia onera[a] nostra vobiscum partiendo[b] reliqua tolerabilius sufferre valebimus. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

DATA UT SUPRA.

145.

Iohannes VIII. papa Iohanni episcopo Papiensi praecipit de quodam raptu in nuptam perpetrato. *878 (Dec.?)*

Cod.: R f. 61' n. 146.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 396 n. 140. Mansi Conc. coll. XVII, 102 n. 140. Migne Patr. lat. CXXVI, 815 n. 184. — Jaffé Reg. 3193 (2433).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO IOHANNI VENERABILI EPISCOPO TICINENSI[1].

Denique Ragibertus quidam[a] nomine, Iudex cognomento, coram nobis veniens questus est super Gotfredum, filium[b] quondam[c] Iohannis comitis palacii[d], et Iselbertum subdiaconem atque Heribaldum notarium, filium Garibaldi[2], eo quod filii[e] sui[f] legaliter sibi[e] nuptam Gausildam nomine contra canonum et legum auctoritatem[g 3] [per][h] vim et per forciam[i] abstulerunt, calcato illo precepto, quod Dominus ait: 'Quod Deus coniunxit, homo[k] non separet.' (Matth. 19, 6.) Quapropter apostolica adhortatione zelum tui[l] sacerdotii ad[m] hortamen caritas Dei accendat et quasi[n] tuba exalta vocem tuam et iniquis[o] iniquitatem (cf. Is. 58, 1.) suam annuntiare non cesses, ne[p] sanguis eorum de manibus tuis requiratur, predictosque (cf. Ezech. 3, 18.) transgressores[q] omni Christiana communione privare non differas, donec legaliter[r] emendent, quod nequiter perpetrare[s] ausi sunt. Quodsi te audire neglexerint, perpetuo eos anathemate esse[t] decernimus.

DATA UT SUPRA.

146.

Iohannes VIII. papa Iohanni episcopo Papiensi mandat, ut epistolam suffraganeis episcopis Ravennatis ecclesiae directam, ad synodum Papiae celebrandam eos vocantem, cito mittere procuret. *878 (Nov. ex.)*

Cod.: R f. 61' n. 147.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 396 n. 141. Mansi Conc. coll. XVII, 103 n. 141. Migne Patr. lat. CXXVI, 806 n. 167. — Jaffé Reg. 3203 (2416).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO IOHANNI PAPIĘ EPISCOPO.

Sanctitati tuę notum fieri volumus, quod[a] nunc Taurinensi in[b] civitate consistimus[4]. Ceterum dirigimus, ut continuo omni[c] occasione[d] postposita nobis[e] venire ne differatis

a) honera *R.* b) *corr. ex* parciendo *al. man. R.*

145. a) i *in ras. R.* b) m *corr. ex* s *al. man. R.* c) quod *R del. al. man.* d) palaci *R.* e) legaliter sibi filii sui nuptam *R.* f) *excidisse videtur* coniugem *vel* uxorem *R.* g) *corr. ex* auctoritate *R.* h) *om. R.* i) fornaciam *R.* k) *inter* o *et* m *litt. eras. R.* l) *corr. ex* tuis *R.* m) *supra lineam add. al. man. R.* n) -si *in ras. R.* o) -is *in ras. al. man. R.* p) *corr. ex* nec *R.* q) transgressoris *R.* r) *corr. ex* legater *al. man. R.* s) *corr. ex* perpetrari *al. man. R.* t) *excidisse videtur* feriendos *aut simile quid R.*

146. a) eo quod, quod *corr. ex* qui *al. man. R.* b) te *R.* c) anni *R.* d) occursione *R.* e) nostram *R.*

1) *Cf. n. 144. De tempore ibid. annot. 7.* 2) *De quibus omnibus, etiam de Iohanne comite palatino (cf. Ficker 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' I, 313 § 170), nullas alias habemus notitias, cf. Robolini 'Notizie appartenenti alla storia della sua patria' II (Pavia 1826) p. 37 annot. 2.* 3) *Cf. c. 11 conc. Ancyran. a. 314 (ed. Mansi II, 518).* 4) *Hodie 'Torino', ubi papa d. 24. Novembris advenerat; cf. n. 147.*

obviam[a]. Vide, ne ab alicuius decipiaris instinctu fortasse, quę minime credimus, pro parte[b] Mediolanensis archiepiscopi[1], quoniam specialiter[c] noster es et manualis[d], quia de nullius nisi nostra dicione consistis[2], epistolamque[e] suffraganeis episcopis Ravennatis[f] ecclesię, — hi sunt: Paulo Placentinę[3] et item Paulo Regio[4] atque Leuduino Modonensi[5], — cum celeritate mittere procuretis, ut[g] statuto die Papiam[h] veniant[i], quatenus de sanctarum[k] ibi[l] Dei ecclesiarum et communi atque universali salute tractare valeamus.

DATA UT SUPRA.

147.

Iohannes VIII. papa Wigbodo Parmensi, Paulo Placentino, Paulo Reginensi, Liudoino Mutinensi episcopis adventum suum Taurini d. 24. Novembris annuntiat; ad synodum Papiae die 2. Decembris celebrandam eos citat. *878 (Nov. ex.)*

Cod.: *R f. 62 n. 148.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 397 n. 142. Mansi Conc. coll. XVII, 103 n. 142. Migne Patr. lat. CXXVI, 806 n. 166. — Jaffé Reg. 3202 (2415), Kehr Italia pontificia V, 416 n. 5.*

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS UUIBBODO VENERABILI EPISCOPO PARMENSI ET PAULO PLACENTINO ET PAULO REGENSI ET LIUDOINO MUTINENSI EPISCOPIS[6].

Sanctitatem vestram scire cupimus, quoniam octavo kalendas Decembris Taurinium venimus, inde Deo duce Papiam veniemus et ibi synodum pro statu Dei ecclesiarum celebrabimus. Quapropter mittimus apostolicaque auctoritate expresse iubemus, ut quarto[a] nonas Decembris ibi omni occasione remota ad synodum esse debeatis. Et qui primo hanc epistolam legerit, alio sub omni festinatione transmittat[b]. Videte, ne aliter faciatis, quoniam, si aliter feceritis, canonico[c] feriemini vigore.

DATA UT SUPRA.

148.

Iohannes VIII. papa praecipit, ne quis possessiones abbatiae s. Augentii auferre praesumat. *(878.)*

Cod.: *R f. 62 n. 149.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 397 n. 143. Mansi Conc. coll. XVII, 103 n. 143. Migne Patr. lat. CXXVI, 816 n. 185. — Jaffé Reg. 3194 (2434).*

OMNIBUS FIDELIBUS ECCLESIĘ.

Sollicitudinem omnium ecclesiarum nos habere oportet et singulorum causas ęquitatis iudicio allevare. (cf. 2. Cor. 11, 28.) Quapropter, cum de omnibus agere hęc eadem convenit, pręcipimus atque presenti decreto sancimus, ut de abbatia sancti Augentii[7], quam dive memorię Karolus[a] imperator fideli suo et filio ecclesię nostrę Ans . . . .[b] iure beneficiario[c] tribuit[8], nullus de ipsis rebus aliquid iniuste auferre presumat nec prędicto

---

a) obia *R.* b) *corr. ex* patre *R.* c) *corr. ex* speciali *al. man. R.* d) *corr. ex* manualiis *R.* e) ut epistolam quam *R; cf. annot. g.* f) Ravennati *R.* g) ut *hic omissum sequitur post* consistis *(l. 3) R, falso loco e margine introductum; cf. annot. e.* h) Papia *R.* i) a *corr. ex* e *al. man. R.* k) *corr. ex* sancta *al. man. R.* l) item *R del. al. man.*

147. a) quartas *R.* b) *corr. ex* transmittas *al. man. R.* c) *corr. ex* canonio *al. man. R.*

148. a) Ka- *in ras. R.* b) an̄s, ns *in ras. al. man. R, cf. NA. XXXVI, 116 annot. 4.* c) bene faciario *R.*

1) *Ansperti, qui etiam ad Trecensem synodum venire omiserat.* 2) *Papiensis ecclesia Romanae sedi nullo medio suberat.* 3) *Hodie 'Piacenza', 870 — c. 882.* 4) *Hodie 'Reggio d'Emilia', 878 — 81.* 5) *Hodie 'Modena', 871—93. — De suffraganeis Ravennatis ecclesiae cf. Kehr Italia pontificia V, 15 sq.* 6) *Cf. n. 146.* 7) *Verisimiliter* s. Eugendi, *'S. Oyan-de-Joux', hodie 'St. Claude', dioc. Lugdunensis; de quo cf. Benoit 'Histoire de l'abbaye de St. Claude' (Montreuil 1890).* 8) *Diploma Karoli Calvi de monasterio s. Eugendi non exstat, dua privilegia Karoli Magni spuria sunt, saec. XI. confecta, cf. MG. Dipl. Kar. I n. 301. 302.*

episcopo et monachis ipsius loci aliquam inde distrahendo illicitę inferre molestiam. Quod si quis abhinc agere pręsumpserit[a], separetur a communione fidelium ecclesię; quodsi pertinaciter persstiterit et emendare noluerit, iudicio sancti Spiritus anathematis[b] vinculo feriatur.

DATA UT SUPRA.

149.

Iohannes VIII. papa Frotharium archiepiscopum Bituricensem a Bernardo comite (marchione Gothiae) infestatum Trecas, ubi Ludovici (Balbi) regis adventus expectatur, ad synodum celebrandam venire iubet. *878 (Iun. ex.—Iul.)*

Cod.: R f. 62 n. 150.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 375 n. 104 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 471 n. 36. Mansi Conc. coll. XVII, 87 n. 104. Migne Patr. lat. CXXVI, 783 n. 134. — Jaffé Reg. 3171 (2383).

FROTERIO[a] VENERABILI EPISCOPO BITURGENSI[b] [1].

Auditis[c] denique deploratione[d] atque angustia litteris tuę fraternitatis, quę vobis ab hominibus Bernardi comitis sunt illata, recens dolor priori[e] est augmentatus et, quod tibi sedis tuę aditus[f] clausus, michimetipsi id reputo. Hortamur interim dilectionem tuam patienter sufferre et ad Trecas cum confratrum coepiscoporumque nostrorum collegio dioceseos tuę ad synodum Domino cooperante celebrandam quantocius properare. Hludouuici[2] regis amantissimi filii nostri adventum prestolamur[g] cotidie inhianterque desideramus. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

DATA UT SUPRA.

150.

Iohannes VIII. papa universis episcopis regni Ludovici (Balbi) respondet de indulgentia, quam possint consequi illi, qui cum pietate catholicae religionis in belli certamine adversus paganos ceciderint. *(878.)*

Cod.: R f. 62' n. 151.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 398 n. 144 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 490 n. 50. Mansi Conc. coll. XVII, 104 n. 144. Migne Patr. lat. CXXVI, 816 n. 186. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 197. — Jaffé Reg. 3195 (2435).

OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS VENERABILIBUS COEPISCOPIS[a] PER TOTUM REGNUM[b] KARISSIMI FILII MEI LUDOICI REGIS[c] [2].

Quia veneranda fraternitas vestra modesta interrogatione sciscitans[d] quęsivit, utrum hi, qui pro defensione sanctę Dei ecclesię et pro statu Christiane religionis ac rei publicę in bello nuper ceciderunt aut de reliquo pro eadem[e] re casuri sunt, indulgentiam possint consequi delictorum, audenter Christi Dei nostri piętate respondemus[f], quoniam illi, qui cum pietate catholicę religionis in belli certamine cadunt, requies eos ęternę vitę suscipiet contra paganos atque infideles strenue dimicantes, eo quod Dominus per prophetam
Ezech. 18,21–22. dignatus est[g] dicere: 'Peccator quacumque hora[h] conversus fuerit, omnium iniquitatum

a) -rit *corr. ex* -rint *al. man. R.* b) *corr. ex* anathemtis *al. man. R.*

149. a) FRUCTERI *R.* b) G *add. supra lineam R.* c) -is *in ras. R.* d) *corr. ex* deplaratione *R.* e) *corr. ex* prioris *R.* f) *corr. ex* auditus *R.* g) prostolamur *R.*

150. a) QUOEPIS *R.* b) N *add. supra lineam nigro atramento R.* c) KARISSIMI—REGIS *simpliciter et nigro atramento ut initium contextus scriptum R; cf. NA. XXXVI, 107 annot. 6.* d) sci- *in ras. R.* e) ea de *R.* f) respondimus *R.* g) *corr. ex* es *al. man. R.* h) ora *R.*

1) *De re cf. nn. 135, 142, 155.* 2) *Balbi.*

illius non recordabor amplius', et venerabilis ille latro in una confessionis voce de cruce cf. Luc. 23, 43. meruit paradysum; Manasses quoque impurissimus[a] quondam[b] rex captus carcerique cf. 2. Par. 33. artissimo religatus ibi pęnitentiam agens cum perfectione indulgentię etiam regni pristini propter Domini misericordiam, quia inmensa est circa genus humanum, adeptus est solium. Nostra prefatos mediocritate[c], intercessione beati Petri apostoli, cuius potestas ligandi cf. Matth. 16, 19. atque solvendi[d] est in cęlo et in terra, quantum fas est, absolvimus pręcibusque illos Domino commendamus. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere.

DATA UT SUPRA[1].

151.

Iohannes VIII. papa Wifredum Vinciensem episcopum, qui cum excommunicatis communicaverat, omni officio privat, donec ad se cum illis accesserit. *878.*

Cod.: *R f. 62' n. 152.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 398 n. 145 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 490 n. 51. Mansi Conc. coll. XVII, 104 n. 145. Migne Patr. lat. CXXVI, 816 n. 187. — Jaffé Reg. 3196 (2436).

UUIFREDO[a] VENERABILI EPISCOPO[b] SANCTE VINCIENSIS ECCLESIĘ[2].

Auctoritate domini nostri Iesu Christi et sancti Petri apostolorum principis nostrique apostolatus, quia cum excommunicatis communicasti, ut littere tuę manifestant[3], omni te missarum celebratione privamus, donec in nostram cum eisdem hominibus occurras pręsentiam[4], et si, quod non optamus, amplius pręsumptor[c] extiteris, denuntiamus te omni sacerdotio fore nudandum[d].

DATA UT SUPRA.

152.

Iohannes VIII. papa Odoni (1.) episcopo Bellovacensi mandat, ne homines quosdam, quorum instigatione puer necatus erat, peracta poenitentia ad ecclesiasticos ordines provehere differat. *(878.)*

Cod.: *R f. 63 n. 153.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 399 n. 146 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 490 n. 52. Mansi Conc. coll. XVII, 105 n. 146. Migne Patr. lat. CXXVI, 817 n. 188. — Jaffé Reg. 3197 (2437).

ODONI[a] VENERABILI EPISCOPO BELVACENSI[b][5].

Relatu didicimus quorundam monachorum sancti Dionisii cęnobii[c][6], quod quidam pueri inpuberi adhuc ętate inter se rixantes hominum illorum instigatione unus ex illis est interemptus. Quapropter mandamus, ut, si inculpabiles post peractam pęnitentiam legitimi vigoris secundum canones reperti fuerint, gradatim ad ecclesiasticos ordines eos provehere non differas, servatis in omnibus patrum regulis et canonum institutis.

DATA UT SUPRA.

---

a) -mus *corr. ex* -mum *al. man. R.* b) *corr. ex* condam *al. man. R.* c) *corr. ex* mediocritas *al. man. R.* d) solveldi *R.*

151. a) UTIFREDO *R.* b) EPISCO *R.* c) -tor *corr. ex* -tos *al. man. R.* d) nudadum *R.*

152. a) HADONI *R.* b) V *corr. ex* B *R.* c) *corr. ex* cęnobio *al. man. R.*

1) Data IV. idus Iunias ind. 11 *praebet Fejér, ad notas temporum epistolae n. 113 sese referens, cf. NA. XXXVI, 128 annot. 1.* 2) *Hodie 'Vence'. — Wifredus hic videtur esse successor Waldenis illius, quem initio anni una cum adversario suo Romam citaverat papa (cf. n. 80). — V. Gallia christ. III, 1216.* 3) *Quae non exstant.* 4) *Ad synodum Trecensem venire neglexerat, nomen enim eius inter subscriptiones actorum (ed. Baluze Capitularia II², 275) frustra quaeritur.* 5) *Hodie 'Beauvais', 861—81.* 6) *Hodie 'Saint-Denis'.*

153.

Iohannes VIII. papa Liutberto Moguntino archiepiscopo [et similiter aliis] mandat, ut Ludovicum (III. iuniorem) regem ad synodum Trecis congregatam cum fratribus venire aut nuntium mittere instiget. *878 (Aug.)*

Cod.: R f. 63 n. 154.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 376 n. 106 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 471 n. 38. Mansi Conc. coll. XVII, 87 n. 106. Migne Patr. lat. CXXVI, 783 n. 136. — Jaffé Reg. 3174 (2385).

VENERABILI[a] ARCHIEPISCOPO LIUDBERTO[b] MOGONTINO[1].

Ecclesiastica[c] exigente utilitate quoniam Deo duce[d] ad Galliarum partes[e] venire commodum duximus[f], quapropter[g] fraternitatem vestram necessario commonere studemus, uti secundum cęlitus sibi sapientiam datam frequenti adhortatione suggerendo Hludouico regi[2] aliisque confratribus ad nostrę mediocritatis conloquium atque generalem synodum iuxta Christi voluntatem apud Trecas congregatam[3] venire non omittatis vel[4], si aliqua necessitate prędictus rex[h] prępeditus fuerit[i] et[k], ut non[l] optamus, properare distulerit ad locum prędictum*, quo cum Hludouuico rege locuturi sumus[m], nominetenus designet[n], quatinus sub cuncta celeritate regum filiis congregatis totius Christianitatis, Dei gratia duce, cause[o] consulere communiter valeamus.

Similiter Uuileberto archiepiscopo Agrippine[5], Uuittecherio venerabili episcopo[6] et Bertulpho[p] archiepiscopo Treverensi[q][7].

DATA UT SUPRA.

154.

Iohannes VIII. papa Heumari (Ruthenensi) et Widoni (Aniciensi?) episcopis mandat, ut Bertildim Rostagni coniugem fugabundam ad apostolicam praesentiam venire faciant et adiutores eius a communione ecclesiae separent. *(878.)*

Cod.: R f. 63 n. 155.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 399 n. 147 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 491 n. 53. Mansi Conc. coll. XVII, 105 n. 147. Migne Patr. lat. CXXVI, 817 n. 189. — Jaffé Reg. 3198 (2438).

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

153. a) VENERABILE *R.* b) -TO *add. nigro incaustro supra lineam al. man. R.* c) -CA *corr. nigro incaustro ex* -CĘ *al. man. R.* d) cause *add. R; cf. annot. o.* e) s *add. nigro atramento al. man. R.* f) *hucusque characteribus uncialibus et minio scriptum in R, sed errorem indicat al. man. signo* ⁜ *posito super* ECCLESIASTICA. g) Quua- *R.* h) sumus *add. R; cf. annot. m.* i) *corr. ex* fuerint *al. man. R.* k) *add. supra lineam al. man. R.* l) *add. in marg. R.* m) sumus *omissum hic sequitur post* rex *(l. 13) R, falso loco e margine introductum; cf. annot. h.* n) *excidisse videtur* nuntios *vel simile quid R.* o) cause *omissum hic sequitur post* duce *(l. 8) R, per errorem ob similitudinem vocis* duce *natum falso loco e margine introductum; cf. annot. d.* p) ph *corr. ex* f *R.* q) Trevensi *R.*

1) *De quo cf. n. 129, p. 115 annot. 1.* 2) *III., iuniori.* 3) *Iam igitur congregata synodo, mense Augusto, epistola nostra scripta est.* 4) *Sequens sententia quodammodo cum nn. 136, 137, eiusdem fere temporis, consonat, cf. p. 119 annot. 8.* 5) *I. e. Coloniensi, 870—89. — Soli Williberto directam et addito pro* Data ut supra, IV. id. Iun. ind. XI *(quae sunt notae temporum epistolae n. 113) Hartzheim Concilia Germ. II, 365 dedit hanc epistolam. Quem tamen suo arbitratu textum editionis Romanae mutarisse recte sensit Ewald in JE. 3174 et errorem priorum, qui notas temporum aut 'Iun. 10' aut 'Iul. 12' epistolae addiderant, refellit. — Immo potius ad mensem Augustum epistola collocanda est, quo missos apostolicos cum litteris ad Liutbertum directos esse scimus, cf. n. 129, p. 114 annot. 7.* 6) *Augustano, 858—87.* 7) *'Trier'; 869—83.*

HEUMARI[1] ET UUIDONI[2] REVERENTISSIMIS EPISCOPIS.

Hortamur sanctitatis vestrę fraternitatem sacerdotalemque zelum vestri vigoris apostolica auctoritate incitamus: Bertildi, Rostagni illustris[a] viri coniugi, quę spreto Dei timore ac lege tori fugabunda per vestras parrochias incedens multotiens ab episcopis et synodo vocata surda aure venire distulit, omnem[b] necessitatem ei inponite veniendi coram nostra[c] presentia, ut eius causa legaliter finem accipiat, illiusque in tam perverso opere adiutoribus aditum atque communionem totius sanctę ecclesię tamdiu intercludite, donec ab omni se sequestrent prędictę[d]* consortio, inter quos A . . . . etiam (?) mechum, cum quo [con]iuravit (?), vestroque spiritali zelo percutite. Quęso, moneo, hortor, fratres karissimi, citissime amplectendam exhibete[e] pręsentiam, iterum iterumque iubemus, omni postposita occasione ad nos festinanter venite, quatinus Christo domino miserante in hoc et aliis negotiis communi consilio terminum salubriter inponere valeamus.

DATA UT SUPRA.

155.

Iohannes VIII. papa Bernardum marchionem (Gothiae) ab infestatione Frotharii (archi)episcopi (Bituricensis) dehortatur. *878 (Iun.)*

Cod.: R f. 63' n. 156.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 376 n. 105 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 471 n. 37. Mansi Conc. coll. XVII, 87 n. 105. Migne Patr. lat. CXXVI, 783 n. 135. — Jaffé Reg. 3199 (2384).

DILECTO FILIO BERNARDO NOBILISSIMO MARCIONUM[3].

Quia te pre nonnullis diligimus specialius, idcirco in his, quę nobilitatem vestram Deum offendere cognoscimus, vos paterno increpamus affectu, pręsertim de causa Frotherii venerabilis[a] episcopi[4], cui, ut audimus[5], vestri homines iter civitatis suę, ne ad sedem suam ingrederetur, temerarię clauserunt. Episcoporum iudicium, fili karissime[b], suo[c] tantummodo Dominus servavit[d] arbitrio, nec de episcopis vult Deus laicos iudicare[e]. Unde monemus dilectionem[f] tuę caritatis, ut, quicquid in hac causa prędicti episcopi[g] deliquistis, sub celeritate et legaliter[h] officio ac ministerio sacerdotali emendare studete, quia nos illud, nisi pro digna emendatione, inultum remanere nullo modo patimur. Optamus nobilitatem vestram bene valere[i].

DATA UT SUPRA.

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

154. a) illustri *R.* b) *corr. ex* omne *al. man. R.* c) d *ante* nostra *del. R.* d) *excidit* femine *aut simile quid. Sequentis sententiae tenor admodum corruptus, ita ut certo certius restitui nequeat, ex minuta, ut videtur, pessime descriptus in registro, ita legitur in R:* prędictę iuravit spiritali inter quos acheti eum mechum cum quo consortio vestroque (o *corr. ex* a) zelo percutite. e) exibete *R.*

155. a) *corr. ex* venerabili *al. man. R.* b) karissimi *R.* c) *corr. ex* suę *al. man. R.* d) servabit *R.* e) iudicari *R.* f) *corr. ex* dilectione *al. man. R.* g) ep̄i *corr. ex* epl̄ *R.* h) legaliter emendare studete — patimur officio ac ministerio sacerdotali *R.* i) v *corr. ex* b *R.*

1) *Ruthenensi, hodie 'Rodez', 865—c. 880.* 2) *Forte Aniciensi, cui etiam epistola n. 85 directa esse videtur cuiusque dioecesis vicina Ruthenensi exsistit.* 3) *Cf. nn. 135, 142. Haec epistola ante citationem n. 135, ut habet Jaffé, minime vero post excommunicationem n. 142, ut habet Ewald, collocanda est. Cf. annot. 5.* 4) *Bituricensis.* 5) *Ab ipso, ut videtur, Frothario, quem papam in itinere Trecas versus adiisse constat, cf. n. 104, p. 97 annot. 4, NA. XXXVI, 148 annot. 5.*

156.

Iohannes VIII. papa Walac episcopo Metensi praecipit, ut in causa coniugali Alperti latoris praesentium secundum canonum instituta agat. *(878.)*

Cod.: *R f. 63' n. 157.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 399 n. 148 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 491 n. 54. Mansi Conc. coll. XVII, 105 n. 148. Migne Patr. lat. CXXVI, 817 n. 190. — Jaffé Reg. 3218 (2439).*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO UUALAENO VENERABILI[a] EPISCOPO METENSI[1].

Pręsentium portitor litterarum, Alpertus nomine, lacrimabiliter coram nobis veniens quęstus est, desponsam suam, nomine Uualata, adhuc in parentum domo manentem adulterino concubitu[b]* [a][c] presbitero quodam pregnantem repertam. Quę confessa de crimine libenter ab eo se vult dissociare[d], sed tua fraternitas pro quadam parentelę affinitate coacte eum cogit eandem sumere in coniugium contra regulas patrum[2] atque institutionem. Quapropter, si ita est, requisitis super his legum et canonum institutis cf. Col. 3, 25. et quid de talibus precipiant, promulgate absque personarum acceptione.

DATA UT SUPRA.

157.

Iohannes VIII. papa Iohanni episcopo Papiensi praecipit, ut de latore praesentium a Liutfredo eius praedecessore poenitentiae submisso sollerter prospiciat. *878 (Dec.?)*

Cod.: *R f. 64 n. 158.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 400 n. 149. Mansi Conc. coll. XVII, 106 n. 149. Migne Patr. lat. CXXVI, 818 n. 191. — Jaffé Reg. 3219 (2440).*

IOHANNI VENERABILI EPISCOPO TICINENSI[3].

Lator pręsentium[a] coram nobis veniens dicit se a prędecessore vestro Liuttefredo venerabili[b] episcopo[4] quinquennio exacto iam anno pęnitentię fuisse submissum[c] pro quodam, eo quod interfuit, fure a femina interempto. Qua de re vestra fraternitas solerter prospiciat[d] et, si ita est, ut hic asserit, propter Domini misericordiam, quoniam magna est, cum eodem consultius agat et, prout ordo causę dictaverit, frenum canonici[e] vigoris remittite vel, si quicquam, quod non optamus, inpossibile perpensum fuerit, id nostro iudicio vestra fraternitas studeat lenitate spiritus reservare.

DATA UT SUPRA.

158.

Iohannes VIII. papa Aginulpho episcopo Gebaldanensi (Mimatensi) praecipit, ut conquestiones latorum praesentium de plebibus eis sublatis sollicite pervestiget. *(878.)*

Cod.: *R f. 64 n. 159.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 400 n. 150 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 491 n. 55. Mansi Conc. coll. XVII, 106 n. 150. Migne Patr. lat. CXXVI, 818 n. 192. — Jaffé Reg. 3220 (2441).*

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

156. a) VENERABILE *R.* b) *corr. ex* concubito *R.* c) *om. R.* d) *ras. inter* i *et* a *R.*

157. a) pręssentium *R.* b) venerabile *R.* c) *corr. ex* summissum *R.* d) *corr. ex* prospiciant *R.* e) *corr. ex* canonicis *R.*

1) *Hodie 'Metz', 876—82. — Eodem anno d. 6. Sept. papa Walae usum pallii personaliter concessit; cf. Jaffé Reg. 3183 (2401).* 2) *Syn. Eliberit. a. 306 c. 14 (Mansi II, 8).* 3) *I. e. Papiensi, de quo cf. nn. 144—146.* 4) *864—74.*

IOHANNES[a] AGINULPHO[b] VENERABILI EPISCOPO[c] GEBALDANENSI[d] [1].

Prȩsentium latores[e] questi sunt ab hac sede (?)[f] plebem suam eisdem sublatam. Quapropter apostolica auctoritate tuȩ fraternitati prȩcipimus[g], ut[h] sacerdotali sollicitudine pervestiget[i] [et][k] inquisita[l] rei veritate, quod iustum est, unicuique reddere modis omnibus non pretermittas et quȩ diffinire non poteris . . . .[m]

DATA UT SUPRA.

159.

Iohannes VIII. papa Theoderico archiepiscopo Bisuntino mandat, ut Fulcardum et Berelindam uxorem, donec ipse iudicium reppererit, in communione recipiat.

878 (Sept.)

Cod.: R f. 64 n. 160.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 400 n. 151 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 491 n. 56. Mansi Conc. coll. XVII, 106 n. 151. Migne Patr. lat. CXXVI, 818 n. 193. — Jaffé Reg. 3221 (2442).

THEODORICO VENERABILI[a] ARCHIEPISCOPO BIZENTIENSI [2].

Notum sit sanctitati vestrȩ, quia Fulcardum et Berelindam [3], uxorem eiusdem, ab excommunicationis[b] vinculo absolvimus, donec canonicum[c] ex eis inante repperiamus iudicium. Unde vobis in communione recipi[d] mandamus. Optamus fraternitatem vestram bene valere.

DATA UT SUPRA.

160.

Iohannes VIII. papa (in synodo Trecensi?) episcopos allocutione exhortatur, ut quae statuerit aut perficiant, aut de quibus dubitaverint coram omnibus iterum tractanda curent.

878 (Aug.?) [4]

Cod.: R f. 64 n. 161.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 401 n. 152. Mansi Conc. coll. XVII, 106 n. 152. Migne Patr. lat. CXXVI, 958 n. 367. — Jaffé Reg. 3241 ad syn. Rom. a. 879.

ALLOCUTIO PONTIFICIS ET EXHORTATIO AD OMNES EPISCOPOS.

Ecce, sanctissimi sacerdotes, prȩmissis precibus fraternitatem vestram cum pia exhortatione[a] convenio et per divinum nomen optestor, ut ea, quȩ[b] a nobis de Deo et de sacris ordinibus vel sanctis moribus fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis et cum summa reverentia perficere intendatis. Quodsi forsitan aliquis[c] vestrum aliter, quam dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo[d] contentionis in nostrorum omnium

---

158. a) IOHANNI *R; cf. n. 8 annot. a.* b) U *corr. ex* O *R.* c) EPISCOPIS *R.* d) AGINULPHO — GEBALDANENSI *in ras. R.* e) *corr. ex* lato rem *R.* f) cedeo *R.* g) *sequens sententia tam omissionibus quam falsa verborum serie mendosa, ita ut certo certius restitui nequeat, ita legitur in R:* prȩcipimus ut inquirata rei veritate quod iustum est unicuique reddere sacerdotali sollicitudine pervertigat et quȩ ipse diffinire non poteris modis omnibus non pretermittas. h) *excidit* si ita est *aut simile quid R.* i) pervertigat *R.* k) *om. R.* l) inquirata *R.* m) *desunt ultima verba* ad nostram presentiam dirigere non postponas *aut* apostolatui nostro intimare satagas *aut simile quid R.*

159. a) VENERABILE *R.* b) a communicationis *R.* c) a canonica *R.* d) *ras. in fine R.*

160. a) exortatione *R.* b) *corr. ex* eaq; *R.* c) *corr. ex* aliquid *al. man. R.* d) *corr. ex* scripulo *al. man. R.*

1) *Vel Mimatensi, hodie 'Mende', 876—79.* 2) *Cf. nn. 134, 138.* 3) *De quibus in Trecensi synodo causa mota erat, cf. act. II (Mansi XVII, 346):* Theodericus Vesontionensis episcopus libellum obtulit super quadam foemina modo velata, Veresinde nomine, quae nunc coniugium horrende sortita est. *Epistola igitur nostra verisimiliter Trecis post discessum Theoderici scripta est et una cum n. 138 delata, cf. NA. XXXVI, 149 annot. 6.* 4) *De tempore cf. quae disserui in NA. XXXVI, 104 annot. 4 (105).*

copulatione ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante aut doceri possit aut doceat. Deinde simili vos optestatione coniuro vel obsecro, ut cf. Col. 3, 25. nullus vestrum in iudicando aut personam accipiat[a] aut quolibet favore vel munere pulsatus a iusto iudicio scienter avertatur[b] aut discedat, sed tota pietate, quitquit cetui nostro se iudicandum intulerit, retractrate, ut nec discordans contentio ad subversionem iustitię inter nos locum inveniat, nec in perquirenda ęquitate vigor vestri ordinis vel sollicitudo tepescat.

DATA UT SUPRA.

——————— [1]

161.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem cum suffraganeis Romam ad synodum d. 24. Aprilis celebrandam venire iubet. *879 Mart. 5.*

Cod.: *R f. 65 n. 162.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 401 n. 153. Mansi Conc. coll. XVII, 107 n. 153. Migne Patr. lat. CXXVI, 820 n. 197. — Jaffé Reg. 3222 (2446). Kehr Italia pontificia V, 44 n. 125.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ROMANO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ RAVENNATIS ECCLESIĘ[2].

Canonicis sanctorum patrum iubentibus regulis[3] bis per annum concilia episcoporum esse omnimodis celebranda nos ob id pro multiplicibus ecclesiarum Dei utilitatibus et necessitatibus synodum octavo[a] kalendas Maias Domino annuente celebrare cupimus. Ideo iubemus dilectioni vestrę, ut omni mora postposita vos cum omnibus suffraganeis vestris episcopis predicto tempore Romam venire studeatis, quatenus eandem synodum nobiscum equaliter[b] celebretis ac de communi salute consideretis.

DATA TERTIO[c] NONAS MARTII.

162.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati praecipit, ut Luponem mandatis apostolicis amplius non resistens illico in episcopum Sarsenatem consecret. *(879 Mart.)*

Cod.: *R f. 65 n. 163.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 402 n. 154. Mansi Conc. coll. XVII, 107 n. 154. Migne Patr. lat. CXXVI, 821 n. 199. — Jaffé Reg. 3223 (2448). Kehr Italia pontificia V, 118 n. 2.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ROMANO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ RAVENNATIS ECCLESIĘ[4].

Relatione quorundam comperimus, quod eum, quem vobis ordinandum episcopum sanctę Sarsenati ecclesię[a][5], Luponem videlicet venerabilem[b] presbyterum, postposito nostrę voluntatis[c] et iussionis mandato consecrare postponatis, sed alium pro eo cupiatis nichilominus ordinare. Quod sane, si verum est, valde miramur vos a sponsione, quam

a) *corr. ex* accipiant *al. man. R.* b) -ta- *add. in marg. al. man. R.*

161. a) octabo *R.* b) qualiter *R, linea subtus signatum a correctore.* c) TERTIAS *R.*

162. a) *excidit* mandavimus, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.* b) venerauilem *R.* c) n *corr. ex* m *al. man. R.*

1) *Hic expliciunt epistolae ex itinere Francico scriptae et postea uno tempore registratae. Scriptor vero reliquam folii 64' partem liberam dimittens ipsum registri archetypum imitatus esse videtur, cf. NA. XXXVI, 104.* 2) *De quo cf. nn. 95, 131.* 3) *Cf. Conc. Nicaen. can. 5 (Mansi II, 670).* 4) *Haec epistola una cum praecedenti n. 161 Ravennam missa esse videtur.* 5) *Hodie 'Sarsina', suffraganeus Ravennatis ecclesiae episcopatus.*

nobis polliciti[a] estis, quolibet modo vel occasione velle retrahere[b]. Unde more paterno dilectionem vestram his nostris apostolicis monemus hortamur atque iubemus apicibus, ut vestrę promissionis memores prefatum[c] Luponem presbyterum, sicut vobis commisimus[d], continuo ac presentaliter iamdicte ecclesię antistitem ordinetis. Nam si aliter feceritis et tam cito, ipso scilicet vestrę ordinationis initio[1], vos a nostrę voluntatis decreto subtrahere cognoverimus, canonicis correctionibus velud inobędientem corripere nullatenus pretermittemus.

163.

Iohannes VIII. papa Anspertum Mediolanensem archiepiscopum cum suffraganeis ad synodum d. 1. Maii Romae celebrandam venire iubet, ubi et, quomodo regno Karolomanni regis infirmi providendum sit, tractabitur. (879 Mart.—Apr.)[2]

Cod.: R f. 65 n. 164.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 402 n. 155. Mansi Conc. coll. XVII, 108 n. 155. Migne Patr. lat. CXXVI, 822 n. 200. — Jaffé Reg. 3224 (2449).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ANSPERTO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ MEDIOLANENSIS ECCLESIĘ.

Quante necessitatis[a] assidue sustinuerimus incommoda quantęque perturbationis nunc usque passi simus et cotidie patiamur adversa, fraternitatem vestram nosse luce clarius non ignoramus. Pro quibus nimirum malis sedi apostolicę ab inimicis nequiter illatis per procellas et periculosa maris itinera ire et defensionis auxilium nos quaesisse[b] mecum pariter scitis[3]. Sed quia humanum presentaliter subsidium non repperimus, divinum ut potius quęramus communique voto ut a Domino flagitemus, frater mi, necesse est. Propter quod fraternum sanctitatis vestrę collegium his nostris apostolicis litteris more pręcessorum nostrorum vocamus et in consortium nostrę sollicitudinis apostolica dumtaxat[c] auctoritate asciscimus et quasi membrum capiti suo adherens kalendas Maias[4] huius duodecime indictionis ad synodum auxiliante Domino nobiscum celebraturos[d] cum omnibus suffraganeis[e] vestris episcopis Romam venire iubemus, ut superna gratia freti ea, quę necessario sunt amputanda, ecclesiastico resecemus mucrone et, quę utiliter sunt statuenda, communi Deo propitio statuamus decreto, ne per vestram absentiam atque desidiam regnum hoc amplius in perturbatione persistat et fiat scandalum peius priore. cf. Matth. 27, 64. Et quia Karolusmannus corporis, sicut audimus, incommoditate gravatus[5] regnum retinere iam nequit, ut de novi regis . . . . .[f] omnes pariter consideremus, vos pręddicto adesse tempore valde oportet. Et ideo antea nullum absquę nostro consensu regem debetis recipere, nam ipse, qui a nobis est ordinandus in imperium, a nobis primum atque potissimum debet esse vocatus atque electus, quoniam et nos una cum vestra fraternitate cupimus pertractare et de hoc et quo tenore vel ordine communes causas et utilitates ecclesiarum Dei nobis commissarum ordinemus et iure canonico statuamus, quatenus tantorum malorum onera, quę sustinemus, procul abicere et leve

a) pollicitis *R.* b) retraere *R.* c) post fatum *R.* d) commissimus *R.*

163. a) *corr. ex* necessitates *R.* b) *in marg. add. ac signo posito supra* qua- *al. man. R.* c) dum | dumtaxat *R.* d) -ros *corr. in* -rus *al. man. R.* e) suffraneis *R.* f) au, *del. al. man. R.*

1) *Romanus paucis mensibus antea nonnisi 'electus' appellatur, cf. n. 131; cf. etiam n. 144, p. 123 annot. 5.* 2) *Hanc epistolam aliquantum post n. 161 scriptam esse mutatus docet synodi terminus, cf. annot. 4.* 3) *De itinere in Galliam frustra peracto agit.* 4) *Terminum synodi habendae (cf. n. 161) mutatum esse constat ex epistola n. 204.* 5) *Qui hieme praecedenti paralysi morbo correptus (cf. Ann. Fuld. ad a. 879, ed. Kurze p. 92) Ottingae in Baioaria usque ad mortem d. 22. Martii 880 infirmus iacebat.*

cf. Matth. 11, 30. iugum Christi lętis, ut[a] condecet, possimus cervicibus ferre. Quapropter nullam in veniendo excusationem habeatis, sed alacri mente occurrere et ad iamdictam synodum venire procuretis, quam sane et canonica sanctorum patrum regula[1] bis in anno fieri iubet, et instantis temporis necessitas magna compellit. Nos enim paterno vos affectu diligentes pro communi utilitate vocamus, quamvis iam tertio iampridem dilectio vestra vocata ad synodum[2] venire contempserit. Pro quo dignam debueratis correctionis sustinere censuram, cum [a][b] sede apostolica vobis semper fuisset collatum pręsidium et vos nullum, in quibus oportebat, studeretis prebere[c] solacium. Nunc autem, si ad eandem synodum venire contempseritis, scitote canonicam a nobis in vos velut inobędientes[d] promulgari sententiam.

164.

Iohannes VIII. papa Gaiderisium principem Beneventanum de Agarenorum depraedationibus consolatur et adventum suum post pascha (d. 12. Aprilis) praestolatur.

879 (Mart.)

Cod.: R f. 65' n. 165.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 403 n. 156. Mansi Conc. coll. XVII, 109 n. 156. Migne Patr. lat. CXXVI, 819 n. 194. — Jaffé Reg. 3225 (2443).

DILECTO FILIO GAIDERIS GLORIOSO PRINCIPI BENEVENTANORUM[a][3].

Epistolas[4] sane a vestra dilectione transmissas cum parte gratulationis, fateor, etiam et meroris accepi quantoque in eis gaudens exultavi vestram devotionem intimo mentis affectu circa obsequium sanctorum apostolorum Petri ac Pauli compertam, tanto nichilominus triste pastorali sollicitudine tuli pressuris atque Agarenorum deprędationibus terrę vestrę auditis. Quapropter cum vase electionis conpellor dicere et lacrimabiliter exclamare:
2. Cor. 11, 29. 'Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?' Sed
Io. 16, 33. inter hęc meminisse debemus illius, qui ait: 'In mundo pressuram habebitis, sed confidite,
1. Io. 4, 4. quoniam ego vici mundum'; et apostolus: 'Maior est qui in nobis est, quam qui contra nos est.' Quocirca, dilectissime fili, hortor, ammoneo, apostolica auctoritate suadeo, interim[b] patienter Domini misericordiam deprecando continuis obsecrationibus[c] malorum subferre gravamina, quoniam[d] nos Christo opitulante ad patrię[e] vestrę liberationem pro virium[f] facultate tantum pre ceteris mortalibus habebitis adiutorem enixius, quantum adtentius conpatientes; quod rebus[d] ipsis pręsentialiter publice(?)[g] redderemus, nisi in itinere[h] penitus hoc tempore equorum pabula defecissent, quibus statim gressus[i] movere in veniendo prohibemur. Sed Redemptoris nostri gratia duce peracta solemnitate paschali[5] venire ad vestras partes accelerabimus et una vobiscum[k] positi, quicquid consilii[l], quicquid solacii[m] atque adiutorii[n] pro Christiani populi liberatione adinvenire poterimus, libentissime procurabimus[o]. Optamus gloriam culminis vestri in Christo semper bene valere.

DATA UT SUPRA.

---

a) *corr. ex* et *al. man. R.* b) *om. R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) b *corr. ex* u *R.*

164. a) UENEU- *R.* b) e *add. supra lineam*, -im *in ras. R.* c) contin^{i}uobs- *R.* d) Quoniam — rebus *in ras. al. man. R.* e) *corr. ex* patre *R.* f) virum *R.* g) sub *R.* h) in itinere *corr. ex* itinere *al. man. R.* i) *primum* s *add. supra lineam al. man. R.* k) nobiscum *R.* l) consiliiś *R.* m) *corr. ex* solaciis *R.* n) *corr. ex* adiutoriis *R.* o) b *corr. ex* u *R.*

1) *Cf. n. 161, p. 132 annot. 3.* 2) *Papiensem m. Dec. 878, cf. nn. 108, 103.* 3) *Filio Radelgarii, nepoti Adalgisii (de quo cf. nn. 34, 46), quo a consanguineis extincto a. 878 princeps ordinatus est, cf. Erchemperti Hist. Lang. c. 39 (ed. MG. Scr. rer. Lang. p. 249). — V. sequentes epistolas.* 4) *Quae non supersunt.* 5) *D. 12. Apr.*

165.

Iohannes VIII. papa Aioni episcopo Beneventano de compassione erga se gratias agit, de morte fratris (Adalgisii principis) et tribulationibus condolet. 879 (Mart.)

Cod.: R f. 66 n. 166.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 404 n. 157. Mansi Conc. coll. XVII, 109 n. 157. Migne Patr. lat. CXXVI, 819 n. 195. — Jaffé Reg. 3226 (2444).

REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO AIONI VENERABILI EPISCOPO[1].

Quod veneranda fraternitas tua pro sanctarum Dei ecclesiarum sublevatione longe ab Urbe aliquandiu nostram absentiam[2] benigna animi conpassione condoluit, viscera mentis suę repleta Christi claritate patenter ostendit et debitam, immo mutuam dilectionem sanctis Dei apostolis per nos condigne studuit conservare, a quibus procul dubio meritorum retributionem in finem recipiet. Sospitatem, quam in nobis vestra sitibunde atque ardenter perquirit fraternitas, Domino donante eam parte corporis[b] aliquatenus habere[c] videmur; sed inter tot fluctus mundi tantasque[d] undarum procellas quę salus istius vitę potest esse saltem ad momentum tranquilla, prȩsertim morte vestri germani[3] audita, vestris aliorumque[e] karissimorum tam crebris tribulationum angustiis? Sed inter hęc nos convenit toto conamine mentis ad illam patrię cęlestis vitam corda sustollere, in qua pax semper inest et vera securitas, quoniam 'quamdiu sumus in corpore', iuxta 2. Cor. 5, 6.
apostolum, 'peregrinamur a Domino.' Vobis vestrȩque patrię[f] secundum officium a Deo nobis collati ministerii pro virium possibilitate inhianter cupimus impertiri solacium.

DATA UT SUPRA.

166.

Iohannes VIII. papa Dauferio comiti de tribulationibus, quas ipse et Gaiderisius princeps, consanguineus eius, sufferunt, condolet; equum, quem petierat, promittit. 879 (Mart.)

Cod.: R f. 66' n. 167.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 404 n. 158. Mansi Conc. coll. XVII, 110 n. 158. Migne Patr. lat. CXXVI, 820 n. 196. — Jaffé Reg. 3227 (2445).

DILECTO[a] FILIO ILLUSTRI NOBILI VIRO DAUFERIO COMITI[4].

Perfectionem cordis Gaideris principis consanguinei vestri vestramque in Deum valde gaudemus obsecrantes, ut, qui cępit in vobis, operetur atque perficiat opus bonum cf. Phil. 1, 6.
usque in finem. Tribulationibus atque angustiis vestris in tantum conpatimur, ut vestros dolores manu cogitationis in nostro corde tangamus, sed confidimus in eterni Conditoris misericordia, quia in proximo aderit eius auxilium, qui per prophetam ammonet dicens: 'Invoca me in die tribulationis tuę, eripiam te et magnificabis me.' Nos etenim in Ps. 49, 15.
tantum paratos habetis in vestrum adiutorium, ut, cum oportunum tempus fuerit, pro fratribus animam ponere non recusemus. Equum, quem nobilitas vestra petiit, cum cf. 1. Io. 3, 16.
vestros fines attigero, dare me vobis libenter denuntio[b].

DATA UT SUPRA.

---

165. a) ET REV- *R; cf. NA. XXXVI, 94.* b) c- *in ras. R.* c) haberi *R.* d) tantisque *R.* e) ur̄ faliorumque *R.* f) -ię *in ras. R.*

166. a) DILETO *R.* b) *secundum* n *add. supra lineam al. man. R.*

1) *De quo cf. nn. 34, 46.* 2) *Scil. in itinere Gallico.* 3) *Adalgisii principis, paulo ante interfecti, cf. n. 164, p. 134 annot. 3.* 4) *Fortasse idem est ac Dauferius ille, quem laudat Erchempertus in Hist. Lang. c. 39 (ed. MG. Scr. rer. Lang. p. 249), gener Adalgisii principis, post necem eius ex urbe eiectus.*

167.

Iohannes VIII. papa Athanasium episcopum Neapolitanum rogat, ut locum sibi aptum significet, ubi cum eo pro utriusque terrae salute deliberanda conveniret.

879 (Mart.—Apr.)

Cod.: R f. 66' n. 168.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 405 n. 159. Mansi Conc. coll. XVII, 110 n. 159. Migne Patr. lat. CXXVI, 824 n. 203. — Jaffé Reg. 3229 (2452).

REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO DILECTOQUE CONFRATRI ET CONSILIARIO NOSTRO ATHANASIO EPISCOPO SANCTĘ NEAPOLITANĘ ECCLESIĘ.

Scientes vos procul dubio fideles in omnibus atque devotos esse sanctę sedi apostolicę nostręque paternitati, totis pręcordiis nostris fraternitatem vestram oppido diligimus et amamus. Quamobrem pro multiplicibus instantis temporis necessitatibus atque communibus utilitatibus vobiscum speciali presentia loqui cupimus, quatenus vestro consilio communique tractatu ea, quę necessario sunt consideranda perspicaciterque tractanda, salubriter Domino annuente ordinare statuereque possimus, quoniam (cf. 1. Petr. 1, 19.) nostrę ac vestrę terrę[1] salutem totius videlicet populi prętioso Christi cruore redempti pastorali dumtaxat more desideramus perficere et idcirco, ut pertinax inimicorum comprimatur audacia, vobiscum pariter cupimus convenire. Quapropter volumus, ut locum etiam[b] nostrę collocutioni, quem aptum esse cognoscitis, nostro presulatui vestris sub celeritate significetis apicibus, quia nos Deo propitio illuc sine mora properare et una vobiscum alacriter loqui non prętermittemus.

DATA UT SUPRA.

168.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) regem rogat, ut idoneos legatos sibi dirigat pro salute terrae eiusque honore considerandis et ipse denuo veniat. *879 Apr. 3.*

Cod.: R f. 66' n. 169.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 405 n. 160. Mansi Conc. coll. XVII, 110 n. 160. Migne Patr. lat. CXXVI, 825 n. 204. — Jaffé Reg. 3231 (2453).

KAROLO REGI[2].

Regalis excellentię vestrę litteras[3] recipientes atque relegentes, quia, ut in eo, quod antea nostro pręsulatui direxistis[4], vestro videlicet amore dilectioneque[a] maneremus non solum, ut iam olim retulimus, verum etiam magis ac magis nostrę voluntatis affectum ad vestrę exultationis cumulum ampliare magnopere cupimus[b] atque in omnibus ceu karissimum filium vos retinere procul dubio satagemus, tantum ut, quo[c] celerius, sicut mandastis, vestros idoneos legatos ad nos dirigere potestis, aliquatinus non pretermittatis, cum quibus sanę et exaltationem sanctę sedis apostolicę et istius terrę salutem vestrumque honorem[5] pervestigare[d] considerareque firmissime valeamus. Et ideo vestrę magni-(cf. Iob 38, 3; 40, 2.) tudinis gloriam exhortamur, ut precingentes quasi vir lumbos tuos et potentię Dei

167. a) ET REVER- *R; cf. NA. XXXVI, 94.* b) -ti- *in ras. R.*

168. a) dilectione quę *R.* b) *sequitur rasura 5 litt. R.* c) pro *R.* d) profligare *R.*

1) *Athanasius enim Sergio fratre deposito ducis quoque dignitate fungebatur, cf. nn. 76, 77.* 2) *Haec est prima epistola, qua papa, quem spes adiutorii ab occidentalis Franciae regibus nanciscendi penitus fefellerat, regem ex orientali stirpe usquemodo sibi invisa in Italiam vocavit; cf. Dümmler l. l. III², 100. Nec tamen ob id omnem cum Bosone, a quo liberationem ecclesiae speraverat, communionem solvit, cf. nn. 171, 221.* 3) *Quae non exstant.* 4) *Cui respondet in ep. n. 136.* 5) *Ad imperialem dignitatem alludere videtur.*

brachio adversus inimicos potentissime roborati iam ipsi venire[a] non dubitetis, quoniam, si tante calamitatis pressuram, quam sancta Romana[b] mater vestra ecclesia et ipsius terra cotidie[c] ab inimicis patitur, cognovissetis, nobiscum utique pariter doleretis. Quapropter, fili karissimę, antequam inimicorum insidię plus adcrescentes prevaleant, nostram devotionem atque consilium pio intuitu adtendere nullo modo desinatis, sed more parentum vestrorum ea, que necessaria sunt nobis, instantissime peragatis, quia nostri apostolatus ulnis extentis alacriter amplecti regalem pręsentiam vestram desideramus.

TERTIO[d] NONAS APRILIS, INDICTIONE XII.

169.

Iohannes VIII. papa Athanasio episcopo Neapolitano gratias agit de fide in absentia sua servata, in qua ut perseveret, hortatur; (Petrum) diaconum eius commendans remittit. *879 (Mart.)*

Cod.: R f. 67 n. 170.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 406 n. 162. Mansi Conc. coll. XVII, 111 n. 162. Migne Patr. lat. CXXVI, 823 n. 202. — Jaffé Reg. 3232 (2451).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ATHANASIO EPISCOPO SANCTĘ NEAPOLITANĘ ECCLESIĘ[1].

Multas gratiarum actiones atque salutes almitati vestrę his nostris apostolicis referimus litteris, quia nobis pro communi utilitate longe consistentibus[2] quasi presentibus sinceritatem devotionis et fidei vestrę circa[a] sanctam Romanam ecclesiam matrem[b] vestram nostrumque pontificium atque circa fideles nostros promptam in omnibus ostendere procuratis. Quamobrem nulla inimicorum versutia vel calliditas vos a bono mentis proposito in aliquam sinistrę cogitationis aut voluntatis partem[c] inclinet, sed, sicut cępistis, perficere omnimodo satagite, quia et meritum et condigna retributio vobis Christo favente proveniet. Nam licet inimicorum nos prepediente fraudulenta nequitia non omnia, quę volebamus, ex toto potuissemus perficere, nunc tamen annuente Domino, quod ad honorem sanctę Dei ecclesię et istius terrę salutem vestramque defensionem pertinet, [ut][d] iam ceptum habemus, credimus nos incuntanter aucturos. Proinde hortamur nichilominus et monemus dilectionem vestram, ut sicut hactenus[e] ita deinceps viriliter ac firmiter consistatis, donec speciali presentia adiuncti simul loquamur et pro communi salute pariter laborantes totis conatibus desudemus. Quoniam velut carissimum te filium retinere cupientes benigne amplectimur et tecum in omnibus congratulari feliciter cupimus, quia, ut dictum est, pro certo scias te dignam a nobis conpensationem esse procul dubio recepturum. Hunc vero diaconum tuum, qui pro tuo[f] amore in nostro servitio tanto tempore fideliter mansit, sanctitati vestrę in omnibus commendamus, ut dignum a vobis reconpensationis honorem percipiat.

DATA UT SUPRA.

170.

Iohannes VIII. papa Aureliano (Lugdunensi), Otranno (Viennensi), Theoderico (Bisuntino) archiepiscopis interdicit, ne Bicbertinum iudicio non praevio excommunicent neve res eius ante legis sanctionem invadi sinant. *879.*

Cod.: R f. 67' n. 171.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 407 n. 163 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 492 n. 57. Mansi Conc. coll. XVII, 112 n. 163. Migne Patr. lat. CXXVI, 827 n. 208. — Jaffé Reg. 3233 (2457).

---

a) benire *R.* b) *corr. ex* sanctam Romanam *R.* c) coti- *in ras. R.* d) TERTIAS *R.*

169. a) *corr. ex* circam *R.* b) *corr. ex* mater *al. man. R.* c) -rt- *in ras. R.* d) *om. R.* e) actenus *R.* f) *corr. ex* tuam *R.*

1) *Cf. n. 172 eiusdem fere temporis.* 2) *In itinere Francico.*

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS AURELIANO[1] ET AUTERAMNO[2] NECNON TEUDERICO[3] ET UNIVERSIS COEPISCOPIS VESTRIS.

Omnium vestrorum sanctitati notum esse volumus venisse Bicbertinus deferens[a] imperatoris pręceptum et commutationis cartulam[b] de rebus, quas [Uuit]carius[c] cum Amulo archiepiscopo[4] dudum commutaverunt[d][5]. Insuper nostro apostolatui intimavit, ut [eum][e] sine ratione discussa excommunicare vultis. Quapropter apostolica auctoritate iubemus, ut nemo vestrum[f] eum excommunicet, antequam ad legis examen proveniat. Scitote, quemadmodum in centesimo capitulo Africani concilii[6] legitur, similiter in secundo novellarum Iustiniani libro[7], ut[g] nemo episcopus aut presbyter aliquem excommunicet, antequam causa probetur. Qui excommunicatus maiori sacerdoti adeat, ille, qui iniustę excommunicavit, ab ipso iustę patiatur. Et nemo vestrum aut quislibet laicorum prefatas res ante legis sanctionem invadere audeat. Nam, quod non credimus, si quis contra hanc nostram apostolicam auctoritatem ire temptaverit, sciat se anathematis vinculo innodatum[h].

DATA UT SUPRA.

171.

Iohannes VIII. papa Bosoni principi de mutua amicitia et sua erga Angilbergam imperatricem dilectione scribit, comitatuum Adelberti marchionis (Tusciae) et Rottildae coniugis eius in Provincia sitorum tuitionem exposcit. *879 (Apr.)*

Cod.: R f. 67' n. 172.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 408 n. 164. Mansi Conc. coll. XVII, 113 n. 164. Migne Patr. lat. CXXVI, 827 n. 209. — Jaffé Reg. 3234 (2458).

DILECTO FILIO BOSONI GLORIOSO PRINCIPI[a].

Quia litteris nobilitatis vestrę relectis[b][8] vos incolumes cum optata prosperitate vigere didicimus, plurimum sumus lęti effecti; nam in vestrę dilectionis amore apostolica semper cupimus benignitate manere devoti et ea, quę vobis utilia vel proficua esse videntur, alacri dumtaxat mente perficere, nec pro aliquo homine vestram nobis dilectam amicitiam relinquamus, sed pio potius intuitu in omnibus conservare inlesam. De parte autem spiritalis filię nostrę Angelberge imperatricis[9], carissimę matris vestrę[10], pro certo scitote, quoniam paterno eam affectu[c] semper dileximus et, quamdiu auxiliante Domino vixerimus, diligere nostroque apostolico subsidio adiuvare tuerique magnopere desideramus necnon et quasi carissimam et spiritalem filiam gloriosius retinere. Porro de vestrę voluntatis actione, quam dicitis exhibere[d], nos sine dubio in vestra amicitia constantes

---

170. a) *sic R.* b) cortulum *R.* c) carius *R; cf. annot. 4.* d) celebraverunt *R.* e) *om. R.* f) *corr. ex* vestram *R.* g) et *R.* h) -tum *corr. ex* -tus *R.*

171. a) PRINCIPIS *R.* b) relictis *R.* c) *corr. ex* affectum *R.* d) h *add. supra lineam al. man. R.*

1) *Lugdunensi, cf. n. 133, p. 117 annot. 6.* 2) *Viennensi, cf. n. 117, p. 107 annot. 4.* 3) *Bisuntino, cf. n. 134, p. 118 annot. 1.* 4) *Lugdunensi, 841—52.* 5) *Qua de commutatione agitur in privilegio Lotharii II. regis pro Lugdunensi ecclesia a. 860 (Bouquet 'Recueil' VIII, 411, Mühlbacher Reg. 1294 (1259), in quo etiam Lotharii I. imperatoris praecepti de hac re mentio fit et* qualiter quidam homo cognomento Witgarius res quasdam prefate ecclesie quam plurimum per inlicitam atque omnimodo inrationabilem commutationem . . fraudulenter acceperit. *Nomen eius in mutilata voce* carius, *quam praebet R (cf. annot. c), facile agnosces.* 6) *I. e. Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae); verum non est can. 100, sed can. 133 (ed. Migne LXVII, 225) (= Conc. Carth. VII a. 419 can. 5), cui inscribitur* Ut non temere quemquam communione privet episcopus. 7) *Cf. Iuliani Epitome novell. 115, 15 in. (441 in.), ed. Haenel p. 151. Cf. Nov. 123 c. 11.* 8) *Litterae hae, quas Boso post reditum suum in Franciam (cf. n. 102, p. 96 annot. 1), scripserat, non exstant.* 9) *Viduae Ludovici II. imperatoris.* 10) *Immo socrus, cf. n. 94, p. 89 annot. 4.*

habebitis. De parte quoque Adelberti gloriosi marcionis[1] seu Rottildę comitissę coniugis eius[2] cognoscat nobilitas vestra, quod vobis in omnibus fideles et devotos amicos eos esse cognoscimus. Ideo rogamus, ut eorum comitata in Provincia posita, sicut iam tempore longo tenuerunt, ita deinceps pro nostro amore securiter habeant. Optamus gloriam vestram nunc et semper in Christo manere perpetuam[3].

DATA UT SUPRA.

172.

Iohannes VIII. papa Athanasio episcopo Neapolitano reditum suum (e Francia) in Urbem nuntiat, colloquium cum eo desiderat, Petrum diaconum eius remittit.

879 (Mart.)

Cod.: R f. 68 n. 173.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 406 n. 161. Mansi Conc. coll. XVII, 111 n. 161. Migne Patr. lat. CXXVI, 823 n. 201. — Jaffé Reg. 3228 (2450).

REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO[4].

Quia non solum tuis pręcipue actibus, quibus devotionem sanctitatis tuę circa nos fidelissimam ostendisti existere, verum etiam nobis longe pro ecclesię statu manentibus, quomodo eam illibatam in omnibus conservaveris, fidelium nostrorum relatione didicimus, quamobrem dignas tuę dilectioni referimus grates, innotescentes sane nostri presulatus reversionem[5] iuxta desiderium tuum esse Deo favente prosperam atque[b] incolumem. Ideo more apostolicę paternitatis almitatem tuam monemus cum apostolo dicentes: 'Confortare in Domino et in potentia virtutis eius', quoniam fidelis est Deus, qui non deserit sperantes in se temptari supra quam possunt, 'sed faciet cum temptatione proventum, ut possitis sustinere'. Tua igitur reverentia in his instantis adversitatis casibus aliquatenus non frangatur, quin potius in Deo confidens roborata consistat, donec Christo adiuvante nos vobiscum speciali pręsentia iuncti simul loquamur, quia tunc Deo permittente cuncta, quę necessario statuenda sunt, communi eloquio atque consensu pertractata provenire credimus in salutem. Tamen nostrę voluntatis affectum per Petrum venerabilem diaconum tuum communemque filium[c] tue dilectioni innotescendum mandavimus, quoniam te quasi proprium filium diligentes[d] in omnibus nostris volumus habere consortem. Eph. 6, 10. cf. 1. Cor. 10, 13.

DATA UT SUPRA.

173.

Iohannes VIII. papa Liutfredum comitem et coniugem excommunicat, quia Garelindam e monasterio (s. Sixti) Placentino Angilbergae imperatricis abstraxerant. 879.

Cod.: R f. 68 n. 174.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 408 n. 165. Mansi Conc. coll. XVII, 113 n. 165. Migne Patr. lat. CXXVI, 828 n. 210. — Jaffé Reg. 3235 (2459). Kehr Italia pontificia V, 490 n. 5.

---

172. a) ET REV- *R; cf. NA. XXXVI, 94.* b) i *ante* atque *del. R.* c) *corr. ex* fidelium *R.* d) t *in ras. R.*

1) *Tusciae, antea sibi infestissimi, cf. nn. 22, 24, 83, 87.* 2) *Quam papa ut moecham prius increpaverat, cf. n. 87.* 3) *Nihil iam de prioribus papae de Bosone consiliis (cf. n. 110, p. 102 annot. 3) in hac epistola dicitur, quam post illam n. 168, qua Karolus III. invitatur, collocandam esse recte inde concludit Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 348 annot. 7.* 4) *Cf. n. 169 eiusdem fere temporis.* 5) *Ab itinere Francico.*

LIUDTEFRIDO COMITI[1] ET CONIUGI TUE.

Quia contra divina[a] et legum pręcepta[2] temerarie agere non erubuistis, ita ut calcato Dei timore Garelindam sacro velamine tectam et in monasterio Angilbergę dilectę filię nostre imperatricis augustę[b], quod Placentia situm est[3], sub professione regulari diutissime conversatam, abstrahere fraudulentissima suasione[c], tamdiu te tuamque coniugem auctoritate sancti[d] Spiritus Dei nostri a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi separamus et a consortio Christianitatis, donec prędictam feminam Garelindam loco, unde degannastis, restituatis[4]. Quod si hoc neglexeritis, anathematis vos vinculis innodamus.

DATA UT SUPRA.

174.

Iohannes VIII. Wibertum episcopum de iniuriis accusatum tertio Romam venire iubet. 879.

Cod.: R *f.* 68' *n.* 175.

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 409 n. 166. Mansi Conc. coll. XVII, 113 n. 166. Migne Patr. lat. CXXVI, 825 n. 205. — Jaffé Reg. 3236 (2454).*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO UUIBERTO[a] VENERABILI EPISCOPO[5].

Iam enim sanctitati tuę bis[b] misimus[c][6], ut ad nos venires, sed ignoramus, qua temeritate non obedias, iterumque[d] mittimus, ut omnibus tuis posthabitis seriis ad nos pręsentaliter acceleres, quoniam multis supra te reclamat maxime hic senex, qui ob hoc iam Romam[e] venit pro suo monasterio. Ceterum sapias quia, si venire distuleris, te excommunicandum[f], si perseveraveris[g] in tua[h], etiam[i] communione alienandum.

DATA UT SUPRA.

175.

Iohannes VIII. papa Berengarium (Foroiuliensem) comitem monet, ut fidelitatem erga Romanam ecclesiam promissam probet auxilium ferens Stephano Comaclensi episcopo in acquirendis iuribus et possessionibus ecclesiae et cura ducatus. 879 (Apr.)

Cod.: R *f.* 68' *n.* 176.

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 409 n. 167. Mansi Conc. coll. XVII, 114 n. 167. Migne Patr. lat. CXXVI, 825 n. 206. — Jaffé Reg. 3237 (2455). Kehr Italia pontificia V, 175 n. 2.*

DILECTO FILIO BERENGARIO GLORIOSO COMITI[7].

Quia pręcessores nostros, sacros videlicet pontifices, imitantes, qui gloriosos progenitores vestros dignis semper honoribus glorificaverunt, vos quasi dilectum et spiri-

173. a) *corr. ex* divinam *R.* b) augustę sub professione — conversatam quod Placentia situm est *R.* c) *excidit* ausi fueritis, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.* d) s̄c̄i̅s̄ *R.*

174. a) UBIBERTO *R.* b) b *corr. ex* u *R.* c) *corr. ex* missimus *R.* d) itemque *R.* e) roma *R.* f) excommunicando *R.* g) perseveraberitis *R.* h) tuam *R. Excidit* obstinatione, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.* i) -ti- *in ras. R.*

1) *Idem videtur esse ac Liutfredus comes, qui filiam suam monasterio s. Iuliae Brixiensis, cui similiter Angilberga imperatrix praeerat, obtulerat (cf. 'Cod. necrol. liturg. del monastero di S. Salvatore e Giulia di Brescia [Brescia 1887]' p. 81), et, cum nomen eius in libro fratrum de congregatione s. Leodegarii (Marbacensis) contineatur (cf. ibid. p. 67), ad familiam illam in Lotharingia celebrem, cuius ramus Tridentinum ducatum sub Lothario I. tenuit (cf. Hofmeister in 'Mitth. d. Inst. f. oest. Gesch. Ergbd.' VII, 384 sq.), pertinere videtur. Cf. n. 241.* 2) *Cf. c. 27 conc. Chalcedon. a. 451 (Mansi VII, 380).* 3) *I. e. monasterium monialium s. Sixti, ab ipsa Angilberga fundatum (cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. 1524, 1535, 1546).* 4) *Cf. de eadem re epistolam n. 241.* 5) *Cuius sedes ignoratur.* 6) *Priores citationes non exstant.* 7) *Foroiuliensi, de quo cf. nn. 74, 109, 122.*

talem filium paterno cupimus affectu diligere et gloriosum in omnibus retinere. Nam sicut per De . . . .[a 1] eximium ducem et fidelem nostrum nobis intimando mandastis, quod [erga][b] sanctam sedem apostolicam et nostram paternitatem vos in omnibus devotos[c] et obedientes esse deberetis omnemque[d] nostram voluntatem quasi filius karissimus adimpleretis, multum fuimus gavisi. Set quia iterum per Petrum venerabilem episcopum[2] et Iohannem[e] insignem ducem[3] vobis mandavimus, ut adiutores fuissetis Stephano venerabili episcopo, quem[f] nos in Comiaclo[4] prȩordinavimus[g], quatenus vestro auxilio adiutus ecclesiȩ suȩ iura et possessiones atque ipsius curam ducatus retineret securus, et vestro minime audivimus adiutum esse auxilio, valde miramur. Quapropter rogamus nobilitatem tuam, ut tale iamdicto episcopo nostro adiutorium faciatis, per quod suam ecclesiam et ministerium sibi comissum securiter[h] retinere atque disponere valeat; et si forte, quod non credimus, vestra est circa nos voluntas mutata, ut[i] audire nos de hoc non cupiat, petimus, ut pro amore Dei et nostro omnes vestros homines[k] prohibeatis[l] aliquam ibi nostris contrarietatem facere, ut absque illorum inpedimento nobis illos liceat secundum nostram possibilitatem castigare veluti rebelles et inobedientes nostrȩ apostolicȩ iussioni, ne censum, quem his annis transactis duobus exinde perdidimus, et istius anni perdamus.

DATA UT SUPRA.

176.

Iohannes VIII. papa Pandenulfum comitem (Capuanum) rogat, ut missos Constantinopolitani imperatoris per eius terram transituros ad se dirigat; nuntiat se post illorum adventum in partes eius pro communi utilitate et salute venturum. 879 (Apr.)[5]

Cod.: *R f. 68' n. 177.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 410 n. 168. Mansi Conc. coll. XVII, 114 n. 168. Migne Patr. lat. CXXVI, 826 n. 207. — Jaffé Reg. 3238 (2456).

DILECTO VIRO PANDENULFO GLORIOSO COMITI[6].

Multiplices nobilitati vestrȩ his nostri prȩsulatus apicibus gratias agimus, quia vestram devotionem atque dilectionem, quam nostrȩ voluntatis preceptis parendo alacriter ostendistis, in omnibus sinceram et obedientem fore incuntanter agnoscimus, cum presentem hunc Grecum imperialis baiuli hominem[7] nostris direxistis obtutibus prȩsentandum incolumem. Sed quia imperiales missi, ceu in ipsius baiuli repperimus litteris, per vos transituri sunt, quatenus ad nostram apostolicam prȩsentiam veniant[8], petimus nobilitatem vestram[a], ut pro nostro amore et ipsos[b] vestro auxilio munitos prospero annuente Domino nobis itinere dirigatis. Quod autem multiplici paganorum incursione vos gravatos asseritis, condolemus, maxime quia vestri concives circumquaque positi cum eisdem perditionis filiis fȩdus inire procurent; quamobrem nostram his vestris in partibus necessario prȩsentiam prestolamini affuturam. Nos vero, sicut iam pridem mandavimus, pro communi dumtaxat utilitate atque salute omni annisu venire magnopere cupimus,

175. a) pde me um, *plures litterae erasae inter* e *et* u *R.* b) *om. R.* c) *sic R.* d) omemque *R.* e) Iohes *R.* f) quȩ *R.* g) -vi- *add. supra lineam R.* h) -um securiter *in ras. R.* i) *corr. ex* aut *R.* k) homnes *R.* l) proibeatis *R.*

176. a) *corr. ex* nobilitati vestrȩ *R.* b) *corr. ex* ipso *R.*

1) *L.* Deusdedit, *qui cum Iohanne (v. annot. 3) ducatum Ravennatem tunc regebat et iam a. 878 legatus in Franciam ad papam ierat, cf. n. 134, p. 118 annot. 7.* 2) *Fori Simpronii, ut videtur, cf. nn. 4, 7.* 3) *Ravennatem, cf. annot. 1.* 4) *Hodie 'Comacchio', cuius episcoporum series his temporibus penitus fere ignota est.* 5) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. NA. XXXVI, 151 annot. 5.* 6) *Capuano, filio Pandonis comitis, nepoti Landulfi I. episcopi et comitis († 879).* 7) *Stephanum candidatum, cf. n. 177.* 8) *De hac Graeca legatione cf. n. 177.*

quamvis et de assidua corporis incommoditate et de peracto iam Francię itinere adhuc maneamus defecti. Nunc igitur ante prędictorum imperialium missorum adventum illuc properare nequimus, cum vero eorum legationem nobis dęlatam congruis Deo propitio responsionibus utentes audierimus, tunc, quid utilius agendum sit, pro viribus agere omnino curabimus. Vos tamen in Domino confidentes animo estote constanti, qui non cf. Iud. 13, 17. deserit confidentes in se, ut inter ceteros[a] vestros proximos atque vicinos efficaciores ac potiores in omnibus appareatis, quoniam nostro apostolico vos pręsidio, prout oportunum fuerit, quasi carissimos filios adiuvabimus.

DATA UT SUPRA.

177.

Iohannes VIII. papa Gregorio primicerio et imperiali baiulo gratias agit de litteris paci inter Romanam ecclesiam et Constantinopolitanam studentibus: legatos ad se dirigendos se grato animo recepturum promittit. *879 (Apr.)*

Cod.: R f. 69 n. 178.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 411 n. 169. Mansi Conc. coll. XVII, 115 n. 169. Migne Patr. lat. CXXVI, 828 n. 211. — Jaffé Reg. 3239 (2460).

DILECTO VIRO GREGORIO GLORIOSO PRIMICERIO ET IMPERIALI BAIULO[1].

Litteris tuis[2], quas nobis per Stephanum candidatum fidelem tuum direxisti, relectis, devotionis tuę sinceritatem et fidem, quam circa ecclesiam Dei et gloriosissimos[a] imperatores habes augustos, enucleatius agnoscentes plurimum collaudamus. Et ideo sacris orationibus nostris, sicut supplici voto postulasti[b], te Domino commendare, ut et a visibilibus et invisibilibus securus ac victor existas, omnino studemus. Et quia magno imperatori tuo[3] ecclesiam Dei pacificare volenti nos, ut favere debeamus, hortaris, id iuxta nostri officii magisterium prompta dumtaxat agere voluntate divinitus adiuti curamus, cf. 2. Cor. 11, 28. quoniam, dicente apostolo, ecclesiarum[c] Dei omnium nobis sollicitudo incumbit. Quapropter more prędecessorum nostrorum pontificum Constantinopolitanam ecclesiam multiplicibus scandalis nunc perturbatam[4] prout iustum[d] est atque possibile, sedare volumus et pace[e] perpetua stabilire[f]. Preterea legati[g] imperiales, quos ad nostra[h] apostolica vestigia dicis esse directos, si venerint, competenti a nobis recipientur honore et augustalem[i] per eos nobis delatam legationem clementer recipiemus atque ipsius legationis textum et ordinem cognoscentes una cum sedis apostolicę nobis commissę assensu, quantum fas est, pro ecclesię Dei pace imperiali voluntati favere omnino studebimus. Pro quibus etiam[k] missis Pandenolfo Capuano comiti scripsimus[5], ut eos venientes recipiat et pro nostro amore prospero nobis itinere Domino annuente dirigere studeat. Nunc ergo iidem[l] missi[m] pręsentaliter Romam venire procurent, quia nos aliis causis impediti istas in partes modo, sicut dispositum habuimus, properare non possumus.

DATA UT SUPRA.

---

176. a) -eros *in ras. R.*

177. a) gloriosisimos, -imos *in ras. R.* b) *corr. ex* postulati *R.* c) *corr. ex* ecclesię arium *R.* d) -t iu- *in ras.* st *corr. ex* t *R.* e) *corr. ex* pacem *R.* f) -re *in ras. R.* g) *corr. ex* ligati *R.* h) nostram *R.* i) augustale *R.* k) -ti- *in ras. R.* l) *corr. ex* hidem *R.* m) *corr. ex* missis *R.*

1) *De quo cf. supra n. 47, p. 45 annot. 1.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Basilio I., cf. n. 69, p. 64 annot. 1.* 4) *Scil. per Photii patriarchae in sedem suam restitutionem (cf. n. 69, p. 64 annot. 2), cui ut consensum papae acquireret, legatio ista haud frustra (cf. n. 207) studuit; cf. Hergenröther 'Photius' II, 380 sq.* 5) *V. n. 176.*

178.

Iohannes VIII. papa Theodosio patriarchae Hierosolymitano remittit tres monachos eius, qui ad limina apostolorum venerant, cum munere quodam licet modico propter oppressiones paganorum. *879 Mai. 2.*

Cod.: R *f. 69' n. 179.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 411 n. 170. Mansi Conc. coll. XVII, 116 n. 170. Migne Patr. lat. CXXVI, 829 n. 213. — Jaffé Reg. 3242 (2462).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO THEODOSIO PATRIARCHE SANCTĘ HIEROSOLIMITANĘ ECCLESIĘ[1].

Notum esse volumus sanctitati vestrę, quia pręsentes monachi vestri, Theodosius videlicet David et Saba, venientes Romam ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli demorati sunt ibi, eo quod nos pro nostrę ecclesię causis et utilitatibus Franciam perrexeramus. At ubi Deo volente reversi sumus incolumes, eis ad vestram paternitatem revertendi licentiam dedimus, per quos nimirum causa caritatis aliquam licet modicam beati Petri apostoli benedictionem fraternitati vestrę mandavimus. Quam petimus, ut pro Dei et ipsius apostolorum principis amore nostraque dilectione benigne recipiatis[a], quoniam nimia paganorum oppressione gravati plura, ut volebamus, dirigere non potuimus. Rogamus preterea sanctam vestram in Domino caritatem, ut sanctis orationibus vestris nostri[b] semper memores existentes pro nobis preces Iesu Christo domino cotidie fundere alacri animo dignemini, carissime frater.

DATA VI. NONAS MAIAS[c].

179.

Iohannes VIII. papa Karolomanno regi Gospertum diaconum Vercellensi ecclesiae, cuius populus in episcopi electione discordat, praeficiendum in episcopum commendat. *879 (Iun. in.)*[2]

Cod.: R *f. 69' n. 180.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 412 n. 171. Mansi Conc. coll. XVII, 116 n. 171. Migne Patr. lat. CXXVI, 830 n. 214. — Jaffé Reg. 3243 (2463).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO CAROLOMANNO GLORIOSO REGI.

Multorum relatione didicimus, quod ecclesia Bercellensis nunc valde turbata et cotidianis commota scandalis consistat, dum in duas partes populus pro episcopatus electione[3] divisus alii unum, alii vero alterum eligere habereque contendant[4] et cupiant[a] electumque innormiter defendere uterque procuret. Sed quia iuxta nostri ministerii apostolicum officium et sollicitudinem omnium ecclesiarum Dei nobis in ipso apostolorum principe[b] commissam iuxta canonicam[c] etiam sanctorum patrum regulam dicentem[5]: Si divisio clericorum vel populi exstiterit et de futuri electione pontificis contentio fuerit oborta, nullum ex his duobus in throno episcopali esse aliquatenus consecrandum, sed alterius electionem fieri debere sacerdotis ecclesię proprio destitute rectore et ob id perturbate, iura pacis ferentes subvenire[d] debemus, regiam excellentiam vestram cf. 2. Cor. 11, 28.

---

178. a) -tis *in ras.* R. b) *corr. ex* nostris R. c) MAI' R.

179. a) cupient R. b) *corr. ex* principes R. c) canonicum R. d) subbenire R.

1) *864—79.* 2) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. NA. XXXVI, 133 sq.* 3) *Post mortem Adalgaudi episcopi († 879). — Cf. de eadem re n. 194.* 4) *Quorum unus fuit Iosephus quidam ab Ansperto Mediolanensi, metropolitano Vercellensis ecclesiae promotus, postea deiectus, cf. n. 248.* 5) *Similia in rescripto Honorii imp. ad Bonifacium I. a. 420 (Dionysii Coll. decr. Bonifacii n. 2, ed. Migne LXVII, 266) de electione Romani pontificis statuuntur. Quae papa in suum usum hic vertisse videtur.*

rogamus, ut pro amore Dei et sancti Petri ac nostrę paternitatis dilectione ipsum Bercellensem episcopatum huic nobilissimo[a] viro, Gosperto videlicet venerabili diacono, vobis bene cognito communique fideli nostro ac vestro, quem pro ecclesiasticis utilitatibus in servitium vestrum direximus, placido de presenti animo tribuatis[1], quoniam vere agnoscimus hunc in omnibus tam civilibus[b] quam etiam ecclesiasticis causis strenuum atque utilissimum fore nobisque non mediocriter fidelissimum. Quapropter ad vestrę pręsentis et futurę glorię augmentum hoc vos nobis concedere petimus, hanc primam nostri pontificii iustam petitionem vestra[c] regalis alacriter perficiat magnitudo, ut et nos vestram libenti[d] possimus animo[e] perficere voluntatem, karissime fili, quoniam sic verę dilectionis[f] unanimitate pioque amoris affectu videbimur manere coniuncti, si nos ea, que[g] cupitis, apostolica dumtaxat perfecerimus auctoritate et vos item vestro regali iure nostri desiderii preces audire cum iocunditate procul dubio studueritis. Talem namque progenitores vestros, invictissimos imperatores augustos, circa decessores nostros, sanctos videlicet Romanę sedis antistites, habuisse dilectionem recolimus, ut, quicquid ab alterutra parte petebatur, omni postposita occasione mox efficaciter amplectatur[h]. Ita vero et nostra nunc pontificalis a Deo conservata[i] maiestas et vestra regia magnitudo sibimet debent placidę favere vicissim.

DATA UT SUPRA.

180.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) regem iterum admonet, ut ad ecclesiae terraeque suae defensionem tandem veniat neve forte Karolomanni regis, cui de hac re ipse direxit epistolam (n. 193), aliquo impedimento praepediatur. *879 (Iun. in.)*

Cod.: R f. 70 n. 181.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 413 n. 172. Mansi Conc. coll. XVII, 117 n. 172. Migne Patr. lat. CXXVI, 831 n. 215. — Jaffé Reg. 3244 (2464).

DILECTO AC SPIRITALI[a] FILIO CAROLO GLORIOSO REGI.

Miramur, quia vos sepius exhortantes[2], ut ad exaltationem sanctę Dei ecclesię vestrumque honorem et totius terrę nostrę defensionem venires[b], vocavimus et hactenus[c] distulistis. Credere namque nobis potestis, quod nimia undique tam[d] paganorum quam malorum Christianorum persecutione gravati, undique concussi talia, quę iam a longo tempore patimur, sufferre nequimus. Et ideo iterum ammonemus, ut toto conamine, sicut vobis mandavimus, procul dubio adtendatis. Nam pro certo scire debetis, quoniam pro nullius[e] hominis lucro vel blandimento sive terrore[f] a vestro nos consortio et vestrę amicitię federe separabimus[g]. Idcirco tantum viriliter agere ea, quę nobis ac vobis proficua sunt, nullatenus dubitetis. Sed prestolando vestrum[h] adventum diuque tardantem putavimus, ne forte Karlomanni gloriosi regis, germani vestri, prępediti aliquo impedimento iam venire nequissetis. Unde illi nostram apostolicam direximus epistolam[3] ammonentes, quia, si hoc regnum amplius taliter occupatum ac inordinatum et sine

a) novilissimo *R.* b) cibilibus *R.* c) vestram *R.* d) liventi *R.* e) *corr. ex* anima *R.* f) delictionis *R.* g) eaq; *R.* h) amplectetur *R.* i) *corr. ex* conservatam *R.*

180. a) SPITALI *R.* b) venire *R.* c) actenus *R.* d) *add. supra lineam al. man. R.* e) -us *in ras. R.* f) -rore *in ras. R.* g) b *corr. ex* u *R.* h) *in ras. R.*

1) *Papa ergo, quem spes auxilii ex occidentali regno sibi ferendi penitus fefellerat, Karolomannum demum ut regem Italiae adit, cf. Dümmler III², 103.* 2) *Una tantum prior epistola Iohannis eiusdem argumenti Karolo directa exstat, n. 168.* 3) *Epistolam n. 193 hic significari recte iudicavit Dümmler III², 103 annot. 3.*

defensione tenuerit, animę suę detrimentum omnimodis fiat nullumque vobis pro ecclesię Dei defensione venientibus impedimentum aliquod facere presumat. Quapropter, quod agendum est, vestra regalis excellentia agere nullo modo desinat; nam si per vos sancta Romana ecclesia fuerit exaltata atque defensa, vester honor et gloria hic et in futuro sine dubio coram Domino multiplicata manebit.

DATA UT SUPRA.

181.

Iohannes VIII. papa Wigbodo (Parmensi) episcopo legatos suos dirigit, quos aut ipse aut per idoneum virum ad Karolomannum vel Karolum (III.) regem conducat; praecipit, ut res Angilbergae imperatricis depraedatas curet recuperandas.

879 (Iun. in.)

Cod.: R f. 70' n. 182.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 413 n. 173. Mansi Conc. coll. XVII, 117 n. 173. Migne Patr. lat. CXXVI, 831 n. 216. — Jaffé Reg. 3245 (2465). Kehr Italia pontificia V, 416 n. 6.

VUIDBODO EPISCOPO[1].

Quoniam[a] pre omnibus, qui in his videntur consistere partibus, Deo dilectis sacerdotibus te utpote karissimum filium et fratrem unanimem specialius diligimus et pro tanta[b] tuę sinceritatis devotione, quam circa nos et sedem apostolicam habere dinosceris, toto mentis affectu amplectimur, et idcirco reverentiam tuam pio nobis amore coniunctam cupimus apostolica semper benignitate fovere et auctoritate fulcire. Nunc igitur dilectioni tuę notum esse volumus, quia pro tot et tantis calamitatibus, quas, sicut ipse bene cognoscis, assiduę patimur, hos pręsentes missos nostros direximus[2] per te quasi per quoddam ostium intraturos spirituali filio nostro Karolomanno glorioso regi, cum[c] quibus sane aut ipse in servitium sancti Petri alacri mente ire omnemque nostrę voluntatis causam et necessitatem apud eundem regem perficere studeas, aut fidelissimum et idoneum a latere tuo virum dirigas, qui vicem tuam in omnibus sagaciter possit explere. Nam tuo consilio et adiutorio eosdem legatos nostros munias, hortamur[d], quatenus sedis apostolicę legationem, prout dignum est et instantis temporis necessitas exigit[e], Deo propitio perficere possint. Et quia eos sine tarditate ire ac reverti pręcepimus, ne ultra tres dies illos penes te retinere procures, sed habito mox consilio, quatenus salvi et securi ad iamdictum regem proficiscantur a te, nullatenus demorentur. Quod si fortasse ad Karolummannum[f] pro eius corporea infirmitate[a] ire non posse contigerit, ad Karolum regem ipsius germanum eos quocumque modo proficisci facito. Pręterea veridico multorum relatu longe lateque resonante didicimus, quod res et possessiones dilectę ac spiritalis filię nostrę et sancti Petri commenditę Angelbergę imperatricis sint a quibusdam malefactoribus omnimodis depredate, non solum quę foris extitere in agris et villis, sed etiam[g] quę intus per venerabilia et non violanda loca sanctorum monasteriorum reposite[h] fuerant[3]. Pro quo scilicet tam inmani scelere nefandoque piaculo sanctimoniam[i] tuam merito redarguimus, quoniam sacerdotii tui officium

---

181. a) *omnia quae sequuntur usque ad* pro eius corporea infirmitate *(l. 31) in rasura, deletis quae prius scripta erant, scripta sunt R.* b) *corr. ex* tota *R.* c) con *R; cf. NA. XXXVI, 126 annot. 1.* d) ortamur *R.* e) exhigit *R.* f) *sequitur* non, *postea del. R.* g) -ti- *in ras. R.* h) *in ras. R.* i) *inter* i *et* a *littera eras. R.*

1) *Parmensi, cf. supra nn. 28, 45, 147. — De re cf. Dümmler l. l. III², 102.* 2) *Scil. Iohannem Signinum et Paschalem Amerinum episcopos (cf. n. 193) secum ferentes epistolas nn. 179, 180, 193, 194, cf. NA. XXXVI, 133 sq.* 3) *Utrum de s. Iuliae Brixiensis monasterii spoliatione a. 875 a Karolo III. peracta iterum hic agatur (cf. n. 43, 82), an de alio quodam monasterio in ipsa Wigbodi diocesi sito, non liquet.*

est male agentes auctoritate divina corrigere verbisque salubribus cohibere, ne tacendo tales, pro dolor! imitari[a] potius quam prohibere videaris. Est enim ex hoc pessima fama universum discurrens per orbem, quod dominam quondam et imperatricem vestram, cui[b] vestram fidem per iusiurandum dedistis[c], male tractaretis, cui pristinum honorem dignamque reverentiam semper exhibere debueratis. Nunc itaque pro amore sancti Petri, sub cuius speciali defensione consistit, eam adiuvare[d] non pretermittas, quousque sua omnia, quę iniuste perdidit[e], possit.

DATA UT SUPRA.

182.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum hortatur, ut ad Romanae ecclesiae oboedientiam redeat. *879 (Mai.)*

Cod.: *R f. 71 n. 183.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 414 n. 174. Mansi Conc. coll. XVII, 118 n. 174. Migne Patr. lat. CXXVI, 832 n. 217. — Jaffé Reg. 3246 (2466).

DILECTO FILIO MICHAHELI REGI UULGARORUM[1].

Quia vos omnipotens Deus dono gratuitę misericordię suę gentemque vestram ad
cf. 2. Petr. 1, 3. cognitionem sui nominis vocare dignatus est, meminisse debetis hoc[a], quod Dominus
Matth. 16, 18. beato Petro apostolo dixit: 'Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.' Cui vos in primordio Christianitatis vestrę ad[b] regendum commisistis eiusque successoribus ad obediendum; sed nescio qua ratione ab eius magisterio calliditate
Gal. 3, 1. quorundam estis abducti[2], ita ut cum apostolo dicamus: 'Quis vos fascinavit ei[c] non obedire', cui dudum colla summisistis? Aut illis credidistis, ut pace Grecorum loquamur,
cf. Act. 17, 21. qui cotidie novis[d] et variis disciplinis atque dogmatibus confunduntur? Sed queso, fili carissime, ad sanctę matris vestrę Romanę ecclesię sinum, quę caput est instituente Deo omnium ecclesiarum in toto orbe diffusarum, relictis superfluitatibus et seductionum scandalis vos gentemque vestram[e] amore mentis sine mora reducite, quia in tantum
cf. Phil. 1, 8. vos affectione paterna diligimus, ut in visceribus Christi Iesu esse cupiamus. Et ecce parati sumus, ut vos lucrifaciamus et, quicquid legatorum nostrorum offuscatione nuper offensum est[3], ad purum corrigere et omnia maturissime redintegrando curare et, si contigerit, non solum compati et condolere vobiscum, sed etiam[f] pro salute animarum
1. Io. 3, 16. vestrarum mori non recusabimus, dicente Iohanne apostolo: 'Quoniam Deus pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animam ponere.' Vestrę tamen dilectioni convenit monitis[g] paternis benigno amore semper prebere[h] assensum et ammo-
cf. Matth. 16, 19. nitionibus nostris accommodare auditum, quia ille, cui a Domino claves regni cęlorum ligandi atque solvendi collate sunt, cotidie et indesinenter expandit brachia et vos revertentes ad se gratulanter expectat[i], quatinus vos eterno pastori reddat compotes eternę beatitudinis, a quo accepit ministerio sui apostolatus animas vestras redimere.

DATA UT SUPRA.

---

a) *corr. ex* mirati *al. man. R.* b) cui — de- *in ras. R.* c) *corr. ex* dedictis et *R.* d) adiubare *R.* e) *excidit* recuperare, *sicut priores editiones suppleverunt, aut simile quid R.*

182. a) c *add. supra lineam R.* b) ad *iterum script. et del. R.* c) *corr. ex* et *al. man. R.* d) *corr. ex* nob uis *R.* e) ura *R.* f) -ti- *in ras. R.* g) *corr. ex* montis *R.* h) probere *R.* i) *corr. ex* expectant *al. man. R.*

1) *Cf. supra n. 66. — De hac epistola et sequentibus nn. 183, 184 cf. Hergenröther 'Photius' II, 608.* 2) *Cf. p. 59 annot. 1, 2.* 3) *Paulus Anconitanus et Eugenius Ostiensis episcopi vere a. 878 in Bulgariam missi (cf. n. 66 sq.) nihil usquehac in legatione sua profecisse videntur.*

183.

Iohannes VIII. papa Petrum, Cerbulam, Sundicam, optimates Bulgarorum, hortatur, ut cum Michaele rege ad Romanae ecclesiae oboedientiam redeant. *879 (Mai.)*

Cod.: R f. 71' n. 184.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 415 n. 175. Mansi Conc. coll. XVII, 119 n. 175. Migne Patr. lat. CXXVI, 833 n. 218. — Jaffé Reg. 3247 (2467).

PETRO[1] CERBULĘ ET SUNDICĘ CETERISQUE OPTIMATIBUS ET CONSILIARIIS DILECTI FILII NOSTRI MICHAELIS REGIS UULGARORUM[2].

Denique moneo vestram omnium dilectionem, ut continuis adhortationibus[a] atque suggestionibus dilecto filio nostro Michaęli[b] glorioso regi, seniori vestro, adnuntietis vosque cum eo ad sinum sanctę Romanę ecclesię[c], quę vos ęternę beatitudinis cupit esse participes, redeat ac redeatis, ne diutius quorundam perversi dogmatis suasionibus perniciem ac detrimentum, quod absit, animę vestrę patiamini, (cf. Iob 13, 4.) quoniam nos in tantum amorem[d] super vos ducimur[e], ut, quicquid iuste et secundum Deum petieritis, a nobis impetrare valebitis, vestrisque petitionibus inrefragabiliter[f] volumus effectum annuere. Hoc [iterum][g] iterumque monemus et in verbo Christi edicimus, ut redire ad nos omnino festinetis, quia, sicut nos peccare timemus, si vos ad sinum sanctę matris vestrę non reducimus, ita vos in Deum peccabitis, si nostram vocem audire omittitis.

DATA UT SUPRA.

184.

Iohannes VIII. papa Sedesclavo comiti Sclavorum mandat, ut legatum suum salvum ad Michaelem regem Bulgarorum venire faciat. *879 (Mai.)*

Cod.: R f. 71' n. 185.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 415 n. 176. Mansi Conc. coll. XVII, 119 n. 176. Migne Patr. lat. CXXVI, 833 n. 219. — Jaffé Reg. 3248 (2468).

DILECTO FILIO SEDESCLAVO GLORIOSO COMITI SCLAVORUM[3].

Quia fama tuę dilectionis atque bonitatis et religionis in Deum ad nos usque pervenit, confidenter glorię tuę precipimus atque mandamus, ut pro amore sanctorum apostolorum Petri ac[a] Pauli protectorum vestrorum presentem legatum[4], quem ad gentem[b] Uulgarorum dirigimus, salvum atque incolumem venire faciatis usque ad dilectum filium nostrum Michaelem[c] gloriosum regem eorum et, quecunque ei sunt necessaria ad victum et vestimentum, illi pro Dei amore administrate, quia Dominus dicit in evangelio: 'Quamdiu fecistis uni de minoribus istis, michi fecistis', et apostolus: 'Hospitales (Matth. 25, 40. 1. Petr. 4, 9.) in invicem sine murmuratione', quia 'per hanc latuerunt[d] quidam angelis hospitio[e] susceptis'. (Hebr. 13, 2.) Agat, fili karissimę, de hoc tua dilectio, ut ęternę vitę pręmia percipere valeat.

DATA UT SUPRA.

183. a) adortationibus *R.* b) Machęli *R.* c) *corr. ex* ecclesia *R.* d) *corr. ex* amore *al. man. R.* e) ducimus *R.* f) -bili- *in ras. R.* g) *om. R.*

184. a) hac *R.* b) ad gentem *corr. ex* agentem *al. man. R.* c) Micha- *in ras. R.* d) placuerunt, plac- *in ras. al. man. R.* e) *corr. ex* angeli hominibus *al. man. R.*

1) *De quo cf. n. 67, p. 61 annot. 1.* 2) *Cf. n. 182.* 3) *877—79. Cf. de eo Dümmler in 'Sitz.-Ber. d. Wiener Akad.' XX (1856) p. 404 sq.* 4) *Epistolas nn. 182, 183 deferentem.*

185.

Iohannes VIII. papa Gregorio primicerio ac baiulo imperiali praecipit, ut legatos Constantinopoli venientes Romam dirigat, unde ob regis Francorum proximum adventum discedere non possit. *879 Mai. 6.*

Cod.: R f. 71' n. 186.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 416 n. 178. Mansi Conc. coll. XVII, 120 n. 178. Migne Patr. lat. CXXVI, 834 n. 220. — Jaffé Reg. 3249 (2469).

DILECTO FILIO GREGORIO PRIMICERIO AC BAIULO IMPERIALI[1].

Religionem tuę caritatis in Christo et in eius ecclesia conlaudamus et, ut magis ac magis in bono opere proficias, exhortamur[a]. Legatos ab urbe Constantinopolitana ad nos directos per Beneventum[b], deinde per Capuam dirige[2], quoniam iam habemus pręordinatum, qualiter Deo volente ad nos salvi atque inlesi perveniant. De nostro ad vos adventu, quo tua[c], fili karissimę, dilectio perscrutatur[3], pro certo deliberatum habuimus, sed rex Francorum[4] ad nos properans suppliciter deposcit, ut ab Urbe non discedamus quoquam, donec ipse perveniat. Qui cum Domino protegente venerit cum valida manu, prout temporum dictat necessitas, illuc omni mora postposita studebimus omnimodis properare pro totius sanctę Dei ecclesię et omnium Christianorum salvatione.

DATA VI. DIE MENSIS MAII, INDICTIONE XII.

186.

Iohannes VIII. papa Wigbodo Parmensi episcopo mandat, ut apud Karolomannum vel Karolum regem causas apostolicae sedis prudenter agat, archicapellanum Karoli regis, si venerit, aut ipse ad se conducat, aut diligenter inquirat et consilia regum litteris sibi innotescat. *879 (Iun. ex.)*

Cod.: R f. 72 n. 187.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 417 n. 179. Mansi Conc. coll. XVII, 121 n. 179. Migne Patr. lat. CXXVI, 834 n. 221. — Jaffé Reg. 3250 (2470). Kehr Italia pontificia V, 416 n. 7.

REVERENTISSIMO UUITBODO EPISCOPO ET DILECTO CONSILIARIO NOSTRO.

Cum assidue vos quasi carissimum filium in nostro cupiamus habere obsequio, placeret nunc[a] nobis pro instantis temporis[b] multiplicibus causis vestro sagaci[c] consilio frui. Sed quia industriam vestram ea, quę[d] ad honorem sanctę Dei ecclesię ac nostrum pertinent, semper ubique agere fideli devotione velle procul dubio credimus, nunc ad nostram apostolicam venire pręsentiam non gravamus. Quapropter vestrę innotescimus dilectioni, quoniam assidua et supra modum gravi paganorum infestatione gravati cuiuslibet regis iam cupissemus habere solacium. Unde, si Karolummannum posse incunctanter agnoscitis, apud illum, sin[e] autem, apud germanum et equivocum eius, Karolum videlicet gloriosum regem, causas et utilitates sanctę sedis apostolicę prudenti dumtaxat consilio agere et Deo auxiliante ad perfectum deducere satagatis, quatenus pristinum ei honorem atque vigorem ipsius regia maiestas more videlicet parentum suorum con-

185. a) exortamur *R.* b) v *corr. ex* b *R.* c) *corr. ex* tuam *R.*

186. a) *corr. ex* nuc *R.* b) *corr. ex* teporis *R.* c) -ci *in ras. R.* d) *corr. ex* eaq; *R.* e) *add. supra ras. al. man. R.*

1) *Cf. supra nn. 47, 177. — De re cf. Dümmler l. l. III², 104.* 2) *Cf. n. 176.* 3) *Litterae Gregorii, ad ep. n. 177, ut videtur, respondentes, non exstant.* 4) *Karolomannus aut Karolus III. Minime tamen de adventu alterutrius iam certus erat papa, cf. nn. 180, 194.*

servet in omnibus. Preterea si talis[1] archicapellanus iamfati Karoli regis[a][2], sicut nobis mandastis[3], venerit nostraque [ad][b] apostolica vestigia missus properare quęsierit, volumus, ut cum eo ad nos pariter veniatis, ut communi tractatu, quid pro ecclesię Dei exaltatione agendum sit, pariter consideremus; sin autem ipse Romam non venerit[c], eo diligenter inquisito causas et voluntates atque devotiones vel Karolimanni vel ipsius germani iamdicti regis nobis litteris vestris sub omni certitudine pręsentaliter innotescatis, ut, quid prospere agendum sit, luce clarius agnoscamus. Huius quoque textum epistolę, ut nullus agnoscat, cum legeritis, statim igne comburite.

DATA UT SUPRA.

187.

Iohannes VIII. papa (Bosonem principem) hortatur, ut secretum consilium inter eos Trecis habitum ad effectum tandem perducat, sin autem, sine mora sibi remandet.

879 (Mart.)

Cod.: R f. 72 n. 188.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 417 n. 180. Mansi Conc. coll. XVII, 121 n. 180. Migne Patr. lat. CXXVI, 835 n. 222. — Jaffé Reg. 3251 (2471).

Secretum, quod Deo auxiliante vobiscum Trecascio[a] existentes[b] habuimus[4], immutilatum ac fixum nostro apostolico pectore quasi quoddam thesaurum reconditum procul dubio retinemus et totis vita comite nisibus illud, quantum in nobis est, alacriter optamus perficere. Quapropter si excellentie vestrę libet, iam hoc ipsum ad effectum debetis perducere, quia, iuxta sanctum apostolum admonentem, 'ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis', quibus favente Domino vestra potestis efficaciter desideria explere. Nos enim sponsionem vestram nimium prestolantes, sed usque adhuc minime contemplantes tristes existimus, eo quod assiduas et supra modum graves paganorum infestationes omnimodis patiamur[c]; et idcirco pro instanti necessitate alias dirigere auxiliumque oportunum pretermisimus quęrere[5]. Unde, si placet agere, quod agendum est, agite, sin autem, nobis remandare[d] sine mora satagite. Quia vero de salute nostra solliciti gaudetis, vestre innotescimus magnitudini, quia et prosperum Christo duce[e] revertendo[6] [iter][f] habuimus[e], et nunc corporea sanitate bene valemus.

2. Cor. 6, 2.

DATA UT SUPRA.

---

a) *corr. ex* regi *al. man. R.* b) *om. R.* c) -rit *add. supra lineam al. man. R.*

187. a) *sic R.* b) exhistentes *R.* c) *corr. ex* patimur *R.* d) *primum* r *in ras. R.* e) -ce — hab- *in ras. R.* f) *om. R.*

1) *Hoc ex minuta epistolae, in qua nomen nondum positum erat, in registrum descriptum transiit, cf. NA. XXXVI, 116.* 2) *Non de Liutwardo Karoli III., sed de Theotmaro Salisburgensi archiepiscopo, Karolomanni archicapellano, hic agi recte conicit Dümmler III², 104 annot. 4, nam Theotmarum a Karolomanno ad se missum non iam advenisse papa conqueritur in ep. n. 240.* 3) *In litteris, quae non exstant, quibus Wigbodus papam de successu legationis illius in Germaniam directa (cf. nn. 179, 180, 193, 194) certiorem fecisse videtur. Nostra igitur epistola non ante finem m. Iunii collocanda est.* 4) *I. e. consilium Bosonem, ad quem hanc epistolam directam esse liquido patet, in regem Italiae et tutorem ecclesiae loco Karolomanni aegrotantis sibi adsciscendi, cf. n. 110.* 5) *Aperti mendacii arguendus esset papa, nisi hanc epistolam ante illam n. 168 collocaremus, cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 347 annot. 1. Cf. annot. 6.* 6) *Haec paulo post reversionem in Urbem scripta esse recte sensit Dümmler III², 99 annot. 1 et epistolam ad m. Martium contra Jaffé et Ewald, qui m. Maio eam secundum seriem registri tribuerunt, posuit. Cf. NA. XXXVI, 130 annot. 2.*

188.

Iohannes VIII. papa Anspertum archiepiscopum Mediolanensem bis ad synodum frustra vocatum excommunicat. *879 (Mai. 1).*

Cod.: R f. 72' n. 189.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 416 n. 177. Mansi Conc. coll. XVII, 120 n. 177. Migne Patr. lat. CXXVI, 829 n. 212. — Jaffé Reg. 3240 (2461).

Anspertum Mediolanensem archiepiscopum[a], quem Papia existentes[1] et postmodum[2] ad sinodum Romę[3] pro multis ecclesiarum Dei necessitatibus collectam vocavimus, nec per se occurrere nec excusationem suam secundum sacros kanones[4] in tractoria[5] scriptam nobis et sancto concilio[b] causa temeritatis et inobędientię dirigere nolentem virtute[c] sancti Spiritus et principum apostolorum Petri ac Pauli nostraque auctoritate cum consensu sanctę synodi corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi privamus[6], quousque suam nobis presentiam exhibere procuret.

DATA UT SUPRA.

189.

Iohannes VIII. papa Airardo (Ausciensi) archiepiscopo, Involato Conveniensi, Wainardo Conseranensi, Garstono Bigorrensi episcopis praecipit de corrigendis, quae in dioecesibus eorum grassantur, praevaricationibus contra religionem et patrum sanctiones. *879 Iun. 13.*

Cod.: R f. 72' n. 190.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 431 n. 198 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 493 n. 60. Mansi Conc. coll. XVII, 135 n. 198. Migne Patr. lat. CXXVI, 844 n. 232. — Jaffé Reg. 3263 (2482).

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS AIRARDO[a] ARCHIEPISCOPO[7] ET INVOLATO CONVENIENSI[b][8], UUAINARDO[c] CONSERANO[9], GARSTONO BIGORENSI[10] EPISCOPIS[11].

Multas prevaricationes contra totius Christianitatis religionem atque sanctorum patrum venerabiles sanctiones his vestris in partibus a pravis fieri Christianis veridica multorum relatione didicimus, quos vero nec pię ammonitionis vestrę blandimento nec debitę excommunicationis vinculo nec etiam apostolicę constitutionis verbo aliquatenus a tantorum malorum operum infestatione ac perpetratione prohibere[d] nec penitus valetis compescere. Et ideo dolemus vobiscum pariter, fratres mei, super temeritate populi talia presumentis et nullam ex his penitudinem fructuosam in presenti agere volentis vestramque salubrem correptionem pro nichilo ducentis. Igitur quia nostro apostolatui humiliter suggessistis, ut apostolica fulti auctoritate populum gravem et
cf. Luc. 22, 32. plenum iniquitate libere possetis corrigere, quoniam ex divino elogio docemur, ut aliquando conversi fratres nostros aliqua sęculi fluctuatione inefficaces confirmare debeamus,
1. Thess. 5, 14. vos cum doctore gentium convenimus dicentes: 'Corripite inquietos, consolamini pusil-
cf. Tit. 2, 15. lanimes', arguite peccantes, obsecrate protervos et increpate inique agentes cum omni

188. a) *hucusque litteris rubris uncialibus sicut superscriptiones scriptum R.* b) con- *in ras. R.* c) *corr. ex* virtutem *R.*

189. a) AIRRADO *R.* b) CONNENIENSI *R.* c) UNAINARDO *R.* d) proibere *R.*

1) *Cf. n. 103.* 2) *Cf. n. 163.* 3) *Kalendis Maii habitam (cf. n. 163), in qua haec sententia prolata esse videtur.* 4) *Cf. c. 11 conc. Carthag. V a. 401 (Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 76, ed. Migne LXVII, 206).* 5) *I. e. citatoria vel evocatoria epistola, cf. notationes correctorum ad Gratiani Decr. D. XVIII c. 10 (ed. Friedberg I, 55).* 6) *Cf. nn. 202, 203, 204.* 7) *Ausciensi, hodie 'Aux', c. 879—c. 906.* 8) *Hodie 'Cominges'.* 9) *Hodie 'Conserans', c. 879—c. 886.* 10) *Hodie 'Tarbes' in comitatu Bigerrensi.* 11) *Suffraganeis Ausciensis archiepiscopatus.*

imperio. Vobis namque populus ipse sicut grex ovium Domini pastoribus est commissus et, nisi eos ita nunc temporali increpatione correxeritis, ut spiritu salvi sint in (cf. 1. Cor. 5, 5.) die Domini nostri Iesu Christi, sanguis eorum de vestris procul dubio manibus requiretur; sin autem vobis annuntiantibus non obedierint, ipsi in suis iniquitatibus deficient, vos vero animas vestras liberastis. Preterea unum valde illicitum et execrabile malum contra venerabilia[a] sanctorum patrum decreta eosdem vestros parrochianos[b] committere audimus, hoc est, ut nulla generis consanguinitate custodita, nulla propinquitatis[c] parentela observata unusquisque suam propinquam, in quocumque fuerint gradu, accipiat in uxorem atque incesto et nefario se coniugio copulent, quod[d][1] licitum facere Christianis non est, dum usque se generatio cognoverit. Unde sanctissimi predecessores nostri, Stephanus videlicet Eugenius atque Leo, sinodali decreto tale nefandum coniugium fieri prohibuerunt[e] dicentes[2]: Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam quamlibet de propria cognatione[f] nullus presumat sibi in coniugio copulari, quia scriptum est in lege Domini: ʻTurpitudinem uxoris patris sive uxoris fratris atque sororis tuę non revelabis; (Lev. 18, 7 sqq.) turpitudo enim tua estʼ. Et si Deus Ebraico populo ante incarnationem unigeniti filii sui hęc servanda mandavit, quanto amplius nos, qui Christiana religionis documenta tenemus, ab illicitis[g] conubiis observare debemus, ne demersi in voraginem ignis ęterni concrememur incendio? Si quis vero in hoc nefario coniugio inventus in eo permanere voluerit aut nunc ab uxore solutus hoc agere temptaverit, sciat se auctoritate apostolica anathematis vinculo esse innodatum et nullus sacerdos illi tribuat communionem et, si inclinatus ab inlicita se copula diviserit, pęnitentię summittatur, ut sacerdos loci consideraverit. Hoc etiam[h] cum illis pariter iubemus[3], ut nullus propriam[i] relinquat uxorem et illa vivente alteram sibi sociare[k] presumat, nec liceat ei uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam. Iubemus etiam[l][4], ut nulli sacerdotum[m] nullique laicorum liceat[l] res immobiles sub qualibet occasione a piis et venerabilibus locis subtrahere[n] et in proprio usu habere; qui vero presumpserit, canonicis subiaceat correctionibus. Statuimus etiam[o][5], ut omnes presbyteri et clerici sub[p] proprii potestate consistant episcopi et nichil sine ipsius conscientia gerant secundum regulam a patribus constitutam[q]. Si quis sane sacerdotum aut[r] clericorum aliter agere presumpserit, a suo canonice redarguatur episcopo; laicus quoque, si de potestate episcopi clericum quemlibet subtrahere[s] presumpserit, excommunicatus existat. Hęc, fratres karissimi, pro vestra supplicatione et honorificentia in auctoritatem habenda[t] descripsimus vobis, quatinus his nostrę constitutionis muniti preceptis digna Deo nostro possitis securiter deferre obsequia debitasque persolvere laudes. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere[u].

DATA IDUS IUNIAS, INDICTIONE XII.

190.

Iohannes VIII. papa Branimirum (ducem Chrobatorum) ad Romanae ecclesiae oboedientiam reversum laudat et missarum sollemnia pro salute principatus eius super altare b. Petri d. 21. Maii se celebrasse nuntiat; Iohannem presbyterum epistolam ad regem Bulgarorum delaturum remittit. *879 Iun. 7.*

a) -ia *in ras. R.* b) *primum* o *corr. ex* a *R.* c) -is *in ras. R.* d) *corr. ex* quodquod *R.* e) proibuerunt *R.* f) cougnatione *R.* g) *corr. ex* inlicitis *R.* h) -ti- *in ras. R.* i) propiam *R.* k) *corr. ex* sociari *R.* l) etiam — liceat *in ras. R.* m) sac̄tum *R.* n) subtraere *R.* o) -ti- *in ras. R.* p) sup *R.* q) constituam *R.* r) āt *R.* s) subtraere *R.* t) *corr. ex* habendam *R.* u) -re *in ras. R.*

1) *Cf. c. 15 conc. Rom. Zachariae a. 743 (ed. MG. Conc. II, 20).* 2) *Cf. c. 6 conc. Rom. Zachariae (non Stephani II.) a. 743 (ibid. p. 14) = c. 38 conc. Rom. Eugenii II. a. 826 (ibid. p. 582) abbrev. = c. 38 conc. Rom. Leonis IV. a. 853, JE. I p. 336.* 3) *Cf. c. 36 conc. Rom. Eugenii II., l. l. p. 582 = c. 36 conc. Rom. Leonis IV. l. l.* 4) *Cf. ibid. c. 16 l. l. p. 574 = c. 16 l. l.* 5) *Cf. can. apostol. XXXV (XXXIII), ed. Hefele ʻConciliengesch.ʼ 1, 311.*

Cod.: R f. 73' n. 191.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 421 n. 184. Mansi Conc. coll. XVII, 125 n. 184. Migne Patr. lat. CXXVI, 841 n. 229. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 207. — Jaffé Reg. 3259 (2478).

DILECTO FILIO BRANIMIR[1].

Relegentes nobilitatis tuę litteras, quas per Iohannem venerabilem presbyterum[2], communem fidelem, nobis mandasti, quantam fidem et sinceram devotionem circa ecclesiam sanctorum apostolorum Petri ac Pauli et circa nos habeas, luce clarius novimus. Et quia Deo favente quasi dilectus filius sancto Petro et nobis, qui per divinam gratiam vicem eius tenemus, fidelis in omnibus et obediens esse cupias et[a] humiliter profiteris, tuę nobilitati dignas valde gratias his nostri apostolatus litteris agimus paternoque amore utpote karissimum filium ad gremium sanctę sedis apostolicę matris tuę, de cuius videlicet purissimo fonte patres tui melliflua sanctę predicationis potavere fluenta, redeuntem suscipimus et spiritalibus amplectimur ulnis[b] atque apostolica volumus benignitate fovere, ut gratiam et benedictionem Dei sanctorumque Petri ac Pauli apostolorum principum[c] et nostram super te habens diffusam a visibilibus et invisibilibus hostibus, qui saluti humanę insidiari et impedire non cessant, salvus semper ac securus existas optatamque de inimicis victoriam facilius possis habere. Nam quanto ipse te Deo humiliter subdere sanctisque ipsius obedire preceptis studueris atque ipsius sacerdotibus et ministris honorem debitum[d] pro amore Domini exhibueris, tanto super omnes[e] inimicos tuos et rebelles adversarios eris procul dubio victor et potens. Et ideo monemus
cf. Tob. 4, 6. industriam tuam, ut in omnibus tuis actibus Deum[f] semper pre oculis habeas, timeas
Ps. 111, 1–2. et toto diligas corde, quoniam dicente psalmista: 'Beatus est vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis; potens in terra erit semen eius', et ipse in evangelio:
Io. 14, 23. 'Qui me', inquit, 'diligit, sermonem meum servabit[g] et pater meus diliget[h] eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus'. Quod cum ita sit, si tuis bonis operibus in presenti lucentibus Deum glorificaveris, gloria eris sempiterna in futuro sine
cf. 1. Reg. 2, 30. dubio[i] decoratus, quoniam ipse per Moysen hoc se facere testatus dicens: Glorificantes me glorificabo. Sicut autem nostro pręsulatui per iamfatum presbyterum varia[k] suggessisti[l], quatenus nostro tibi ore apostolico benediceremus, pro tuę salutis augmento id ipsum libenter fecimus. Nam in die ascensionis Domini[3] inter sacra missarum sollempnia super sacrum altare[m] beati Petri apostoli celebrantes elevatis[n] sursum manibus benediximus tibi et omni populo tuo omnique terrę tuę, ut hic et in ęternum corpore simul et anima salvatus et principatum terrenum, quem habes, prospere ac securiter regere possis, et in cęlesti regione post mortem cum Deo feliciter gaudeas et in perpetuum regnes. Et quia hunc ipsum Iohannem presbyterum tibi et nobis verum fidelem in omnibus esse cognoscimus, dedimus illi nostram apostolicam epistolam deferendam regi[o] Uulgarorum[4]. Ideo petimus, ut pro amore sancti Petri et nostro cum tua ipse licentia legationem hanc nostram sine tarditate[p] perficiat, ut et propter hoc tuę dilectioni multiplices gratias habeamus.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII.

---

190. a) cupias *corr. ex* cupiatis *R.* b) ulmis *R.* c) principis *R.* d) b *corr. ex* u *R.* e) te *del. ante* omnes *R.* f) dm̄ *corr. ex* dñ *R.* g) serbauit *R.* h) diligit *R.* i) b *corr. ex* u *R.* k) aria *R, postea del.* l) sugesisti *R.* m) *corr. ex* altore *R.* n) elebatis *R.* o) *corr. ex* rege *R.* p) *corr. ex* traditate *al. man. R.*

1) *Qui hoc ipso anno 879, occiso Sedesclavo parti Graecorum favente, cui adhuc directa est epistola n. 184, ducatum Chrobatorum occupaverat, cf. Dümmler 'Sitz.-Ber. d. Wiener Akad.' XX (1856) p. 407.* 2) *Venetum, iam prius pro acquirendis Romanae ditioni regionibus illis laborantem, cf. Dümmler 'Ostfränkisches Reich' II², 375.* 3) *D. 21. m. Maii.* 4) *N. 192.*

191.

Iohannes VIII. papa Theodosium diaconum, electum Nonensem, ob fidei sinceritatem erga Romanam ecclesiam collaudat, monet, ne in aliam partem declinans contra instituta patrum episcopatum quaerat, sed consecrationem a se percipiat. *879 Iun. 7.*

Cod.: R f. 74 n. 192.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 420 n. 183. Mansi Conc. coll. XVII, 124 n. 183. Migne Patr. lat. CXXVI, 838 n. 225. Fejér Cod. dipl. Hungariae 1, 206. — Jaffé Reg. 3255 (2474).

THEODOSIO VENERABILI DIACONO ET ELECTO[a] SANCTĘ ECCLESIĘ NONENSIS[1].

Dilectionis tuę litteris receptis atque perlectis devotionis et fidei tuę sinceritatem, quam circa ecclesiam beati Petri apostoli et circa nostrum pontificium habes, luce clarius agnovimus et, quia nostram gratiam et benedictionem humili prorsus affectu expetere studuisti, valde sumus gavisi. Nam et Iohannes venerabilis presbyter[2] de vestra parte veniens multa nobis tuę bonitatis et patientię viva voce preconia retulit, quę in sacerdote Christi magnopere sunt habenda. Unde te quasi dilectum corporis Christi membrum et spiritalem filium nostri apostolatus ulnis extensis amplectimur paternoque amore diligimus atque apostolica semper volumus benignitate fovere. Ideo monemus sagacitatem tuam, ne[b] in quamlibet partem aliam declines et contra sacra venerabilium patrum instituta episcopatus gratiam recipere quęras, audiens illam desiderabilem summi iudicis[c] vocem dicentis: 'Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca (Matth. 25, 23.) fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui', sed toto corde totaque voluntate ad gremium sedis apostolicę, unde antecessores tui divinę legis dogmata[d] melliflua cum sacrę institutionis forma summique sacerdotii honorem sumpserunt, redeas, quatenus et ipse ab apostolica sede, quę caput et magistra est omnium ecclesiarum Dei, episcopalem consecrationem per nostrę manus impositionem Christo annuente percipias, quatenus secundum pristinum morem sancti Petri et nostra semper auctoritate atque tuitione munitus populum Domini tibi commissum strenue ac securiter regas et in conspectu Altissimi veniens venias cum exultatione portans manipulos tuos[e] dicereque (cf. Ps. 125, 6.) Domino possis ovanter: 'Ecce ego et pueri, quos michi dedisti', et ob hoc cum Deo (Is. 8, 18.) valeas sine fine gaudere.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII.

192.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum monet, ut ad Romanam ecclesiam redeat et, si voluerit, per latorem praesentium Iohannem (Venetum) presbyterum sibi remandare curet. *879 Iun. 8.*

Cod.: R f. 74 n. 193.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 424 n. 189. Mansi Conc. coll. XVII, 128 n. 189. Migne Patr. lat. CXXVI, 843 n. 231. — Jaffé Reg. 3261 (2480).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAHELI GLORIOSO REGI UULGARORUM.

Quante pietatis et miserationis suę largitate vos omnipotens Deus dilexerit, narrare quis[a] sufficiat, carissime fili, quando per infusionem sancti Spiritus sui in cor vestrum

191. a) DILECTO *R.* b) *in ras. R.* c) iudices *R.* d) -ta *in ras. R.* e) *in ras. R.*
192. a) q *R.*

1) *'Nona' in Dalmatia.* 2) *Venetus, cf. n. 190, p. 152 annot. 2.*

unigenitum filium[a] suum, per quem omnia visibilia et invisibilia condidit, vobis clementer revelare dignatus est mentemque vestram[a] claritatis suę lumine inradiare et, de tenebris ad veram voluit perducere lucem vereque fidei dogmate sancto docere! Ipsius etiam gratia vobis revelante ad sedem beati Petri apostolorum[b] principis, quę caput et magistra omnium ecclesiarum Dei existit et a qua omnes reges et principes verbum veritatis acceperunt, legatos vestros, Petrum scilicet cognatum vestrum et Iohannem atque Martinum, pręcessoris nostri domni Nikolai beatissimi presulis tempore direxistis[1], ut et vos inde doctrinam ecclesiasticam atque canonica instituta reciperetis, ubi totius ecclesię Christus posuit principatum, quod nimirum secundum vestram voluntatem ab eadem sancta Romana ecclesia promeruisti[2]. Nunc igitur vos quasi propriam gregis Dominici ovem[c] nobis in ipso apostolorum principe commissam et utpote karissimum filium nostrum his nostri apostolatus litteris visitamus et nostris apostolicis spiritaliter amplectimur ulnis, assidue vos cum omni populo vestro sacris orationibus nostris Domino commendantes, ut ipse, qui vobis gloriosum in terris tribuit principatum, tribuat et post mortem celeste regnum et gloriam sempiternam. Quapropter monemus gloriam vestram, ut ad sanctam matrem vestram Romanam ecclesiam devota mente libentique animo redeatis[3], ut apostolorum sanctorum pręcibus adiuti tam visibiles quam et invisibiles[d] inimicos facile superare possitis et, quia vos, ut predictum est, multum diligimus, nostrum ad vos volumus cum sedis apostolicę visitatione dirigere legatum visitareque vos, sicut pastor visitat gregem domini sui sibi commissum, si tamen cognoverimus voluntatem vestram, quod nostram cupiatis recipere legationem et apostolicam visitationem. Quod si volueritis, per hunc Iohannem venerabilem presbyterum, fidelem nostrum, nobis sub certitudine litterarum vestrarum remandare curate, dilectissime atque amantissime fili. Omnipotens Deus, qui vobis viam veritatis ostendit et lumine suę claritatis cor vestrum illustrare dignatus est, nunc et semper cum omni prosperitate et salute vos conservare dignetur[e] incolumem.

DATA VI[a]. IDUS IUNIAS, INDICTIONE XII.

193.

Iohannes VIII. papa Karolomanni regis auxilium aut consilium pro calamitatibus ecclesiae iterum expetit, Iohannem (Signinum) et Paschalem (Amerinum) episcopos, legatos suos, commendat. *879 Iun. 7.*

Cod.: *R f. 74' n. 191.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 422 n. 186. Mansi Conc. coll. XVII, 126 n. 186. Migne Patr. lat. CXXVI, 839 n. 227. — Jaffé Reg. 3256 (2476).*

DILECTISSIMO AC SPIRITALI FILIO KAROLOMANNO GLORIOSISSIMO REGI[4].

Quia more pręcessorum nostrorum pontificum regiam excellentiam divinitus exaltatam pio mentis affectu diligimus, ad honorem et exaltationem sanctę Dei ecclesię eam sitibundo pectore videre avide[a] desideramus, quatenus vestrę magnitudinis triumphali certamine sedis apostolicę vigor et honor, quem progenitorum vestrorum, gloriosissi-

a) filium — vestram *in ras. R.* b) *corr. ex* apostoli *R.* c) v *corr. ex* b *R.* d) quam et invisibiles *add. in marg. superiori al. man. R.* e) e *in ras. R.*

193. a) *corr. ex* avidere *R.*

1) *Petrus cognatus Michaelis, cui directae sunt epp. nn. 67 et 183 a. 866 primas cum Nicolao papa relationes iniit et iterum a. 868/69 legatus Romam venit ad expetendum ecclesiae Bulgarorum archiepiscopum, cf. Dümmler, l. l. II², 191 sq., 256 sq.* 2) *Cf. Nicolai I. responsa ad consulta Bulgarorum, MG. Epp. VI, 568 sq.* 3) *Quam a. 870 Photio patriarcha instigante reliquerat, cf. Dümmler, l. l. II², 257 sq.* 4) *V. supra nn. 179, 180.*

morum videlicet imperatorum, tempore habuisse recolimus, vobis regnantibus maneat illibatus et integer, ut et vestrę regalis glorię decus vigeat indiminutum et eternę mercedis vobis munus superna gratia tribuatur. Nunc igitur pro tot et tantis calamitatibus ac necessitatibus, quas a paganis assidue atque a malis patimur Christianis, licet pro multitudine scribere non valeamus et vestram excellentiam ignorare non credimus, pastorali sollicitudine moti, ponentes animas nostras in manibus nostris, ingentes labores (cf. 1. Reg. 19, 5; 28, 21.) non solum marini sed itineris etiam terreni omnimodis sumpsimus[1]. Testamur namque Deum, cui occulta omnium manifesta existunt, quod vestro desiderabili honore nullius (cf. 1. Cor. 14, 25.) hominis nisi vestrum prepotens adiutorium avida mente quęrere voluimus, sed malorum hominum, quos ipsi scitis, prępediti insidiis hoc agere non valuimus[2]. Quapropter, dilectissime fili, nostra apostolica exhortatione monemus gloriam vestram, ut pro amore sanctę Romanę ecclesię matris vestrę defensionis laborem indubitanter assumere non pretermittatis, unde vobis honor et salus hic et in ęternum accrescat. Et ideo petimus, ut pro Dei et sanctorum apostolorum Petri ac Pauli amore nostris apostolicis monitis toto conamine attendatis, quatenus aut per vos aut per saluberrimum consilium vestrum citius nobis subvenire omnimodo satagatis, quoniam tanta istius terrę perditione undique aggravati undique concussi talia iam sufferre minime valemus. Nam si, quod absit, per vos forte remanserit, ut ecclesia Dei in pręsenti defensionem non habeat et taliter turbata consistat, videte, ne ante tribunal Christi et coram apostolorum principum presentia vestrę animę patiamini detrimentum, quia nos paterna vos ammonitione hortantes secundum ministerii nostri officium ea, quę Dei sunt et[a] saluti vestrę proficua, agere incunctanter convenimus. Misimus autem ad vos pręsentes missos nostros, Iohannem[3] et Paschalem[4] venerabiles[b] episcopos dilectos fideles nostros, quos petimus ut pro nostro amore benigne recipiatis et eis locum familiaritatis tribuatis atque ea, quę vobis de nostra parte dixerint, libentissime attendatis.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII.

194.

Iohannes VIII. papa Karolomanno regi Gospertum diaconum mittit, rogans, ut eum Vercellensi ecclesiae in episcopum praeficiat. *879 Iun. 7.*

Cod.: R f. 75 n. 195.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 423 n. 187. Mansi Conc. coll. XVII, 125 [l. 127] n. 187. Migne Patr. lat. CXXVI, 840 n. 228. — Jaffé Reg. 3257 (2477).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO CAROLOMANNO GLORIOSO REGI[5].

Misimus cum his presentibus missis[6] nostris hunc venerabilem diaconum nomine Cospertum vobis, ut credimus, notum in servitium magnitudinis vestrę, quem petimus, ut pro nostro amore benigne recipiatis; et quia nobis ac vobis fidelis existit, rogamus excellentiam vestram, ut episcopatum Bercellensis ecclesię placido animo tribuatis, quatenus Deo auxiliante per nostram ac vestram munificentiam episcopali dumtaxat honore potitus[a] nobis in omnibus existere devotior atque fidelior possit.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII.

---

a) pro *del. post* et *R.* b) s *corr. ex* m *R.*

194. a) potius *R.*

1) *Scil. in itinere Francico a. 878.* 2) *Lambertum Spoletinum marchionem eiusque sequaces indicare videtur. Sed quantum haec a vero abhorreant, nemo est, quin videat.* 3) *Signinum, hodie 'Segni', 861—79.* 4) *Amerinum, hodie 'Amelia', 868—c. 879.* 5) *Cf. supra n. 179.* 6) *Iohanne et Paschali episcopis (cf. annot. 3, 4), latoribus ep. n. 193.*

195.

Iohannes VIII. papa Anselmum episcopum Lemovicensem docet, Stephanum quendam, qui necessitate cogente filium in extremo vitae positum ipse baptizaverit, nequaquam ob id ab uxore separandum esse. *879 Iun. 7.*

Cod.: R f. 75' n. 196. Anselmi Lucensis ep. Coll. can. X, 30 (29). Ivonis Carnotensis ep. Decr. I, 306. Gratiani Decr. C. XXX qu. 1 c. 7 et in aliis coll. can. (cf. NA. XXXVI, 98 annot. 4).

Edd.: Editio Romana (1591) III, 424 n. 188 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 492 n. 58. Mansi Conc. coll. XVII, 125 [l. 127] n. 188. Migne Patr. lat. CXXVI, 839 n. 226. Friedberg I, 1098. — Jaffé Reg. 3258 (2475).

ANSELMO EPISCOPO LEMOVECINE[a] ECCLESIĘ[1].

De homine, qui filium suum suscepit, cum ipse eum baptizasset[2].

Ad limina beatorum Petri ac Pauli apostolorum principum hic pręsens homo nomine Stephanus orationis causa veniens nostro presulatui suggerendo innotuit, quod filium suum in extremo vite positum necdum baptismatis unda lotum, absentia[b] scilicet sacerdotum necessario cogente, baptizasset eumque ipse propriis manibus retinendo suscepisset atque pro huius rei negotio notitię tuę patefacto reverentia tua quasi zelo rectitudinis flagrans pręfatum hominem a sua iudicaverit coniuge esse separandum[c].
cf. 1. Cor. 7, 10. Quod fieri nullatenus debet, dicente Scriptura, a Deo iunctam esse viro uxorem et
Matth. 19, 6. 'quos Deus coniunxit, homo non separet'; unde et Dominus in evangelio neminem
cf. Matth. 19, 9. posse dimittere uxorem suam nisi causa fornicationis apertissime iubet. Quapropter et nos tantę auctoritatis iussione pręcipua freti dicimus omittendum esse et inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi[d] opus laicis fidelibus iuxta canonicam sanctionem[3], si necesse fuerit facere, libere conceditur. Unde si predictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam[e] morte perpetua pereuntem dimitteret, sacri unda baptismatis lavit, ut eum de potestate auctoris mortis et tenebrarum eriperet et in regnum Christi iam regeneratum indubitanter mitteret, bene fecisse laudatur. Et idcirco cum sua uxore sibi iam olim legitime[f] sociata impune, quamdiu vixerint[g], iudicamus manere coniunctum nec ob hoc contra pręfatas auctoritates[h] divinas aliquatenus separari debere.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII[i].

196.

Iohannes VIII. papa episcopos et seniores civitatum Dalmatiae hortatur, ut consecrationes et pallia a Romano tantum pontifice, cuius obedientiam per nefas reliquerint, accipiant. *879 Iun. 10.*

Cod.: R f. 75' n. 197.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 425 n. 190. Mansi Conc. coll. XVII, 129 n. 190. Migne Patr. lat. CXXVI, 846 n. 231. — Jaffé Reg. 3262 (2481).

195. a) LEMOVECINA *R.* b) -bse- *in ras. R.* c) separatum *R.* d) p *corr. ex* b *R.* e) aīā *R.* f) legigime *R.* g) vicerint *R.* h) auctoritatis *R.* i) VII *R.*

1) *Hodie 'Limoges', 869—96.* 2) *Hoc lemma ex margine, ubi in registro positum erat, in contextum epistolae introductum est, cf. NA. XXXVI, 111 sq. Alia leguntur lemmata huius epistolae in collectionibus canonum, cf. NA. XXXVI, 98 annot. 4.* 3) *Cf. can. 38 syn. Eliberitan. a. 305 (Mansi II, 12).*

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS EPISCOPIS VITALI IADRANSI[1], DOMINICO ABSARENSI[2] CETERISQUE[a] EPISCOPIS DALMATINIS SEU IOHANNI ARCHIPRESBYTERO SANCTĘ SEDIS SALONITANĘ[3] OMNIBUSQUE SACERDOTIBUS ET SENIORIBUS POPULI HABITATORIBUS SPALATENSIS CIVITATIS[4] ATQUE ZADARENSIS[5] CETERARUMQUE[b] CIVITATUM.

Pastorali sollicitudine moti vos quasi oves[c] Dominicas nobis in beato Petro apostolorum principe commissas, dicente Domine: 'Si diligis me, Simon Petre, pasce oves Io. 21, 17. meas', licet pro assidua gentium persecutione nunc usque impediti[d], his modo apostolatus nostri litteris visitare curavimus, ammonentes fraternitatem vestram, ut more pręcessorum vestrorum ad sedem beati Petri apostoli, quę caput et magistra est omnium ecclesiarum Dei, et ad nos, qui ei divinitus pręsidemus, toto animo libentique voluntate reverti studeatis, quatenus inde summi honorem sacerdotii et totius institutionis ecclesiasticę formam sumatis, unde parentes ac precessores vestros melliflua sanctę predicationis et doctrinę apostolicę potasse fluenta recolitis. Reminisci namque debetis, quanta eosdem pręcessores vestros prospera evidentissime comitabantur, quando ad limina Petri cęlestis regni clavigeri devoto pectore quasi proprii filii confluebant, et quanta postmodum nunc usque sustinueritis adversa, cum ab ea vos quasi alienos separare non dubitastis. Quapropter vos plurimum diligentes, nequaquam[e] vestra, sed vos quęrentes, paterna benig- cf. Phil. 2, 21. nitate monemus atque hortamur, ut, sicut diximus, ad gremium sanctę Romanę ecclesię matris vestrę redire ovanter adtendatis[f], ut electus a vobis canonice archiepiscopus una cum vestro[g] omnium consensu et voluntate ad nos veniens gratiam[h] episcopalis consecrationis sacrumque pallium a nobis more pristino incunctanter percipiat, ut gratiam et benedictionem sancti Petri ac nostram[i] habentes a malis omnibus liberi et bonis universis repleti et hic in pręsenti sęculo gaudeatis et in futuro cum Domino sine fine procul dubio exultetis. Porro si aliquid de parte Grecorum vel Sclavorum super vestra ad nos reversione vel consecratione aut de pallii perceptione dubitatis, scitote pro certo, quoniam nos secundum sanctorum patrum decessorumque[k] nostrorum pontificum statuta vos adiuvare auctoritate curabimus. Quod si forte hanc nostram apostolicam ammonitionem, immo canonicam preceptionem pro nichilo ducentes ad sedem apostolicam Romanę ecclesię redire et inde secundum antiquam normam consecrationem episcopalem[l] sacrumque pallium recipere contempseritis, omni ecclesiastica vos communione scitote penitus excommunicandos. Interim tamen auctoritate Dei et sancti Petri vobis precipimus, ut non habeatis licentiam aliunde consecrationem palliumque recipere; nam si feceritis, quasi transgressores et inobędientes vos sine dubio iudicabimus. Hanc autem nostri apostolatus epistolam[m] fraternitati vestrę per hunc pręsentem Iohannem venerabilem presbyterum, fidelem familiarem nostrum[6], dereximus, cui scilicet aliqua iniunximus vobis verbotenus referenda; et ideo illi omnia, quę de parte nostra dixerit vobis, credere nullatenus dubitetis; ipsamque epistolam, ut ad omnium vestrum notitiam feratur, bulla nostra iussimus in calce signari.

DATA X. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XII.

197.

Iohannes VIII. papa Rostagno Arelatensi, Sigebodo Narbonensi, Roberto Aquensi archiepiscopis praecipit, ut de Giberto Nemausensi episcopo, monasterii (s. Aegidii), quod ad ius b. Petri pertinet, invasore, cum coepiscopis iudicium ferant. *879 Iun. 14.*

---

196. a) CETERIQUE *R.* b) CETERORUMQUE *R.* c) v *corr. ex* b *R.* d) *corr. ex* impedit *al. man. R.* e) nequa *corr. in* ñ *R.* f) *corr. ex* adtenditis *R.* g) *corr. ex* vestrum *R.* h) grā *R.* i) nrā *R.* k) decesorumque *R.* l) *primum* p *corr. ex* c *R.* m) *corr. ex* epistola *al. man. R.*

1) *Jadera, hodie 'Zara'.* 2) *Hodie 'Absor', c. 870—c. 880.* 3) *Hodie 'Salona'.* 4) *'Spalato'.* 5) *'Zara'.* 6) *Venetum, qui etiam ep. n. 191 eiusdem fere argumenti Nonam detulit.*

Cod.: R f. 76' n. 198.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 426 n. 191 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 492 n. 59. Mansi Conc. coll. XVII, 130 n. 191. Baluze Miscell. II² (Lucae 1761) p. 113 ex ed. Rom. = Mansi XVII, 215. Migne Patr. lat. CXXVI, 845 n. 133; 847 n. 135. — Jaffé Reg. 3264 (2483).

ROSTANNO ARCHIEPISCOPO ARELATENSI[1], SIGIBODO ARCHIEPISCOPO NARBONENSI[2] ET[a] ROBBERTO ARCHIEPISCOPO AQUENSI[b][3] A PARIBUS.

Veracium relatione comperimus Gibertum Nemonensem[4] venerabilem episcopum quoddam monasterium nostrum[5], quod super eundem episcopum acquisivimus, ipse Gibertus temere invaserit omnesque res ipsius monasterii per suos[c] homines distribuerit et illius monachos inde contra sacras regulas omnino expulerit. Quod tantum nobis displicuit, quantum, sicut ipse nobiscum advertis, calcata reverentia venerandorum canonum contra privilegium apostolicę sedis eum fecisse non ambigis. Quapropter fraternitati tuę dirigimus, ut vice nostra cum confratribus et coepiscopis nostris iunctus eundem Nemonensem[d] episcopum ad commune colloquium convocetis et ex auctoritate nostra conveniatis, ut ab omni invasione ipsius monasterii tam se quam suos removeat et ulterius nec res eius nec monachos illic Domino famulantes molestare pręsumat. Quod si ipse surda aure, quod absit, per vos monita nostra audierit, tunc ex auctoritate beati Petri apostoli, cui idem monasterium pertinet, simul et nostra illum a ministerio sacerdotali excommunicando suspende, quousque dum aut ab ipsa invasione se subtrahat, aut ad sedem apostolicam[e] vel ad nostram pręsentiam nobis[f] satisfacturus occurrat. Agat in his sanctimonia tua, sicut illam agere decet, ut nos et[g] Deo laudes et tibi gratias referamus.

DATA XVIII. KALENDAS IULII, INDICTIONE XII.

198.

Iohannes VIII. papa Michaeli regi Bulgarorum gratias agit de donis sibi transmissis; monet, ut a Graecorum ad Romani pontificis oboedientiam redeat.

879 (Iun. ex.—Iul.)

Cod.: R f. 76' n. 199.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 427 n. 192. Mansi Conc. coll. XVII, 131 n. 192. Migne Patr. lat. CXXVI, 848 n. 236. — Jaffé Reg. 3265 (2484).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAHELI GLORIOSO REGI UULGARORUM[a].

Multas regię excellentię vestrę gratias agimus, quia sicut karissimus filius divino repletus amore paternitatem nostram per Functicum[b][6] eximium fidelem vestrum visitare missisque donis honorare curasti, per quem tuę salutis incolumitatem omniumque fidelium tuorum audientes prosperitatem valde sumus gavisi. Nos autem et nostris assiduis precibus ante sacratissimum beati Petri apostolorum principis corpus adstantes et te et omnes principes tuos omnemque populum tuum Iesu Christo domino semper commendare studemus et benedicimus tibi et omni populo tuo omnique regno tuo, ut et a visibilibus

---

197. a) E *R.* b) E *add. supra lineam R.* c) *corr. ex* vos *al. man. R.* d) *sic R, cf. l. 7.* e) aplica *R.* f) a nobis *R.* g) et ut nos *R.*

198. a) *corr. in* UULGARIORUM *R.* b) *corr. ex* functi cum *R.*

1) *De quo cf. nn. 97, 99, 120, 133.* 2) *Cf. n. 97, p. 91 annot. 2.* 3) *Hodie 'Aix', cf. n. 133, p. 117 annot. 7.* 4) *I. e. Nemausensem, hodie 'Nîmes', 875—91.* 5) *S. Aegidii ('St. Gilles'), quod iuris b. Petri ex ipsius fundatoris s. Aegidii olim concessione esse nonnisi a. 878 Arelate placito habito papa contra Gibertum evicerat (cf. JE. 3176) et paulo post Trecis firmaverat (cf. JE. 3179).* 6) *Idem esse videtur ac* Sundica *nobilis, cui directa est ep. n. 183. Inter hanc epistolam et n. 192 aptum tempus pro hac Bulgarica legatione ibidem expetita intercedere debet, cf. NA. XXXVI, 152 annot. 1.*

et invisibilibus hostibus liberatus Deique auxilio adiutus inimicorum tuorum semper victor existas et ad palmam superne vocationis gloriosus pertingas, ut ipse, qui gratię suę largitate et regnum tibi terrenum concessit et illuminando oculos mentis tuę viam veritatis ostendit et de tenebris ad veram lucem perduxit, usque ad finem in eadem sancta fide et bonis operibus perseverantes salvos et incolumes dignetur perducere, ut post finem pręsentis vite per intercessiones[a] sanctorum apostolorum Petri et Pauli regnum valeas cęleste percipere, in quo illa omnia bona, quę oculus non vidit nec (cf. 1. Cor. 2, 9.) auris audivit nec in cor hominis ascendit, cum sanctis omnibus simul accipias, quę diligentibus se ab origine mundi pręparavit omnipotens Dominus. Sed non modica nos tristitia[b], o fili carissime, replevisti, quia sedem beati Petri cęlestis regni clavigeri, qui tibi in manifesta visione apparuit et oportunum auxilium prębuit, reliquisti, cum ipsa sedes caput et magistra sit omnium ecclesiarum Dei, ad cuius auctorem beatum Petrum a Domino dictum est: 'Pasce oves meas', et cui tradite sunt claves regni cęlorum, ut (Io. 21, 17. cf. Matth. 16, 19.) quęcumque ligaverit super terram, ligata maneant et in cęlis et quęcumque solverit super terram, sint soluta et in cęlis. Revertere iam, fili amantissime, ad sanctam matrem tuam Romanam ecclesiam, quę te religioso utero genuit et per quam totius religionis et iustitię formam sancto prędecessore nostro Nikolao pręsulę mittente suscepisti[1] et quę omnium gentium retinet principatum et ad quam totius mundi quasi ad unam matrem et unum caput conveniunt nationes. Nolite amplius deserere matrem tuam, quia illa[c] tui non obliviscitur, quin potius quasi unicum diligit et semper memoriam tui coram Domino facit. Non enim licitum fuit Grecis alterius parroechiam usurpare, sanctis hoc patribus apertissime prohibentibus[2]. Et idcirco ipsi contra canones Spiritu[d] Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos nostras retinent dioeceses. Quos, si pro tuo nobis non esset amore, iam per apostolicę sedis sententiam inde compelleremus[e] exire.

DATA UT SUPRA.

199.

Iohannes VIII. papa Anastasio abbati (s. Salvatoris Reatini) praecipit, ut cellulam s. Valentini in Sabinis Gauderico (Velitrensi) episcopo, cui eam abstulerat, reddat.

879.

Cod.: *R f. 77 n. 200.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 428 n. 193. Mansi Conc. coll. XVII, 132 n. 193. Migne Patr. lat. CXXVI, 849 n. 237. — Jaffé Reg. 3266 (2485). Kehr Italia pontificia II, 71; IV, 25.

ANASTASIO RELIGIOSO ABBATI[3].

Monemus religionem tuam et expresse precipimus, ut omni remota occasione et dilationis inventione[a] cellulam sancti Valentini in Sabinis[b] positam[4], quam a Gauderico venerabili episcopo[5] abstulisti, ei continuo reddas usque in nostram presentiam, ut nec suum laborem perdat, nec pro eo, quod ex hinc nos adiit, sibi obesse, quin potius prodesse cognoscat. Quod etiam[c] tibi faciendum per pręsentem cubicularium nostrum manda-

---

a) -ione- *in ras. R.* b) *corr. ex* tristigia *R.* c) *corr. ex* illi *al. man. R.* d) $\overline{sps}$ *R.* e) *corr. ex* compellemus *al. man. R.*

199. a) *corr. ex* inventionem *R.* b) sauinis *R.* c) -ti- *in ras. R.*

1) *Cf. p. 154 annot. 2.* 2) *Cf. Canon. apostol. XIV (XIII), ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 804.* 3) *Monasterii s. Salvatoris Reatini (cf. n. 79, p. 75 annot. 6), cui una cum Iohanne Farfensi abbate Ludovicus II. imp. a. 872 Mai. 28 privilegium dedit (Mühlbacher Reg. 1254 [1219]).* 4) *Quae saepius in chartis Farfensibus occurrit. Eandem esse ac ecclesiam s. Valentini de Rocca Antiqui ('Roccantica') Kehr primum coniecit (l. l. II, 71), postea reiecit (l. l. IV, 25).* 5) *Velitrensi, cf. n. 83, p. 79 annot. 2.*

mus, ut aliter nullo modo facias. Cum autem te nobis exhibueris, si merito sua neglegentia fortasse ipsam cellulam amisit, nos eum contra iustitiam defendere nolumus, sicut nec illum innocentem perpeti damna permittimus.

DATA UT SUPRA.

200.

Iohannes VIII. papa Sventapulcum ducem Moraviae arguit, quod in recta fide dubitet; Methodium archiepiscopum, quem aliter ac Romanam ecclesiam docere audierit, Romam se citaturum nuntiat. *879 (Iun. ex.—Iul.)*

Cod.: R f. 77' n. 201.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 428 n. 194. Mansi Conc. coll. XVII, 132 n. 194. Migne Patr. lat. CXXVI, 849 n. 238. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 211. Boczek Cod. dipl. et epist. Moraviae I p. 40 n. 58 = Ginzel 'Gesch. d. Slavenapostel Cyrill u. Method' app. p. 59 n. 4. Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I (1904) p. 17 n. 22. — Jaffé Reg. 3267 (2486).

ZVUENTAPU .. DE MARAVNA[1].

Scire vos volumus, quia nos, qui per Dei gratiam beati Petri apostolorum principis vicem tenemus, pio amore vos quasi karissimos filios amplectimur[a] et paterna dilectione amamus nostrisque assiduis precibus vos omnes Iesu Christo domino commendamus, orantes semper pro vobis, ut Deus omnipotens, qui corda vestra inluminavit et[b] ad viam veritatis perduxit, in bonis operibus confirmet et usque ad finem in recta fide bonaque actione decoratos vos atque incolumes dignetur perducere. Quod autem, sicut Iohanne[c] presbytero vestro[2], quem nobis misistis, referente didicimus, in recta fide dubitetis, monemus dilectionem vestram, ut sic teneatis, sic credatis, sicut sancta Romana ecclesia ab ipso apostolorum principe didicit, tenuit et usque in finem sęculi tenebit atque per totum mundum cottidie sanctę fidei verba recteque predicationis semina mittit et sicut antecessores nostros, sanctos videlicet sedis apostolicę pręsules, parentes vestros ab initio docuisse cognoscitis[3]. Si autem[d] aliquis vobis vel episcopus vester vel quilibet sacerdos aliter adnuntiare aut predicare presumpserit, zelo Dei accensi omnes uno animo unaque voluntate doctrinam falsam abicite stantes et tenentes traditionem sedis apostolicę. Quia vero audivimus, quia Methodius vester archiepiscopus ab antecessore nostro, Adriano scilicet papa[4], ordinatus[5] vobisque directus aliter doceat, quam coram sede apostolica se credere verbis et litteris professus est, valde miramur; tamen propter hoc direximus[6] illi, ut absque omni occasione ad nos venire procuret, quatenus ex ore eius audiamus, utrum sic teneat et credat, sicut promisit, aut non.

DATA UT SUPRA[7].

201.

Iohannes VIII. papa Methodio archiepiscopo Pannoniensi praecipit, ut Romam veniat, de criminibus in eum prolatis causam dicturus. *879 (Iun. ex.—Iul.)*

200. a) amplectamur *R.* b) *add. supra lineam al. man. R.* c) *corr. ex* Iohannis *al. man. R.* d) *add. supra lineam R.*

1) *I. e. Sventapulco I. duci Moraviae (870—94).* 2) *Veneto, cf. nn. 190, 192.* 3) *Conversio Slavorum Pannoniae sub auspiciis Salisburgensis ecclesiae olim coepta postea per Cyrillum et Methodium longe alio modo continuata est, cf. Dümmler l. l. II², 176 sq.* 4) *II., 867—72.* 5) *A. 870; cf. Dümmler II², 262.* 6) *Cf. epistolam n. 201 una cum hac delatam.* 7) *Fejér et Boczek habent* Dat. XVIII. kal. iul., ind. XII, *signis temporum ad ep. n. 197 relatis, cf. NA. XXXVI, 128 annot. 1.*

Cod.: *R f. 77' n. 202.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 429 n. 195. Mansi Conc. coll. XVII, 133 n. 195. Migne Patr. lat. CXXVI, 850 n. 239. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 212. Boczek Cod. dipl. et epist. Moraviae I (1836) p. 39 n. 57 = Ginzel 'Gesch. d. Slavenapostel Cyrill u. Method' app. p. 58 n. 3. Friedrich Cod. dipl. et epist. Bohemiae I (1904) p. 18 n. 23. — Jaffé Reg. 3268 (2487).*

REVERENTISSIMO METHODIO ARCHIEPISCOPO PANNONIENSIS ECCLESIĘ[1].

Predicationis tuę doctrinis populum[a] Domini tibi quasi spiritali pastori commissum salvare instruereque cum debeas, audivimus, quod non ea, quę sancta Romana ecclesia ab ipso apostolorum principe didicit et cottidie predicat, tu docendo doceas et ipsum populum in errorem[b] mittas. Unde his apostolatus nostri litteris tibi iubemus, ut omni occasione postposita ad nos de presenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus et[c] veraciter cognoscamus doctrinam tuam, utrum sic teneas et sic predices, sicut verbis et litteris te sanctę Romanę ecclesię credere promisisti, aut non[c]. Audimus etiam, quod missas cantes in barbara, hoc est in Sclavina lingua, unde iam litteris nostris per Paulum episcopum Anconitanum tibi directis[2] prohibuimus, ne in ea lingua sacra missarum sollempnia celebrares, sed vel in Latina vel in Greca lingua, sicut ecclesia Dei toto terrarum orbe diffusa et in omnibus gentibus dilatata cantat[3]. Prędicare vero aut sermonem in populo facere tibi licet, quoniam psalmista omnes ammonet Dominum cf. Ps. 116, 1.
gentes[d] laudare et apostolus: 'Omnis', inquit[e], 'lingua confiteatur, quia dominus Iesus Phil. 2, 11.
in gloria est Dei patris'.

DATA UT SUPRA[4].

202.

Iohannes VIII. papa Anspertum Mediolanensem archiepiscopum arguit, quod spretis apostolicis legatis, licet excommunicatus, ministerium agere praesumpserit; ad synodum autumni tempore celebrandam eum citat. *879 (Iun. ex.—Iul.)*

Cod.: *R f. 78 n. 203.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 430 n. 196. Mansi Conc. coll. XVII, 133 n. 196. Migne Patr. lat. CXXVI, 850 n. 240. — Jaffé Reg. 3269 (2488).*

ANSPERTO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI[5].

Tantis, heu, pro dolor! transgressionibus inveniris obnoxius, quantis nullus de ecclesia Mediolanensi aliquo modo est inventus, in primis quod nostri operis atque laboris noluisti socius esse ac particeps, sed apostolicę sedi proterve[a] inobedienter ac procaciter resultasti; deinde legatos nostros Iohannem Ticinensem et Uualpertum Portuensem episcopos e latere[b] nostro ad te directos[6] non suscipiens prę foribus portę diu tibi nostrę ammonitionis verba facientes, quatinus nobis aut per te aut per legatum

201. a) *corr. ex* populi *R.* b) errore *R.* c) et cognoscamus, utrum — aut non, veraciter cognoscamus doctrinam tuam *R; verba* veraciter cognoscamus doctrinam tuam *in margine, ut videtur, posita, pro simplici voce* cognoscamus *inserenda, falso loco in textum introducta sunt.* d) ge- *corr. ex* dn *R.* e) t *corr. ex* d *R.*

202. a) proterbe *R.* b) e latere *corr. ex* elate *al. man. R.*

1) *Cf. n. 200.* 2) *A. 873/74, cum Paulus ep. legatus in Pannoniam et Germaniam mitteretur, cf. Dümmler l. l. II², 382 annot. 1. Ipsae litterae non exstant. Cf. Jaffé Reg. 2978.* 3) *Sed primo quidem usum Sclavinae linguae etiam in missarum celebratione Methodio concesserat Hadrianus II., cf. Dümmler II², 263, et id ipsum postea concessit Iohannes in ep. n. 255.* 4) Dat. XVIII. kal. iul. ind. XII *Boczek, cf. n. 200 p. 160 annot. 5.* 5) *Haec epistola re vera post sequentes nn. 203, 204 collocanda est, neque enim quae hic obiciuntur Ansperto graves contumeliae in illis iam occurrunt. Cf. etiam annot. 6.* 6) *Iohannes Papiensis ep., papae prae ceteris familiaris (cf. nn. 144—146) et Walpertus Portuensis ep., iam a. 876 legatione apostolica functus (cf. n. 23), synodo Romanae d. 1. Maii celebratae affuisse et epistolas nn. 203, 204 secum tulisse videntur.*

tuum tuam more prędecessorum tuorum condignam obedientiam exhibere debuisses, inreverenter stare fecisti nullamque illis reverentiam vel auditum accommodare dignatus cf. Ps. 57, 5. es[a], sed sicut aspis surda contra karitatis affectum viscera cordis et aures valide obdurasti. Pro quibus et his similibus te tamdiu communione privavimus missarumque celebratione, donec nobis occurreres[b] et aut per te aut per vicarium tuum cuncta errata corrigeres et sic te demum paternaliter in nostrum consortium admitteremus. Sed in despectum et iniuriam paternorum canonum[1] excommunicatus a nobis[2] sacrum ministerium agere missamque celebrare pręsumpsisti, de quo sollicite, volentes[c] parcere tuę senectuti, perquirentes adeo verum esse depręhendimus, ut presentium lator, vester videlicet presbyter[d], non fuerit ausus coram collegio coepiscoporum pro vobis hoc satisfacere. Quapropter, quia Domino auxiliante secundum statuta canonum[3] circa autumni tempus synodum sumus celebraturi; ad quam te[e] volumus omni occasione postposita sine mora venire aut legatos dirigere et, dum Christo opitulante perpetrata transgressionis purgaveris, te in communionem omnimodis recipiemus.

DATA UT SUPRA.

203.

Iohannes VIII. papa Anspertum archiepiscopum Mediolanensem frustra iam ter ad synodum vocatum et ob id excommunicatum quarto Romam ad synodum d. 12. Octobris celebrandam citat, placitum cum illo de regibus Francorum, qui Italiam intraverit, facere sine consensu suo vetat. *879 Mai. 19.*

Cod.: R *f. 78 n. 204.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 418 n. 181. Mansi Conc. coll. XVII, 122 n. 181. Migne Patr. lat. CXXVI, 836 n. 223. — Jaffé Reg. 3252 (2472).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ANSPERTO[a] ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Multe inobedientię atque perniciosę temeritatis procul dubio repperiris obnoxius, cf. 2. Cor. 11, 28. cum nobis pro ecclesiarum[b] Dei omnium iuxta apostolum commissa sollicitudine populique salute in hoc periculoso tempore, necessitate scilicet nimia cogente, strenue decertantibus nullum, ut oportebat, prębere assensum nullumque veluti capiti tuo compatiendo studuisti conferre solacium. Missis etiam[c] apostolatus nostri secundo ac tertio per fratres et coepiscopos nostros litteris in consortium sollicitudinis nostrę te more pręcessorum nostrorum utpote idoneum comministrum primum quidem[d] in Gallia[4] et postmodum Papia consistentes[5] canonice vocavimus, sed minime occurrere voluisti. Regulari etiam[e] et nostra apostolica vocatione iussimus[6], ut Romam pro tam multiplicibus necessitatibus in commune pertractandis ac synodicę delibrandis negotiis venire absque quolibet obtentu satageres, sed neque secundum canonicam sanctionem[f] excusationem tuam in tractoria[7] scriptam nobis et sanctę synode per idoneum e latere tuo ministrum dirigere neque ipse potius venire inprovida dumtaxat mente curasti, ut una cf. Gal. 6, 2. nobiscum, qui vestrum omnium onera portamus, iuxta pręceptum apostoli, ea portare omni annisu studeres. Pro quibus videlicet tot evidentissimis culpis et temerariis[g]

a) est *R.* b) *corr. ex* occurres *al. man. R.* c) uolumus *R.* d) pręsentium vester videlicet presbyter lator *R.* e) *in ras. R.*

125. a) ASPERTO *R.* b) -arum *in ras. R.* c) -ti- *in ras. R.* d) -m *in ras. R.* e) *corr. ex* et iam *R.* f) santionem *R.* g) te- *corr. ex* ti- *R.*

1) *Cf. can. 4 Antioch. a. 341 (Mansi II, 1310) et can. apostol. XXIX (XXVII), ed. Hefele 'Conciliengesch.' 1, 808.* 2) *Cf. n. 188.* 3) *Cf. n. 203, p. 163 annot. 2.* 4) *Cf. ep. n. 96 ex itinere Gallico, sed verisimiliter iam Ianuae scriptam.* 5) *Cf. n. 103; exstat praeterea altera citatio n. 108 paulo ante Taurini scripta.* 6) *Cf. n. 163.* 7) *Cf. n. 188, p. 150 annot. 5.*

presumptionibus a te peractis una cum veneranda synodo ante sacratissimum beati Petri apostolorum principis corpus habita[1] secundum immutilatam Africani concilii regulam[2] te ad concilium nostrum non occurrentem neque excusationem tuam in tractoria subscribentem neque iustam[a] rationem impedimenti tui apud nos, omnium vestrum primatem, reddere curantem omni prorsus ecclesiastica communione sancti[b] Spiritus auctoritate privavimus[3], quousque tuam specialem pręsentiam nobis et sedi apostolicę exhibere curaveris. Nunc itaque, quoniam constanter tenentes iustitiam benigne debemus semper prebere clementiam, his iterum nostris apostolicis litteris dilectioni tuę pręcipimus, ut, quia iam ad pręfatam synodum non venisti, ad eam, quam rursus iuxta canonis apostolici kapitulum tricesimum quartum[4] erimus quarto idus Octubris auxiliante Domino celebraturi, omni postposita occasione cum suffraganeis episcopis tuis devotus occurras vel, si aliqua evidenti necessitate te non posse venire claruerit, eximios a latere tuo dirigas viros, qui tunc nobis et sancto concilio idonee faciendo et causam tuę impossibilitatis veraciter intiment, et ea, quę pro ecclesiarum Dei utilitate peragenda sunt, nobiscum sagaciter valeant deliberare. Nam si et hanc quartam nostrę apostolicę auctoritatis vocationem parvipendens ad iam denuntiatam synodum ipse venire vel tuos mittere contempseris, scias pro certo, quoniam maiori te iudicii ecclesiastici vinculo velut inobedientem incunctanter ligabimus. Pręterea hoc etiam tibi tuisque suffraganeis omnibus ammonitione nostra denuntiamus atque pręcipimus, ut cum eo, qui de regibus Francorum[5] Deo favente Italiam fuerit ingressus, nullum absque nostro consensu et unanimitate placitum facere presumatis, apostolorum kanone kapituli tricesimi quinti[6] ita iubente[c] atque dicente: Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur et quem velut caput existiment[d], et nichil amplius preter eius conscientiam gerant, quam illa sola singuli, que[e] parroechię[f] proprię et villis, quę sub ea sunt, competunt; sed nec ille pręter omnium conscientiam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit et glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto. Propter quod et nos vestro communi tractatu atque consensu ea, quę ad communem et necessariam utilitatem ecclesiarum Dei nobis commissarum agenda sunt, omnimodis agere cupimus. Non enim aliter, dicente sancto Leone[7], unus grex et unus pastor sumus, nisi, quemadmodum apostolus docet, id ipsum dicamus omnes. cf. 1. Cor. 1, 10.
Simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia.

DATA QUARTODECIMO KALENDAS IUNII, INDICTIONE DUODECIMA.

204.

Iohannes VIII. papa (suffraganeos) Ansperti archiepiscopi (Mediolanensis) frustra Papiam et nuper kal. Maii Romam ad synodum vocatos iterum ad synodum d. 12. Octobris Romae celebrandam citat. *879 Mai. 20.*

Cod.: R f. 79 n. 205.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 419 n. 182. Mansi Conc. coll. XVII, 123 n. 182. Migne Patr. lat. CXXVI, 837 n. 224. — Jaffé Reg. 3253 (2473).

a) *in ras. R.* b) scis *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) -nt *in ras. R.* e) quem *R.* f) -ę *corr. ex* -a *R.*

1) *Romae kal. Maii 879.* 2) *C. 11 conc. Carthag. V a. 401 (Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 76 (ed. Migne LXVII, 206).* 3) *Cf. n. 188.* 4) *Immo XXXVIII (XXXVI) inter canones apostol. (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 812):* Bis in anno episcoporum concilia celebrentur . . . secundo vero XII. die mensis Hyperberetaei, id est iuxta Romanos quarto idus Octobris. 5) *Karolomanno aut Karolo III.* 6) *C. XXXV (XXXIII) ed. Hefele l. l. p. 811.* 7) *Epist. ad episc. Siciliae (Dion. Coll. decr. Leonis c. 8, ed. Migne LXVII, 282), Reg. Jaffé 414 (192).*

AD ANSPERTO ARCHIEPISCOPO[a] PRO CAUSA ARCHID̄[1].

Cum universi, qui Christiano censentur vocabulo, ab ipso religionis exordio fide et meritis[b] Petri Romanam ecclesiam sublimatam omni veneratione sequi omnique reverentia honorare studuerint et contra eam, nisi qui de se voluit iudicari, nullus obices manus habuerit, valde miramur, cur adeo vestri ordinis ministerium excedatis, ut, cuius auctoritatis cuiusque privilegii eadem sancta sit Romana ecclesia, fuco ignorantię non advertatis et ei, quę vos genuit, dolenti ac iniurias patienti nullo filiorum affectu compati studeatis; quin potius in contemptum religionis non solum possibilia adiutoria nobis prębere contempnitis, sed etiam[c] nuper a Galliis remeantibus, ut saltem clamorem et laborem nostrum, quem pro omnibus patiebamur, audiretis et doleretis, apud Ticinum nobis occurrere distulistis, ubi etiam[d] diutius[e] immorantes, ut ad sinodum[f] veniretis, vos litteris nostris[2] vocavimus; sed inobedientię atque temeritatis audacia freti nec tunc vestram nobis pręsentiam exhibere curastis; postremo generali sinodo[g] Romę pręteritis kalendis[h] Maii[i] celebratę a nobis rursum vocati[3] interesse penitus distulistis. cf. 2. Cor. 10, 6. Huius rei gratia iuxta apostolum in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam digna correptione canonicis verberibus[k] vos perferiremus, nisi misericordia apostolicę sedis nostrum animum temperaret. Vos autem, karissimi, tanta nostra patientia non cf. Is. 46, 8. abusi redite ad cor et deponentes omnem temeritatem pro communi salute et pace regni nobis herete, adeo ut, quę recipimus, recipiatis et, quę respuimus, respuatis, ut cf. 1. Cor. 1, 10; Rom. 15, 5. idipsum dicamus omnes et eadem sapiamus, quia et ego sollicitos vos pro communi salute ac statu regni et pace libenter audio, sicut econtra aliud, quam tenemus, tenentes non libenter admitto. Iam vero quia multotiens ad sinodum[l] convocati venire hactenus contempsistis, sicut prętulimus, omni temeritate atque inevitabili occasione deposita ad aliam sinodum[m], quam gratia divina opitulante[n] quarto idus Octubris future tertiędecimę indictionis[4] celebraturi sumus, occurrite, quatenus ea, quę ad utilitatem sancte Dei ecclesię pertinent, communi tractatu, communi voto atque consensu cum Domini adiutorio exequamur. Quodsi forte et tunc venire contempseritis, sciatis vos et de pręteritis et de futuris neglegentiis canonicę iudicandos, ita ut ecclesiarum vestrarum communione iuxta sacros canones[5] sitis contenti, qui non vultis ecclesiasticis acquiescere disciplinis.

DATA XIII. KALENDAS IUNII, INDICTIONE DUODECIMA.

205.

Iohannes VIII. papa Ludovico (III.) regi gratias agit de litteris per Astaldum comitem sibi transmissis; monet, ut a promisso auxilio nec pro eventu regni Ludovici (Balbi) († Apr. 12) praepeditus desistat, quia, si imperium Romanum sumpserit, omnia ei regna subiecta existerent. *879 (Iun.)*

Cod.: R f. 79' n. 206.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 430 n. 197. Mansi Conc. coll. XVII, 134 n. 197. Migne Patr. lat. CXXVI, 852 n. 242. — Jaffé Reg. 3254 (2490).

204. a) ARCHII *R.* b) *corr. ex* meriti *al. man. R.* c) -ti- *in ras. al. man. R.* d) -ti- *in ras. R.* e) *corr. ex* ditius *R.* f) i *corr. ex* y *R.* g) i *corr. ex* y *R.* h) i *corr. ex* a *R.* i) magi *R.* k) utibus *R.* l) i *corr. ex* y *R.* m) i *corr. ex* y *R.* n) opilante *R.*

1) *Non Ansperto, sed suffraganeis eius hanc epistolam directam esse Dümmler l. l. III², 102 annot. 1 recte ostendit. Corrupta igitur quodammodo superscriptio esse videtur.* 2) *Cf. nn. 108, 103.* 3) *Cf. n. 163.* 4) *I. e. d. 12. Octobris 879; cf. n. 203.* 5) *Cf. can. 11 conc. Carthag. V, v. supra n. 203, p. 163 annot. 1.*

DILECTO AC SPIRITALI FILIO HLUDOUUICO GLORIOSO REGI[1].

Vestrę regię serenitatis mellifluis relectis apicibus, quos per Astaldum insignem comitem vestrum nobis mandastis[2], quantam devotionem ac sincerissimam voluntatem exaltandi et defendendi ecclesiam Dei more videlicet parentum vestrorum gloriosissimorum imperatorum habeatis, luce clarius novimus[a]. Unde[b] valde gavisi existentes maximas excellentię[c] vestrę agimus gratias, quia nobis inter tot angustias et persecutiones, quas a paganis assidue supra modum patimur, vestrę invictę potentię auxilium defensionisque solacium pia dumtaxat animi devotione conferre omnimodis cupiatis. Ideo, fili karissime, nostrę apostolicę ammonitioni aurem clementię vestrę ut accommodetis, obnixe precamur, ut citius nobis vestro potenti brachio subvenire studeatis, quatenus sanctam Dei ecclesiam in magna nunc fluctuatione positam ad[d] portum salutis et tranquillitatis efficaciter perducatis et terram perditam per vos Deo propitio ad pristinam revocetis incolumitatem, ut ex hoc et apud omnipotentem Dominum dignam valeatis mercedem recipere, et in pręsenti sęculo laudabile nomen omnimodo adquiratis. Quapropter scitote pro certo, quia nullus parentum vestrorum tantam gloriam et exaltationem a decessoribus nostris percepit, quantam nos vobis, si veneritis, totis multipliciter viribus desideramus impendere. Porro de hoc, quod mandastis, ut pro eventu regni Hludouuici pię memorię nepotis vestri[3] prępediti existatis, pro multo, quod circa vos videndi desiderium habemus, turbati manemus. Sed vestra fisi benignitate petimus, ut omni cura remota pro amore Dei et sanctorum apostolorum Petri ac Pauli nostrę petitionis[e] sollicitudinem pio pectore vestro alacriter assumatis, ut, sicut sedes apostolica, quę caput est omnium ecclesiarum Dei, vos magno desiderio quasi unicum et carissimum filium prestolatur, vestra speciali visione celeriter perfruatur, quoniam, si Deo favente Romanum sumpseritis imperium, omnia vobis regna subiecta existent. Nam si pleniter sciretis, quanta nos undique mala, quę pro multitudine scribere nequivimus, opprimunt et affligunt, tantum in vestra confidimus[f] sapientia, quod per vestram magnitudinem iam maneremus defensi. Deus te incolumem custodiat, carissime fili.

DATA UT SUPRA.

206.

Iohannes VIII. papa sacerdotes et populum Branimiri (ducis Chrobatorum) ad Romanam ecclesiam redire cupientes collaudat eisque benedicit. *879 Iun. 7.*

Cod.: R f. 80 n. 207.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 422 n. 185. Mansi Conc. coll. XVII, 126 n. 185. Migne Patr. lat. CXXVI, 842 n. 230. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 209. — Jaffé Reg. 3260 (2479).

OMNIBUS VENERABILIBUS[a] SACERDOTIBUS ET UNIVERSO POPULO[4].

Cum litteras principis vestri[b] Branimir[c], quas nobis per Iohannem venerabilem presbyterum[5] ipse direxit, legeremus, non solum illius devotionem, sed etiam[d] fidei vestrę sinceritatem et dilectionem, quam circa sanctum Petrum apostolorum principem et circa nos habetis, cognovimus et, quia velut karissimi filii ad sanctam Romanam ecclesiam,

---

205. a) v *corr. ex* b *R.* b) -nde *in ras. R.* c) -ę *corr. ex* -as *R.* d) d *corr. ex* t *R.* e) -nis *corr. ex* -nes *R.* f) cognoscimus *R.*

206. a) UENERAUILIBUS *R.* b) urīs *R.* c) bram *R.* d) -ti- *in ras. R.*

1) *III., fil. Ludovici Germanici. Cf. n. 88. — De re cf. Dümmler l. l. III², 97. 104.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Balbi, quo mortuo d. 12. Aprilis Ludovicus III. magno congregato exercitu Galliam invaserat; cf. Dümmler l. l. III², 117.* 4) *Scil. Chrobatorum. Cf. ep. n. 190 eiusdem argumenti ad Branimirum ducem eodem die scriptam.* 5) *Venetum, cf. p. 152 annot. 2.*

unde parentes vestros melliflua[a] sanctę prędicationis dogmata suscepisse agnoscitis, toto animo totaque voluntate redire cupiatis, nostram apostolicam gratiam et benedictionem habere magnopere desiderantes, magna sumus repleti letitia[b]. Et ideo brachiis extensis vos amplectimur paternoque amore recipimus et apostolica volumus semper benignitate[c] fovere, si vos hanc voluntatem et sponsionem vestram usque ad finem sinceriter habue-
Matth. 10, 22. ritis et fideliter tenueritis, quia, dicente Domino, 'qui perseveraverit usque in finem,
cf. Hebr. 3, 14. hic salvus erit' et, apostolo Paulo id ipsum dicente, participes enim Christi facti estis[d], si tamen initium fidei usque ad finem firmum retineatis. Quapropter estote fideles Deo
cf. Apoc. 2, 10. et sancto Petro, sicut mandastis, usque ad mortem et accipietis[e] coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se. Nos enim sacris orationibus nostris memoriam vestri coram Domino assiduę facientes manibus sursum ad Dominum elevatis omnipotenti Deo vos una cum dilecto filio nostro principe vestro commendamus et omni benedictione spiritali vobis benedicimus in Christo Iesu domino nostro, ut hic et in ęternum corpore simul et anima benedicti existatis et[f] in perpetuum cum Domino gaudeatis.

DATA VII. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE DUODECIMA.

207.

Iohannes VIII. Basilio (I.) et Constantino et Alexandro imperatoribus gratias agit de reverentia Romanae sedi more praedecessorum servata; ad petitionem eorum et patriarcharum ceterorumque Orientis episcoporum votum respondet, se Photium temporum ratione perspecta in patriarchatus honorem recipere, licet absque suo consultu officium usurpaverit, si quidem misericordiam coram synodo quaerere velit; post illius obitum de laicis vel curialibus patriarcham eligi et Bulgarorum diocesim a Romana sede institutam amplius a Graecis usurpari vetat; mandat, ut clerici de consecratione Ignatii patriarchae consistentes retrusi revocentur et rursus, qui cum Photio patriarcha communicare nolint, secundo ac tertio commoniti communione priventur. *879 Aug.*

Cod.: R f. 80' n. 208.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 433 n. 199. Baronius Ann. eccl. ad a. 879 ([1] X [1602] p. 551; ed. Mansi n. 7—17). Mansi Conc. coll. XVII, 136 n. 199. Migne Patr. lat. CXXVI, 853 n. 243. — Jaffé Reg. 3271 (2491).

Versio Graeca adulterata auct. Photio patriarcha[1].

Acta synodi Photianae a. 879 actio II (Nov. 17)[2].

Edd. Harduinus Acta conc. VI, 232 apposita translatione Latina = Mansi Conc. coll. XVII, 396[3].

---

a) *corr. ex* melliflua*s R.* b) *add. supra lineam al. man. R.* c) b *corr. ex* u *al. man. R.* d) *in ras. R.* e) *corr. ex* accipiens *R.* f) te *R.*

1) *Nusquam fere de verbo ad verbum textum Latinum sequitur Photius. Quae omisit et quae addidit (uncinis <—> haec inclusimus), binis iuxtapositis contextibus apparent. Litteris latius dispositis locos illos tantum designavimus, in quibus aut verba aut sensus gravius ab archetypo Latino abhorrent. — Cf. de his translationibus Photii Hergenröther 'Photius' II, 383 sq. Hefele 'Conciliengesch.' IV², 454 sq.* 2) *De quibus cf. Hefele l. l. p. 464 sq.* 3) *Ante hanc integram actorum editionem, cuius contextum nos secuti sumus, ipsae litterae Iohannis VIII. nn. 207. 208. 209. 211a in Photii versione adulterata pluries iam in lucem prodierant. 1) Latine, translata a Fred. Metio (omissa ep. n. 208), ap. Baronii Ann. eccl. ad a. 879 ([1] X [1602] p. 555. 560. 563; ed. Mansi nn. 20—31. 38—43. 47—52) = Harduinus VI, 67. 75. 207 = Mansi XVII, 141. 150. 361 = Migne CXXVI, 858. 872. 868. 2) Graece, apposita verbali translatione Latina, una cum genuina registri versione Latina, apposita verbali translatione Graeca, (omissa ep. n. 211a), in append. III ad acta concilii oecumenici VIII. Constantinopolitani a. 869, ap. Conciliorum generalium eccl. cathol. t. III Pauli V. pont. max. auctoritate edit. (Romae 1612) p. 445 et 444. 459 et 458. 465 et 464 = Harduinus V, 1172 et 1166. 1192 et 1182. 1188 et 1186 = Mansi XVI, 488 et 479. 509 et 499. 505 et 502. 3) Graece, in Τόμος χαρᾶς (In Valachia 1706), cf. Jager 'Histoire de Photius' (Paris 1844) p. 34 annot. 4, p. 320 annot. 3, Hefele 'Conciliengesch.' IV², 465. [Non vidi.]. — Antiquissima denique versionis Graecae translatio Latina partis epistolae n. 207 adest in Ivonis ep. Carnotensis prologo ad Decretum (ed. Migne CLXI, 56 sq.). Quae translatio currit a verbis Ἔγραψας ἡμῖν (p. 168 l. 30) de verbo ad verbum primum usque ad ἐπανάγειν τιμήν (p. 172 l. 24) et postea omissis pluribus usque ad νόμος εἶναι τοῖς πολλοῖς (p. 173*

DILECTISSIMIS AC EXCELLENTISSIMIS SPIRITALIBUS FILIIS[a] NOSTRIS BASILIO[1] CONSTANTINO ET ALEXANDRO[2], GLORIOSISSIMIS IMPERATORIBUS SEMPER AUGUSTIS.

Inter claras sapientię et mansuetudinis vestrę laudes, o Christianissimi principes, aliquod cum puriore luce summę devotionis lumen longe lateque resplendet, quod amore fidei, quod caritatis[b] studio disciplinis ecclesiasticis edocti

Romanę sedi reverentiam more pręcessorum vestrorum piissimorum imperatorum conservatis et ei cunctam subicitis auctoritatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum omnium principem, Domino loquente pre-
Io. 21, 17 ceptum[c] est: 'Pasce oves meas.' Quam esse vere omnium ecclesiarum Dei caput et beatorum patrum pręcipuę regulę et orthodoxorum principum statuta declarant et pietatis vestrę reverentissimi[d] apices adtestantur.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΔΟΥΛΟΣ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΟΙΣ ΓΑΛΗΝΟΤΑΤΟΙΣ ΑΓΑΠΗΤΟΙΣ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΑΙ ΘΕΩΙ ΗΓΑΠΗΜΕΝΟΙΣ, ΒΑΣΙΛΕΙΩΙ, ΛΕΟΝΤΙ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙ, ΝΙΚΗΤΑΙΣ ΤΡΟΠΑΙΟΥΧΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΩΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΙΣ.

Τὸ καθαρὸν καὶ ὑπέρλαμπρον τῆς ἐν τῇ πίστει ὀρθοδοξίας ὑμῶν καὶ τῆς σοφίας καὶ τὸ ἐν τρόποις ὑμῶν κατανοούμενον χρηστὸν καὶ ἐπιεικές, ὦ χριστιανικώτατοι καὶ μέγιστοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, φωτὸς δίκην ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐκλάμπον πάντα τὰ πέρατα, εἰς ἃ ἡ οἰκουμένη παρατείνεται, περιαυγάζει. <Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ πίστει σεμνυνόμενοι περί τ' ἄλλα εἰς ῥᾳθυμίαν ἀντὶ τῆς σπουδῆς διάκεισθε, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀμωμήτῳ θρησκεύματι ὑμῶν ἐποικοδομεῖτε οὐ ξύλον οὐδὲ χόρτον οὐδὲ καλάμην, ἀλλὰ λίθους τιμίους, χρυσὸν, ἄργυρον, ἁπλῶς εἰπεῖν πάντα ὑμῖν μετὰ τῆς ἐν σπουδῇ καλλονῆς ἐξανύεται, ἐν οἷς γινώσκεται τὸ θεῖον θεραπευόμενον. Θεραπεύεσθαι δὲ μάλιστα τὸ θεῖον διαγινώσκεται ἐπὶ τῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτοῦ πάσας, ὅσας ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ διατελούσας εὐχαριστηρίους αὐτῷ φωνὰς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναφέρειν. Διὸ ταύτην τὴν ὁμόνοιαν καὶ ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ ὁρᾶσθαι καὶ πρυτανεύεσθαι ἐπιποθοῦντες> τὴν τῶν Ῥωμαίων ἁγίαν ἐκκλησίαν διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων ὑμῶν καὶ θειοτάτων γραμμάτων ὑμῶν κατελάβετε συνεργὸν εἰς τὸ σπουδαζόμενον ὑμῖν ἐσομένην καὶ οὐ ῥᾳθυμοῦσαν πεπιστευκότες, οὐκ αὐτοὶ πρώτως ἀρξάμενοι εἰς τοῦτο τὸ ἐπινόημα ἐλθεῖν, ἀλλ' ἔθει τῶν πρὸ ὑμῶν εὐσεβῶς βεβασιλευκότων εἴκοντες καὶ κατακολουθοῦντες. Ἀλλὰ γὰρ ἐκ ποίου διδασκάλου ταῦτα παρελάβετε ποιεῖν, ἄξιον διερωτῆσαι· ἢ δῆλον ἐκ τοῦ κορυ-

207. a) FILIUS *R* b) caritati *R.* c) *inter* p *et* t *ras. R.* d) *rasura in fine R.*

l. 22) protenditur. Nequaquam sequendus est Mansi Conc. coll. XVII, 527, qui aliam quandam genuinam Iohannis VIII. epistolam, a contextu registri n. 207 abhorrentem et a Photio recte in Graecum versam, hic apud Ivonem partim exstare opinatus est. Nam praeter alia sententiae illae in initio ex patribus sumptae et a Photio libere admodum in Graecum versae (cf. p. 169 l. 31 sq. cum annot. 7), quae in eadem mutata forma etiam apud Ivonem occurrunt, minime ab ipso Iohanne VIII. ita in originali epistola posita esse perspicuum est.

1) *I., cf. n. 69, p. 64 annot. 1.* 2) *Filiis eius. Omittuntur Leo (VI.) secundogenitus, qui patri successit, et Stephanus infimus. Cf. crit. Pagii ad Baronii Ann. eccl. (ed. Mansi) ad a. 870, n. 23—25. Constantinus primogenitus tunc fere temporis immatura morte obiisse videtur, pro quo Photius in adulterata huius epistolae versione Leonis nomen introduxit, cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV², 454 annot. 2, Hergenröther 'Photius' II, 383 annot. 20.*

φαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, ὃν κεφαλὴν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τέθεικεν ὁ κύριος εἰπών: „Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου“. Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ ἐκ τῶν ἁγίων συνόδων καὶ διατάξεων, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ ὀρθοδόξων καὶ πατρικῶν ὁσίων θεσπισμάτων τε καὶ διαταγμάτων, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι καὶ εὐσεβεῖς ὑμῶν συλλαβαὶ μαρτυροῦσι. <Τοῦτο δὲ ποιεῖτε, ἵνα πλέον τὸ στεῤῥὸν τῆς πίστεως ὑμῶν διαβοώμενον ἐκλάμψῃ καὶ ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη ἀκέραιος καὶ ἀμάραντος ἀναδειχθῇ.>

Nichil etenim est, quod lumine clariore prefulgeat, quam pia devotio et recta fides in principe. Et quia pontificii nostri reverentiam hoc ardore mentis, hoc religionis studio luculenter vestris mellifluis litteris[1] exoratis, quod paci et utilitati sanctę Constantinopolitanę ecclesię creditis expediri, id nos ratione seu temporis necessitate inspecta cum sedis apostolicę nobis commissę consensu et voluntate perficere iuri apostolico[a] decet.

Οὐδὲν γὰρ πέφυκεν ἄλλο προφυέστερον ἢ οἰκειότερον εἶναι τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μεγίσταις ἀρχαῖς καθεστηκόσιν, ἢ τῇ καλλονῇ καὶ ὡραιότητι τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῇ πρὸς θεὸν ἀγάπῃ σπουδάζειν τὸ σεμνύνεσθαι καὶ τὸ πάντας ὁρᾶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ πίστει τῷ θεῷ λατρεύοντας τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ περιπλεκομένους τε καὶ συσφιγγομένους. Ἐγκύψαντες δὲ τοῖς ὑμῶν γράμμασι καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς μελιῤῥύτοις φθέγμασι καθηδυνθέντες καὶ ἐξαφθέντες πυρσοῦ δίκην καὶ μετὰ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὁμονοήσαντες καὶ συμφωνήσαντες διανέστημεν εἰς τὸ τὰ παρ' ὑμῶν ἅπαντα γραφέντα προθύμως καὶ περιχαρῶς πεπληρωμένα δεῖξαι, μάλιστα τοῦ παρόντος καιροῦ ἐπιτηδειοτάτου ἡμῖν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φορᾶς εἰς τοῦτο γεγονότων.

Igitur petistis[b] a nobis, quatenus sede apostolica suę pandente viscera pietatis Fotium[2] reverentissimum in patriarchatus honore, in summi sacerdotii dignitate et in ecclesiastici collegii societate reciperemus nostręque communionis participem faceremus, ne ecclesiam Dei tanto iam tempore perturbatam pateremur amplius manere divisam scandaloque commotam. Nos itaque serenitatis vestrę preces congrua ratione admittentes, quia Ignatium pię memorię patriarcham de presenti vita iam migrasse

Ἔγραψας ἡμῖν, υἱὲ ἡμῶν ἠγαπημένε, ἵνα ἀποστολικὰ καὶ συμπαθῆ σπλάγχνα ὑπανοίξαντες <πάντας τοὺς τῆς καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίας, ὅσοι γεγόνασιν ἢ δι' ἰδιοχείρων ἐν παραβάσει ἢ ἄλλως πως κανονικαῖς ὑπέπεσον ἐπιτιμίαις[c] δεξώμεθα καὶ τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας φροντίδα ποιησώμεθα, οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ πρὸ τούτων> Φώτιον τὸν θεοσεβέστατον ἀρχιερέα τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας μέτοχον καὶ κληρονόμον καὶ συλλειτουργὸν ποιήσαντες ἐς τὸ μέγα τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα καὶ τὴν τιμὴν τῆς πατριαρχίας πάλιν ἀποκαταστήσωμεν, ὡς ἂν μὴ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἐπὶ πολὺν χρόνον ταῖς τῶν θεοστυγῶν σχισμάτων καὶ πονηρῶν σκανδάλων τρικυμίαις ταραττομένη διαμένῃ. Ἡμεῖς δὲ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος τὴν ἱκεσίαν προσδεξάμενοι ὡς εὔλο-

a) -co corr. ex -cę R. b) corr. ex petitis R. c) corr. ex ἐπιθυμίαις Hard.

1) A legatis mense Aprili Romam venientibus (cf. nn. 176, 177) delatis, quae non exstant. 2) De Photii causa cf. supra n. 68.

cognoscimus[1], temporis ratione perspecta hoc modo decernimus ad veniam pertinere, quod nuper de ipso Fotio,

licet ipse absque consultu sedis nostrę officium sibi interdictum usurpaverit, gestum constat fuisse, non statutis[a] apostolicis pręiudicantes nec beatorum patrum regulas resolventes, quin potius multiplicibus earum auctoritatibus freti,

qui Niceni concilii kapitulo II[2] apertissime dicunt: Quoniam plura aut per necessitatem aut alias[b] cogentibus hominibus adversus ecclesiasticam facta sunt regulam; hinc et Gelasius papa dicit, quod, ubi[c] nulla perurguet necessitas, constituta patrum inviolata serventur[3]; et sanctus Leo[4] eodem spiritu pręcipit omittendum esse et inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit; inde et Felix pręsul, decessor noster, in sua decretali epistola[5] voce consona dicit aliter tractandam esse necessitatis rationem et aliter voluntatis; id etiam sanctum concilium aput Africam gestum kapitulo XXXV[6] iubet, ut clerici Donatistarum[d] in ecclesia propter ecclesię pacem et utilitatem, si correcto consilio ad catholicam unitatem transire voluerint, si hoc paci Christiane prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, non ut concilium, quod in

γον οὖσαν <καὶ δικαίαν καὶ θεάρεστον, τόν τε καιρὸν ἐπιτήδειον ὄντα, οἷον καὶ πρὶν ἐπεζητοῦμεν καὶ ηὐχόμεθα εὑρόντες καὶ νομίσαντες ἁρμόδιον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ εἰρηνοποιεῖν, ἀπεστείλαμεν ἀποκρισιαρίους ἡμῶν ἐκπληροῦντας τὸ θέλημα ὑμῶν>, εἰ καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια τὸν ἄνδρα ἐκβιασαμένη ἔφθασεν ἀποκαταστήσασα καὶ πρὸ ἡμῶν, ἤτοι πρὸ τοῦ παραγεύεσθαι τοὺς ἡμετέρους τοποτηρητὰς ἐν τοῖς αὐτόθι, ὅμως ἡμεῖς τοῦτο θεραπεύομεν, οὐκ ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐθεντίας, καίπερ ἔχοντες ἐξουσίαν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων καὶ πατρικῶν θεσπισμάτων τὰς ἀποδείξεις φέροντες, οὐ τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας τοὺς ἀνέκαθεν παραδεδομένους λύοντες, ἀλλ' ἐν οἷς ἡ τούτων ἀκρίβεια ἀπαράτρεπτος διατηρουμένη διασπᾷ καὶ λυμαίνεται τὴν ὁλοκληρίαν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, πρὸς τὸ συμφέρον ἄγειν πάντα παρ' αὐτῆς ἐκείνης διδαχθέντες. Καὶ γὰρ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ β' κανὼν οὕτω λέγει: „Ἐπειδὴ πολλάκις εἴτε ἀπὸ ἀνάγκης εἴτε ἄλλως πως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων παραβαίνεσθαι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας συμβαίνει"· ἔτι δὲ καὶ ὁ πάπας Γελάσιος περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει, ὅτι „ὅπου βία οὐ πρόκειται, ἀμετάτρεπτοι διαμενέτωσαν οἱ τῶν ἁγίων πατρῶν θεσμοί"· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος πάπας Λέων ἐν τῷ αὐτῷ διακελεύεται πνεύματι λέγων[7]: „Ὅπου οὐ προηγεῖται βία, ἀσάλευτοι διαμενέτωσαν οἱ θεσμοὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ὅπου δὲ ἀνάγκη καὶ βία εὑρίσκεται, ἐκεῖ πρὸς τὸ συμφέρον ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ὁ τὴν ἐξουσίαν ἔχων οἰκονομείτω· ἐξ ἀνάγκης γὰρ κατὰ τὸν θεῖον cf. Hebr. 7, 12. ἀπόστολον καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται"· καὶ Φίλιξ δὲ ὁ πάπας τούτοις συνηγορεῖ λέγων[8]: „Καὶ περὶ τούτου χρὴ σκέψασθαι, ἵνα, ὅπου ἀπαντήσῃ ἀνάγκη, πολλάκις αἱ συστάσεις τῶν

a) Nostatutis *R.* b) alios *R.* c) *add. supra lineam R.* d) *corr. ex* donati istarum *R.*

1) *Iam a. 877 Oct. 23 obierat, cf. n. 68, p. 62 annot. 1.* 2) *C. 2 Nicaen. conc. interpr. Dionysio (Mansi II, 678).* 3) *Est lemma in Dionysii Coll. decr. Gelasii n. 2, ed. Migne LXVII, 302 (epist. ad epp. Lucaniae et Bruttiorum), Jaffé Reg. 636 (391).* 4) *Epist. ad Nicetam ep. Aquileg. (Dionysii Coll. decr. Leonis n. 44, ed. Migne LXVII, 297), Jaffé Reg. 536 (312).* 5) *Ad epp. Siciliae c. 1 (Dionysii Coll. contin. decr. Felicis, ed. Migne CXVII, 323 = Ps.-Isid. Decr., ed. Hinschius p. 633), Jaffé Reg. 609 (370).* 6) *C. 2 conc. Carth. VI a. 401 (Dionysii Coll. can. Synodus ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 68, ed. Migne LXVII, 204). Quidnam sibi velit numerus XXXV, minime patet.* 7) *Haec dicta Leonis papae in versione Graeca amplificata sunt, non tamen aliis ex ipsis Leonis scriptis locis allatis, sed libere penitus, cf. p. 166 annot. 3 in fine.* 8) *Cf. annot. 7.*

transmarinis partibus de hac re factum est, dissolvatur, in quo videlicet concilio statutum est, ut ordinati in parte Donati, si [ad][a] catholicam partem transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis; de hoc etiam beatus papa Innocentius dicit kapitulo LV̊[1], quod hii, qui a Bonoso eretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret ecclesię.

πατρῶν παραβαίνωνται“· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Καρθαγένῃ λέ κεφαλαίῳ λέγει: „Κελεύομεν, ἵνα οἱ κληρικοὶ τῶν Δονατιστῶν πάλιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀνακάμψωσι, καίπερ πρώην ὑπὸ συνόδου καθαιρεθέντες, καὶ σύνοδος ὁρᾶται σύνοδον λύουσα διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἐκκλησίας“· καὶ Ἰννοκέντιος δὲ ὁ πάπας λέγει ἐν τῷ νε′ κεφαλαίῳ: „Οὗτοι οἱ χειροτονηθέντες ἀπὸ Βονόσου τοῦ αἱρετικοῦ δεχέσθωσαν, ἵνα μὴ πάλιν σκάνδαλα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναφυῇ.“

Nunc itaque aliis patriarchis, Alexandrino videlicet et Antiocheno[b] et Hierosolimitano[c], atque omnibus archiepiscopis metropolitis episcopis et sacerdotibus cunctoque clero Constantinopolitanę sedis, qui de ordinatione beatę memorię Methodii[2] et Ignatii[3] reverentissimorum patriarcharum existunt, una voluntate parique voto consentientibus eundem Fotium satisfaciendo[d] atque coram synodo misericordiam quęrendo[e] in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comministrum, in pastorali magisterio consacerdotem pro ecclesię Dei pace et utilitate amodo Christo favente recipimus et habemus, quia et vos, Christianissimi imperatores augusti, qui sanctę rei publicę clementissimo affectu gubernatis
cf. 2. Cor. 5, 20. imperium, pro Christo fungi legatione videmini, dum pro pace rogatis ecclesię, et nos,
cf. 2. Cor. 11, 28. quibus secundum apostolum omnium ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, controversiam aliquam in ecclesia[f] Dei amplius remanere nolentes hunc ipsum patriarcham cum omnibus sive episcopis sive presbyteris seu ceteris clericis et omnibus laicis, in quos iudicii fuerat censura prolata[4], ab omni[g] ecclesiasticę sanctionis vinculo absolvimus sanctęque Constantinopolitanę ecclesię iudicamus recipere sedem Dominicique gregis esse pastorem, illa scilicet potestate fulti, quam ecclesia Dei toto terrarum orbe diffusa

a) *om. R.* b) anticheno *R.* c) hierosilimitano *R.* d) -do *in ras. R.* e) satisfaciendo misericordiam coram synodo secundum consuetudinem postulantem in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comministrum atque coram synodo misericordiam quęrendo in pastorali *etc. R. De hac sententia cf. quae disserui in NA. XXXVI, 113.* f) ecclam *R.* g) *in ras. R.*

1) *Est lemma in Dionysii Coll. decr. Innocentii n. 55, ed. Migne LXVII, 260 (epist. ad Marcianum ep. Naissitanum), Jaffé Reg. 299 (96).* 2) *843—47.* 3) *847—58; 867—77.* 4) *Scil. in Hadriani II. synodo Romana a. 869 c. 3 (Mansi XVI, 129, Jaffé Reg. I², 370) et iterum in concilio Constantinop. (oecumen. VIII) c. 4—6 (Mansi XVI, 162—163).*

credit nobis in ipso apostolorum principe a Christo Deo nostro esse concessam, eodem Salvatore beatum Petrum apostolum[a] prę
Matth. 16, 19. ceteris specialiter delegante: 'Tibi dabo claves regni cęlorum et quęcumque ligaveris super terram, erunt[b] ligata et in celis et quecumque solveris super terram, erunt soluta et in cęlis.' Sicut enim ex his verbis nil constat exceptum, sic per apostolicę dispensationis officium et totum possumus procul dubio generaliter alligare et totum consequenter absolvere, pręcipuę cum ex hoc magis pręberi cunctis oporteat apostolicę miserationis exemplum.

Nam et legati sedis apostolicę ab antecessore nostro, Hadriano videlicet almifico pręsule, Constantinopolim directi synodo ibidem peractę 'usque ad voluntatem sui pontificis' vigilanti studio subscribserunt[1], nec ab apostolico[c] manere, quia sedes beati Petri cęlestis regni clavigeri potesta-
cf. Matth. 16, 19. tem habet ligata quęlibet pontificum congrua estimatione absolvere, quippe cum constet multos iam patriarchas, hoc est Athanasium[2] et Cyrillum[3] Alexandrinos Flavianum[4] et Iohannem[5] Constantinopolitanos et Pollichronium[d] Hierosolimitanum[6] synodicę damnatos per apostolicę sedis postmodum absolutionem restitutos incunctanter fuisse.

<Καὶ οὐ μόνον ἐν τούτοις καίπερ οὖσι τοιούτοις καὶ ἐξ αὐτῶν οὖσιν ἐξ αἱρέσεως ἡ ἀποστολικὴ αὕτη καθέδρα καθαιρεθεῖσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης φροντίδα ποιουμένη χεῖρα βοηθείας ὤρεξεν, ἀλλὰ καὶ ὀρθοδόξοις ἱεράρχαις καὶ πατριάρχαις εἰς αὐτὴν καταφυγοῦσιν, ὥσπερ καὶ νῦν ὁ εὐλαβέστατος Φώτιος, καὶ τὴν βοηθείαν αὐτῆς ἐπικαλεσαμένοις ἐπήμυνεν.> Οἴδατε πάντες τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, Κυριλλόν τε καὶ Πολυχρόνιον Ἱεροσολύμων, Ἰωάννην, <ὃν ἡ ἀγάπη ὑμῶν Χρυσόστομον ὀνομάζει>, καὶ Φλαβιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως[7]. Τούτους γὰρ ὑπὸ συνόδου καθαιρεθέντας καὶ ἀποκηρυχθέντας καὶ τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων

---

a) beato Petro aplo *R.* b) -unt *in ras. al. man. R.* c) *hic excidit* voluerunt divisi *aut simile quid R.* d) -ch- *in ras. R.*

1) *Cf. subscriptiones Donati Ostiensis et Stephani Nepesini epp. et Marini diac., legatorum Hadriani II., in actis conc. Constantinopolitani (oecumen. VIII) a. 869 (Mansi XVI, 189, 190):* usque ad voluntatem eiusdem eximii praesulis, *cf. Hergenröther 'Photius' II, 147. — Photius concilium illud, in quo depositus erat, callide omnino silentio praeterit, cf. etiam n. 209, p. 185 annot. 2, p. 186 annot. 4.* 2) *326—73, pluries exiliatum, a Iulio I. restitutum in synodo Romana a. 341, cf. Jaffé Reg. I², 30.* 3) *412—441, depositum Ephesi a. 431 a Nestorianis in propriam synodum congregatis contra orthodoxos, quibus favit Coelestinus I. papa (cf. JK. 377—80).* 4) *C. 446—49, depositum in concilio Ephesino q. v. synodus praedatoria a. 449 (Mansi VI, 503), cui Leo I. celeberrimam illam epistolam dogmaticam et paulo post epistolam consolatoriam misit (JK. 422, 442).* 5) *Cogn. Chrysostomum, 398—407, depositum in synodo Chalcedonen. q. d. Ad quercum a. 403 (Mansi III, 1141), qui, teste vita eius auct. Palladio, Romanam sedem appellavit et ab Innocentio I. epistolas accepit (JK. 287—289).* 6) *Cf. acta spuria synodi Romanae Sixti III. (Mansi V, 1169 sq.). Eadem acta iam a Nicolao I. laudantur, cf. MG. Epp. VI, 464 sq. 466.* 7) *Indicationes sedium patriarchalium in Graeca versione confusae sunt.*

ἐκκλησίαν ὑποδραμόντας ὁ ἀποστολικὸς οὗτος θρόνος συνέστησε καὶ πρὸς τὴν προτέραν τιμὴν ἐπανήγαγεν. <Εἰ οὖν οἱ ἐκ τῶν Δονατιστῶν καὶ οἱ ἐκ Βονόσου τὴν χειροτονίαν δεξάμενοι καὶ τῶν τῆς ὀρθοδόξης ἐκκλησίας περιβόλων ἀπελαθέντες ὑπὸ συνόδου πολυανθρώπου ὑπὸ ἑτέρας συνόδου δέχονται καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἱερέων τάττονται διὰ τὸ τὴν ἐκκλησίαν θεοῦ ἀδιάσπαστον καὶ σχισμάτων καθαρὰν καὶ ἐλευθέραν παραμένειν — οὐδὲν γὰρ οὕτως βδελυκτὸν καὶ μεμισημένον τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶται τοῦ θεοῦ ὡς σχισμάτων ἑσμὸς παρυφιστάμενος ἐν ἐκκλησίᾳ θεοῦ, καὶ οὐδὲν τερπνότερον ἢ προσφιλέστερον τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι ὡς ἐκκλησία τὴν αὐτῆς ὁλοκληρίαν ἔν τε τῇ πρὸς θεὸν ἀγάπῃ καὶ τῇ πρὸς τὸν πλησίον ὁμοφροσύνῃ διασώζουσα —, πολλῷ μᾶλλον ἄνδρας τοὺς ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει διαπρέποντας, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀκριβεῖ πολιτείᾳ πεφημισμένους καὶ σχεδὸν μὴ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ὥς τε καὶ ἐπιτιμίας ἔργα διαπράξασθαι, οὐ χρὴ παρορᾶσθαι ὡς ὑπευθύνους τῷ τῆς ἐπιτιμίας βαρυνομένους ζυγῷ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν προτέραν αὐτοὺς ἐπανάγειν τιμήν.

. . . .[3]

Eo tamen tenore ista statuentes apostolica dumtaxat auctoritate et sanctorum patrum venerabilibus institutis decernimus, ut post huius patriarchę obitum nullus de laicis vel curialibus in patriarchatus eligatur vel consecretur honore[1], nisi de cardinalibus presbyteris et diaconibus Constantinopolitanę sedis secundum sacros kanones Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos, quia nec prępropere contra kanones ecclesiasticos decretaque maiorum[a][2] cito quilibet lector, cito acolithus, cito diaconus, cito sacerdos vel episcopus fiat, qui in minoribus officiis si diu perdurent et vita[b] eorum pariter et obsequium comprobetur[c], ut per tempora[d] a maioribus

Καὶ τοῦτο θεσπίσαι παραινοῦμεν τὴν ὑμῶν θεοφρούρητον βασιλείαν, ἵνα μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν καὶ ἀδελφοῦ μηδεὶς ἀπὸ κοσμικῶν ἀξιωμάτων εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν τάξιν ψηφίζηται καὶ χειροτονῆται, ἀλλ᾽ ἢ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων τῶν καρδηναλέων ἢ ἐκ τῶν ἐγκατατεταγμένων ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἢ ἐκ τῶν ταύτης διακόνων ἢ ἐξ ἄλλων ἱερέων τῶν τελούντων ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας, ὡς ἂν μὴ ἐναντίως τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐταξίᾳ καὶ τοῖς πατρικοῖς κανόσι τὰ καθ᾽ ὑμᾶς διαπράττηται. Προέρχεσθαι δὲ τὸν τοιοῦτον βουλόμεθα καθ᾽ ἕκαστον βαθμὸν τῆς ἐκκλησίας δοκιμαζόμενον, πρῶτον ἀναγνώ-

a) u *corr. ex* e *R.* b) v *et* a *in ras. al. man. R.* c) comprobatur *R.* d) *corr. ex* tepra *R.*

1) *Cf. can. 5 conc. Constantinop., oecum. VIII (Mansi XVI, 162). Photius enim e nobili familia imperatoribus consanguinitate coniuncta ortus ex laico ad patriarchatum provectus erat a. 858, cf. Hergenröther 'Photius' I, 373 sq.* 2) *Cf. c. 13 conc. Sardicen. (Mansi III, 35) et Leonis M. ep. ad epp. Africanos (Dionysii Coll. decr. Leonis n. 49, ed. Migne LXVII, 300), Jaffé Reg. 410 (188).* 3) *Sequitur longum valde Photii patriarchae encomium et commendatio eius ad imperatores et alios patriarchas, plus quam tertiam partem totius Graecae versionis epistolae efficiens; quod cum libere penitus et nimis diffuse additum nequaquam versio illius, quae posteriori loco (v. p. 174 l. 16 sq.) in archetypo Latino sequitur commendationis dici possit, hic inserendum supersedemus.*

instituta comprobatis prius moribus et bonę vitę meritis refulgentibus ad summum sacerdotium postmodum veniant, quoniam non est subito pręripiendum vel usurpandum, quod vita diu probata meretur accipere. Nam si in quibuslibet ecclesię gradibus providenter curandum est, ut in Domini domo nichil sit inordinatum, quanto magis elaborandum[a] est, ut in evectione[b] eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familię Domini status[c] et ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non sit in capite et inde fiat, ut omnis[d] ecclesiastica disciplina resolvatur, omnis ordo turbetur. Et ideo hoc, quod nos modo pro ecclesiastica unitate et pace, quam Christus Deus noster nobis dedit habendam, utcumque[1] patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnimodo interdicimus, usurparit, quia remissio peccati non dat licentiam iterum delinquendi nec, quod potuit aliqua ratione semel concedi, fas erit amplius impune committi.

Hoc etiam[e] modo ista excellentię vestrę pręcibus moti fieri iubemus, si ipse patriarcha Bulgariorum diocesem[2], quam pię memorię Nikolaus precessor noster Michaele ipsorum rege petente apostolicis doctrinis docuit et per venerabiles episcopos suos[3] sacri lavit unda baptismatis omnique ecclesiastica regula et disciplina, prout oportebat, instruxit, amodo suo iuri vendicare[f] vel retinere[g] nullo modo pręsumpserit nec aliquam cuiuscumque honoris ibidem ordinationem fecerit — ibidem sunt inlicite ordinati[h] episcopi vel sacerdotes[i] [ab][k] archi-

στην, ἔπειτα ἀκόλουθον, εἶτα διάκονον, αὖθις πρεσβύτερον, μετὰ ταῦτα ἐπίσκοπον, δηλονότι μεμαρτυρημένον ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ λόγων μελέτῃ, ὅτι ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις τάγμασι τοῦ τοιούτου χρονίζοντος δοκιμάζεται ἥ τε ἀρετὴ αὐτοῦ καὶ ἡ λοιπὴ καλοκἀγαθία. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ δεῖ τοὺς καθ' ὑμᾶς πατριάρχας προέρχεσθαι καὶ μὴ αἰφνίδιον προαρπάζειν ἕκαστον βαθμόν, ἵνα ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου μηδὲν εὑρεθῇ ἀσύνθετον μήτε ἄτακτον. Ὁ γὰρ ἐπάνω πάντων τῶν βαθμῶν ἀνερχόμενος ἀκατάγνωστος ἐν πᾶσιν ὀφείλει εὑρίσκεσθαι, μή πως ἐκ τούτου κατάλυσις ἀναφυῇ πασῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν διδαχῶν. Καὶ μή, διότι ἡμεῖς πρόνοιαν ποιούμενοι καὶ φροντίδα τῆς ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίᾳ εἰρηνικῆς καταστάσεως Φώτιον τὸν θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν ἀπεδεξάμεθα <ὥσπερ καὶ ὁ πάλαι Ἀδριανὸς[4] Ταράσιον τὸν αὐτοῦ θεῖον[5]>, ἤδη τοῦτο ὑμῖν εἰς συνήθειαν καὶ κανόνα λογιζέσθω· τὰ γὰρ σπάνια ἀγαθὰ οὐ δύναται νόμος εἶναι τοῖς πολλοῖς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σπλάγχνα καὶ αὐτοὶ συμπαθείας δεξάμενοι συνεπαθήσαμεν ὑμῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει καὶ τὸ αἴτημα ὑμῶν καὶ περὶ τούτου ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἱερέων ἐξ ἑτέρας χειροτονίας ὄντων ἐπληρώσαμεν. Ὅστις δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν τολμήσει τοῦτο διαπράξασθαι, ἀσυγχώρητος αὐτῷ ἔσται ἡ ἐκ τοῦ κανόνος καὶ παρ' ἡμῶν ἐπιτιμία καὶ κατάκρισις.

Ἀξιοῦμεν δὲ καὶ τοῦτο τὴν ὑμῶν εὐσέβειαν, μήτε ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Φώτιος ὁ ἁγιώτατος μήτε τις τῶν αὐτοῦ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νῦν χειροτονήσῃ εἰς Βουλγαρίαν μήτε αὐτοχειρίᾳ μήτε δι' ὠμοφορίου[l] ἀποστελλομένου μήτε διεκδικῇ τὴν εἰρημένην ἐπαρχίαν τῶν Βουλγάρων ὡς ἰδίαν αὐτοῦ· ἐπ' ἀλλοτρίῳ γὰρ θεμελίῳ οὐ δεῖ ἐποικοδομεῖν ἄλλους. Ὁ γὰρ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ ὁ προηγησάμενος ἡμῶν Νικόλαος ταῖς δεήσεσι τοῦ ἄρχοντος Βουλγάρων Μιχαὴλ ἀποστολικαῖς διδαχαῖς τὸ τοιοῦτον ἐξέθρεψεν ἔθνος καὶ διὰ τῶν εὐλαβεστάτων αὐτοῦ ἐπι-

a) b *corr. ex* u *R.* b) ebectione *corr. in* electione *R.* c) *corr. ex* statutus *al. man. R.* d) -s *in ras. R.* e) -ti- *in ras. R.* f) ven- *corr. ex* vin- *al. man. R.* g) *corr. ex* renitere *al. man. R.* h) ordinato *R.* i) sacerdotesq; *R.* k) *om. R.* l) ὠμοφόρου *Edd.*

1) *Cf. Leonis ep. l. l. (p. 172 annot. 2).* 2) *Cf. de hac re supra nn. 182, 183, 192, 198.* 3) *Paulum Populoniensem et Formosum Portuensem, cf. MG. Epp. VI, 568 annot. 7.* 4) *I., 772—95.* 5) *Patriarcham Constantinopolitanum, 784—806. Cf. n. 208, p. 178 l. 2 sq. — De hac interpolatione cf. p. 185 annot. 2.*

episcopo vel episcopis, qui ibidem videntur existere — [nec][a] sacrum pallium, quo inter sacra missarum sollempnia uti pontificibus solitum est, ipse patriarcha mittere prȩsumpserit[b].

σκόπων ἐβάπτισε καὶ πάντας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς τύπους τε καὶ κανόνας καὶ ὅσα εἰς τῶν χριστιανῶν θρησκείαν συντελεῖ παραδεδωκὼς ἐτελείωσεν, εἰ καί τινες τολμηρῶς ἀφήρπασαν ἀφ' ἡμῶν τὴν μὴ προσήκουσαν αὐτοῖς ἐπαρχίαν καὶ χειροτονίας καὶ καθιερώσεις ἐκκλησιῶν καὶ ἁπλῶς πάντα ὅσα οὐκ ἐχρῆν ἐποίησαν. <Διὸ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο ὑμῖν παρεγγυώμεθα, ἵνα, ὅταν ἡμεῖς τοὺς νῦν ἐπισκοποῦντας εἰς αὐτοὺς ἐγκλήματι ἑαλωκότας φωράσωμεν καὶ κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβάλωμεν, μὴ εὑρίσκωσιν ὑμᾶς καταφύγιον, ἀλλ' ἵνα εὕρωμεν καὶ ὑμᾶς εἰς τοῦτο συμπνέοντας καὶ κατακολουθοῦντας ἡμῖν καὶ μὴ διαφωνοῦντας.>

Porro[1] pro tantis perturbationibus, quibus ecclesia vestra longo iam tempore manet turbata, vestrȩ augustali pietati obnixe suggerimus, ut Constantinopolitanum patriarcham digno semper honore venerantes quasi patrem spiritalem et utpote inter vos et Deum mediatorem precipuum divina vobis, per quȩ[c] ad regnum perveniatis ȩternum, sedule adnuntiantem pio semper affectu colatis et, ut condecet, in omnibus honoretis, quia pro temporali, quem illi prȩbetis, honore vos et hic temporalem honorificentiam habetis et in ȩternum multiplicem procul dubio recipietis[d] ab illo namque, qui (cf. 1. Reg. 2, 30.) glorificantes se glorificare testatur. Nec eorum verba falso prolata, qui scandalorum zizania super conspicuam segetem Domini seminare non cessant, vestra imperialis dignetur audire maiestas, nec pro talium susurrationibus[e] hominum, qui semper student scindere unitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi, quique linguis suis semper (cf. Ps. 13, 3; 139,4; Rom. 3,13.) dolose agere non cessant, venenum aspidum portantes sub labiis suis, animum clementiȩ vestre adversus eum aliquatenus commoveatis et summum sacerdotem vestrum Dei providentia in ecclesiȩ Christi regimine

a) *om. R.* b) *minuta post verba* amodo suo iuri vendicare vel retinere *(p. 173 l. 40, 41) additione quadam aucta, sed in R minus recte descripta esse videtur; contextum integrum hoc fere modo intelligimus:* amodo suo iuri vendicare vel retinere nec aliquam cuiuscumque honoris ibidem ordinationem facere, quoniam ibidem sunt inlicite ordinati episcopi vel sacerdotes ab archiepiscopo vel episcopis, qui ibidem videntur existere, nec sacrum pallium, quo inter sacra missarum sollempnia uti pontificibus solitum est, ipse patriarcha mittere prȩsumpserit. c) per quȩ *corr. ex* equȩ *al. man. R.* d) *excidit forte* retributionem *aut simile quid R.* e) -ni- *corr. ex* -ne- *R.*

1) *V. supra p. 172 annot. 3.*

constitutum sic facile exhonoretis, quod nimirum vestro sancto imperio valde inhonestum et indecens esse videtur.

Pręterea mandamus etiam, ut omnes episcopos et sacerdotes seu cuiuscumque ordinis clericos, qui de consecratione Ignatii bonę memorię patriarche consistunt[1], sive in ipsa regia urbe manentes sive alicubi extra longe seu prope[a] retrusos clementi animo ad gremium et unitatem sanctę ecclesię revocetis et ulnis extensis paterno affectu recipiatis et amplectamini propriasque unicuique illorum iubeatis reddere sedes, (cf. Eph. 4, 5.) ut sicut una est fides, unum in nobis bap- (cf. Gal. 3, 28.) tismum et omnes unum sumus in Christo, ita et isti, qui ad unitatem et societatem ecclesię Dei et corporis Christi redierint (cf. 1. Cor. 1, 10.) et id ipsum dicentes perfectique existentes (cf. Io. 10, 16.) in eodem sensu et in eadem scientia unus grex efficiantur et unus pastor nec audeant (1. Cor. 1, 12.) amplius dicere: 'Ego quidem sum Cephę, ego Pauli, ego autem Apollo', sed unius (Eph. 2, 14.) Christi veri Dei nostri, 'qui est pax nostra et fecit utraque unum' veniensque cęlestia (Io. 11, 52.) cum terrenis pacificare dignatus est, 'qui idcirco semel pro peccatis nostris mortuus est, ut filios[b] Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.' Nec enim poterit unitatis eorum firma esse compago, nisi eos ad inseparabilem soliditatem vinculum karitatis adstrinxerit, quatenus Deo favente absque omni perturbatione vobis regnantibus salvi et securi persistentes pro salute vestra et pro statu rei publicę iugibus semper votis Dominum valeant deprecari.

Quodsi forte quidam extiterint cum eodem patriarcha[c] communicare nolentes, ammoneantur secundo ac tertio, ut sanctę ecclesię se unire procurent. Quodsi adquiescere noluerint in sua pertinacia manere volentes, sacra eos[d] communione his pręsentibus missis nostris una cum synodo iussimus privari[e], quousque ad suum redeant patriarcham et ad sanctę ecclesię unitatem, cum pręcipue ipsi episcopi a[f] nobis

Ἔτι δὲ παρακαλοῦμεν τὴν φιλόχριστον ὑμῶν βασιλείαν, ἵνα συνάξητε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ τοὺς οἱουδήποτε τάγματος εἴτε ἐκκλησιαστικοῦ εἴτε πολιτικοῦ τοὺς δοκοῦντας ἀφ' ὑμῶν ἀποδιίστασθαι, ὅπου δ' ἂν ὦσιν ἐντὸς τῶν ὑμετέρων ὁρίων, καὶ ἀγάγητε αὐτοὺς πρὸς ὑμᾶς καὶ παραινέσητε ἑνωθῆναι αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ καὶ Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν, καὶ ἑνουμένων αὐτῶν τὰς οἰκείας ἀρχιερατικὰς καὶ ἱερατικὰς τιμὰς καὶ τοὺς βαθμοὺς ἀποδώσετε σπλάγχα οἰκτιρμῶν εἰς αὐτοὺς ἀνοίγοντες. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν εἷς θεὸς καὶ ἓν βάπτισμα καὶ μία πίστις καὶ αὐτοὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, οὕτω καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς ὑμετέρας θείας διδασκαλίας καὶ παραινέσεως ἓν σὺν ἡμῖν ἔσονται καὶ ἐν τῷ πληρώματι τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ συναρμολογούμενοι καὶ συμβιβαζόμενοι σὺν ἡμῖν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ πανάγιον σῶμα, ἵνα ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ θελήματι διατελοῦντες δοξάζωμεν τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν καὶ μηδεὶς τοῦ λοιποῦ λέγῃ: „Ἐγὼ μέν εἰμι Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ“, ἀλλ' ἵνα πάντες τοῦτο λέγωμεν, ὅτι Χριστοῦ ἐσμὲν πάντες τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, τοῦ διὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ εἰρηνοποιήσαντος καὶ καταλλάξαντος τά τε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ συνάψαντος ἡμᾶς καὶ συνδήσαντος δι' ἑαυτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπῃ καὶ κοινωνίᾳ.

Ἐὰν δὲ ὑμῶν συναγόντων αὐτοὺς καὶ προσκαλουμένων προτρεπομένων τε καὶ παρακαλούντων εἰς τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας συμβιβασθῆναι ὑμῖν οὐχ ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις μὴ βουληθῶσιν ὑμῖν ὑπακοῦσαι μήτε τοῖς ἡμετέροις γράμμασι πειθαρχῆσαι καὶ τὴν οἰκείαν καρπώσασθαι σωτηρίαν, ἀλλ' ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτῶν αὐθαδείᾳ καὶ ἀλαζονείᾳ διαμείνωσιν, τούτους κελεύομεν τῆς ἀχράντου μεταλήψεως τοῦ σώματος καὶ

---

a) *ras. in fine R.* b) filii *corr. ex* filium *R.* c) patriarcham *R.* d) *corr. ex* eosque *R.* e) *corr. ex* privare *al. man. R.* f) *corr. ex* ad *R.*

1) *Quos Photius post restitutionem suam a. 877 variis affecerat persecutionibus, cf. Nicetae vitam Ignatii (Mansi XVI, 236).*

sint canonicę excommunicati. Et ideo si eos in consortium suum receperit aliquamve cum eis communionem habuerit, simili modo eundem patriarcham cum ipsis episcopis ecclesiastica communione iudicamus esse privatum.

DATA MENSE AUGUSTO, INDICTIONE XII.
MISSA PER PETRUM PRESBYTERUM.

αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀλλοτρίους εἶναι, ἕως ἂν ἑνωθῶσι τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ τῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν.

Καὶ[a] *εἴθ' οὕτως τὰ λοιπὰ τῆς δικαίας αὐτῶν καταδίκης ἐν μὲν τοῖς πρὸς ὑμᾶς γράμμασιν οὐκ ἐγράψαμεν, ἵνα μὴ πλέον τοῦ μέτρου μηκυνθῇ, ἀλλ' ἐν κομμονιτορίῳ*[1] *γράψαντες διὰ τοῦ θεοσεβεστάτου Πέτρου πρεσβυτέρου καὶ καρδηνάλεως καὶ ἀποκρισιαρίου ἡμῶν ἀπεστείλαμεν τοῖς περὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ἵνα σὺν αὐτοῖς καθίσας ἅμα τῇ ἐνδημούσῃ συνόδῳ καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Φωτίῳ, ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τὸν τὰ πάντα ἐφορῶντα ἀνύστακτον ὀφθαλμὸν πρὸ τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν ἔχοντες καὶ τὴν ἀναπόδραστον παρὰ θεοῦ διεκδίκην*[b] *καὶ τὴν συνείδησιν αὐτῶν ἀνεπιθόλωτον καὶ ἀνακρωτηρίαστον συντηροῦντες πάντα τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπολίτων πράγματα, τά τε νῦν ἐπιδεόμενα διορθώσεως καὶ τὰ ὡς εἰκὸς ἀνακόπτειν μέλλοντα, ἐπὶ τῷ καλῷ καὶ συμφέροντι τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ διαπράξωνται. Τὸ εὐσεβὲς κράτος ὑμῶν ὁ οὐράνιος φυλάξαι βασιλεὺς καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν τοὺς αὐχένας ὑμετέροις ποσὶν ὑποτάξαι.*

208.

Iohannes VIII. papa episcopis Constantinopolitanae ecclesiae et tribus aliis principalibus ecclesiis respondet de Photii in patriarchatu confirmatione eisdem ut supra n. 207 conditionibus prolatis. *879 Aug.*

Cod.: R f. 82' n. 209.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 436 n. 200. Mansi Conc. coll. XVII, 146 n. 200. Migne Patr. lat. CXXVI, 865 n. 245. — Jaffé Reg. 3272 (2493).

Versio Graeca adulterata auct. Photio patriarcha.

Acta synodi Photianae a. 879, actio III (Nov. 19).

Edd. Harduinus Acta conc. VI, 277 apposita translatione Latina = Mansi Conc. coll. XVII, 449[2].

---

a) *quod sequitur forte non libere a Photio additum est, immo potius ex genuina epistolae versione translatum, sed a registratore, cum illam ex minuta describeret, in qua haec sententia in margine forte addita erat, errore praetermissum; cf. finem epistolae n. 209 verbotenus fere consonantem et p. 186 annot. d.*
b) *corr. ex διανδίκην Hard.*

1) *Cf. n. 211 a.* 2) *Cf. p. 166 annot. 3.*

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS OMNIBUS EPISCOPIS ET CONFRATRIBUS ECCLESIĘ CONSTANTINOPOLITANĘ SEDEM RESPICIENTIBUS SEU TRIBUS ALIIS PRINCIPALIBUS ECCLESIIS, HIEROSOLIMITANĘ . . .[a]

ΙΩΑΝΝΗΣ ΔΟΥΛΟΣ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΟΙΣ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΙΣ ΚΑΙ ΑΓΙΩΤΑΤΟΙΣ ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΚΑΙ ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΟΙΣ ΗΜΩΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΩΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΤΩΝ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΑΥΤΗΝ ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΛΟΙΠΑΙΣ ΑΛΛΑΙΣ ΠΡΩΤΑΙΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ, ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΥΤΩΝ ΤΩΝ ΙΕΡΑΤΙΚΩΝ ΘΡΟΝΩΝ ΠΡΟΕΣΤΩΣΙ.

Quorundam sane vestrum, fratres karissimi, scripta[1] suscipientes unianimitatem atque consensum in parte Photii in eis plene repperimus indeque obnixe optantes[b], ut, quod particulariter hactenus, hoc canonicę semper et generaliter atque secundum cf. Phil. 2, 21. ea, quę sunt Christi Iesu et non quę vestra, cf. 1. Cor. 1, 10. pia animi devotione id ipsum, ut non sit in vobis scisma, sapiatis quęrere pulsare et invenire. Nos autem moderatione sedis apostolicę sicut divisa contentione atque dolemus scissa errore[c], ita gaudemus in vinculo pacis ac karitatis conpagine soliditatis fraternitatem vestram sine intermissione inviolate persistere, iuxta apostolum: 2. Cor. 13, 11. ‘Idem sapite et Deus pacis erit vobiscum’.

cf. Phil. 4, 7. Dei pace, quę superat omnem sensum, in fraterna dilectione et in pristina devotione omnes concordes et unanimes manere valeatis; et tunc sive de Landulfo venerabili[a] presbytero, quem omnium Dei sacerdotum et iudicum seu totius Capuanę plebis voto parique consensu electum habetis, sive de aliis necessariis causis vestram secundum sacros canones adimplebimus[b] voluntatem. Et idcirco grave non videatur nobilitati[c] vestrę nostrum, ut dictum est, specialem prestolari[d] adventum.

214.

Iohannes VIII. papa Guaiferio principi (Salernitano) de eadem re ac supra n. 213, de armis contra Capuanos sumptis, de mancusis ab Amalfitanis Romam deferendis scribit.

879 (Sept.)

Cod.: R f. 86 n. 215.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 442 n. 206. Mansi Conc. coll. XVII, 156 n. 206. Migne Patr. lat. CXXVI, 876 n. 250. — Jaffé Reg. 3278 (2498).

DILECTO FILIO UUAIFERIO GLORIOSO PRINCIPI[1].

Sicut nobis litteris vestris[2] mandastis, quod devotam circa nos amicitiam et sinceram conservetis dilectionem, hoc multis iam evidentibus documentis luce clarius agnoscimus et tenemus. Unde et noster apostolicus animus circa nobilitatem vestram utpote circa carissimum filium benignus existit cupiens honorem et gloriam vestram semper immutilatam conspicere et audire. De electo autem, Landulfo videlicet venerabili presbytero Capuanę ecclesię, pro quo iam totiens nostro pontificio suggessistis, non aliquo malę voluntatis affectu vos nunc usque audire pretermisimus[a], sed sola pacis verę causa et inter proximos agende dilectionis. Nam[3], sicut vobis nunc litteris nostris per Dominicum episcopum[4] ad vos delatis mandavimus, cupimus Deo propitio pro vestrum omnium salute concordia et unanimitate kalendis Octubribus Traiectum venire ibique vobiscum et cum Capuanis ceterisque vestratibus loqui et ordinare primum ea, quę[b] nobis et vobis sunt necessaria[c] et vestrę paci utilitatique proficua; et tunc sive de pręfato electo, sive de aliis necessariis causis vestram adimplebimus voluntatem, quia vestro sagaci consilio communique consensu, quę pro pace fraterna et pro terrę nostrę ac vestrę defensione sive Sarracenorum perditione consideranda et perficienda sunt, peragere cupimus. Quapropter, sicut nos vestrum volumus desiderium et honorem alacri mente implere, ita quoque et vos illa, quę nostro apostolico culmini sunt decentia, devota mente debetis peragere, quamvis in hoc reprehensione non modica[d] digni videamini, quod sumptis armis contra Capuanos inter assiduas[e] paganorum persecutiones consistentes persequi et inpugnare pręsumpseritis, antequam eorum culpas nobis veraciter cognitas[f] fecissetis[g]. Porro de mancosis, quos pro defensione terrę sancti Petri dedimus te presente Amalfitanis[5], volumus, ut eosdem mancosos ipsi Amalfitani deferant secum navigio usque in portum urbis Romanę, quoniam salvi et securi ibi manebunt, et tunc accepta a nobis prius securitatis sponsione ipsos nobis mancosos reddere procurent, quatenus nostra recipientibus nobis nullam pro his de cetero patiantur calumniam.

---

a) *corr. ex* beneravili *R.* b) b *corr. ex* u *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) -stolari *in ras. R.*

214. a) pretermissimus *R.* b) *corr. ex* eaq; *R.* c) necesaria *R.* d) o *corr. ex* e *R.* e) *primum* a *in ras. R.* f) cognitam *R.* g) facissetis *R.*

1) *Salernitano, cf. supra nn. 3, 29, 53, 86.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Cf. epistolam n. 213, verbotenus fere consonantem.* 4) *Triventinum.* 5) *Cf. n. 79.*

215.

Iohannes VIII. papa Leoni (Teanensi) episcopo [et similiter Adelchisio et Lupeno episcopis] de discordiis nobilium Capuanorum conquerenti et ordinationem Landulfi presbyteri electi in episcopum Capuanum petenti respondet; nuntiat adventum suum d. 1. Octobris. *(879 Sept.)*

Cod.: R f. 86' n. 216.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 443 n. 207. Mansi Conc. coll. XVII, 156 n. 207. Migne Patr. lat. CXXVI, 877 n. 251. — Jaffé Reg. 3279 (2499).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO LEONI EPISCOPO[1].

Sacerdotalem curam et sollicitudinem, quam pro ecclesię Dei utilitate populique concordia et pace peragere procul dubio debent Domini sacerdotes, litteris tuis relectis[2] te luciflue habere cognoscimus, dum Dei proximique dilectione sollicitus[a] doles Capuanos, nobiles scilicet viros, fraterno fędere per iusiurandum inter eos habito nequiter corrupto ad veram discordiam et inimicitiam pervenisse[3] et adhuc in ea improvida mente consistere; atque pro Landolfo venerabili presbytero et electo a vobis et omni sacerdotali cętu nobiliumque caterva cunctoque populo Capuanę civitatis pontificio nostro supplicas, quatenus cum non differamus sacre plebi Capuanę antistitem ordinare. Nos autem pastorali sollicitudine moti vobiscum similiter condolemus fratres et propinquos pro sęculi cupiditate in tantam discordię et inimicitię voraginem demersos, pro quibus sane[4] Deo propitio pacificandis volumus calendis Octubribus Traiectum venire et ibi cum Uuaiferio principe[5] atque vobiscum et cum Capuanis ceterisque vestratibus loqui et ordinare primum ea, quę nobis et vobis sunt necessaria, et tunc de ipso electo vestram secundum sacros canones adimplebimus[b] voluntatem. Et idcirco grave non videatur dilectioni vestrę nostrum, ut dictum est, specialem prestolari adventum.

Unam talem Adelchisi episcopo[6] et alteram Lupeno episcopo[7].

216.

Iohannes VIII. papa Landulfum presbyterum et electum (Capuanum) laudat, quod ex urbe Capuana egressus in antiqua ecclesiae Capuanae sede s. Stephani protomartyris nunc habitet; adventum suum d. 1. Octobris nuntiat. *(879 Sept.)*

Cod.: R f. 87 n. 217.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 444 n. 208. Mansi Conc. coll. XVII, 157 n. 208. Migne Patr. lat. CXXVI, 878 n. 252. — Jaffé Reg. 3280 (2500).

LANDULFO VENERABILI PRESBYTERO ET ELECTO[8].

Quia discordantium parentum tuorum insidias declinando et ex urbe Capuana egrediendo in antiqua sanctę ecclesię Capuanę sede, nomine videlicet sancti Stephani protomartyris refulgente[9], nunc habitare te asseris atque cum vicinis episcopis assiduę decertas, ut male divisos adunare atque[a] discordantes pacificare Deo favente possis[b],

215. a) u *corr. ex* o *R.* b) b *corr. ex* u *R.*

216. a) t *corr. ex* d *R.* b) *corr. ex* possum *R.*

1) *Teanensi, c. 875—c. 885, qui cum Berthario abb. Casinensi propter discordiam Capuanam Romam profectus erat, cf. Leonis Chron. Cassin. lib. I c. 41 (ed. MG. SS. VII, 609).* 2) *Quae non exstant.* 3) *Cf. nn. 213, 214.* 4) *Quae sequuntur verbotenus fere cum nn. 213 et 214 consonant.* 5) *Salernitano.* 6) *Vicino, ut videtur, cuidam, cuius sedes ignoratur; minime enim de Adelchisio Tridentino episcopo (cf. n. 274) cogitandum est.* 7) *Cuius sedes aeque ignoratur.* 8) *(II.) Capuano, fil. Landonis III. comitis, 879—921, cf. nn. 214, 215.* 9) *Eadem videtur esse ac S. Maria Suricorum, quae hodie 'S. Maria di Capua vetere', ubi Landulfum episcopum paulo post consecravit ipse Iohannes papa, cf. n. 256, p. 224 annot. 2.*

cf. Io. 10, 11. gratum recepimus, quia et ante susceptum officium ea, quę sunt boni pastoris, peragis, in quo scilicet, ut perseveres, hortamur usque ad nostrum specialem adventum, quoniam Deo propitio pro vestrum omnium salute concordia et pace calendis Octubribus volumus Traiectum[a] venire ibique cum Uuaiferio glorioso principe et cum aliis eximiis parentibus tuis loqui et ordinare primum ea, quę nobis et vobis sunt necessaria vestreque paci et utilitati proficua, et tunc provectionem tuam secundum sacros canones omnibus pacificatis peragere.

217.

Iohannes VIII. papa Pulcari praefecturio (Amalfitano) praecipit, ut mancusos a Romana ecclesia pro eius defensione acceptos, quia minime secundum iusiurandum suum in hac re laboraverit, Romam remandandos curet. *(879 Sept.)*[1]

Cod.: R f. 87 n. 218.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 444 n. 209. Mansi Conc. coll. XVII, 157 n. 209. Migne Patr. lat. CXXVI, 878 n. 253. — Jaffé Reg. 3281 (2501).

DILECTO VIRO PULCHARI PREFECTO[2].

Pro salute animę tuę ac pro defensione totius Christianitatis, quę te cum paganis pactum habente quottidie depredatur atque in diram[a] ducitur captivitatem, multa tibi et populo tuo, quę postulasti, fecimus bona. Insuper decem milia mancosorum argenti dedimus[3] tibi, ut terram sancti Petri rupto fędere paganorum defenderes; quod te cum[b] tuis per iusiurandum facere promisisti, sed timore iudicii Dei postposito neque pactum iniquum disrumpere voluisti, neque propter iusiurandum litora nostra defendere, sed potius depredare diabolico iam iuri subiectus permittis et in anime tuę perditionem consentis oves pretioso Christi cruore adquisitas duci captivas[c]. Et ideo dignum est, ut ipsos mancosos, quos tibi pro defensione terrę nostrę dedimus, recipiamus. Quapropter volumus, ut eosdem mancosos per tuos fideles Amalfetanos usque in portum urbis Romę nobis navigio[d] venientes remandes, quoniam ipsi Amalfetani salvi et securi ibi manebunt et tunc accepta[e] prius a nobis securitatis sponsione prefatos mancosos nobis reddere procurent, quatenus nostra recipientes nullam tibi vel populo tuo inferamus calumniam; nam et dromonibus nostris precepimus, ut nullo modo aliquam populo tuo faciant contrarietatem, si tamen nobis ipsos mancosos salvos reddideris[f].

218.

Iohannes VIII. papa congregationi coenobii Pultariensis de adversitatibus eius condolens scribit se litteras Bosoni principi et Hugoni abbati (s. Germani Autissiodorensis), ut auxilium impendant, necnon exemplar testamenti fundatorum, quo res monasterii apostolicae sedi tradiderint, bulla sua munitum Ansegiso archiepiscopo (Senonensi) et Conrado comiti (Parisiensi) transmisisse. *(879.)*

Cod.: R f. 87 n. 219.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 445 n. 210 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 494 n. 61. Mansi Conc. coll. XVII, 158 n. 210. Migne Patr. lat. CXXVI, 879 n. 254. — Jaffé Reg. 3282 (2502).

a) i *corr. ex* g *R.*

217. a) *corr. in* iram *R.* b) *corr. ex* uim *R.* c) -vas *corr. ex* -vam *al. man. R.* d) v *corr. ex* b *R.* e) -ta *corr. ex* -to *al. man. R.* f) reddiderunt *R.*

1) *Haec epistola fortasse una cum n. 230 delata est, cf. NA. XXXVI, 152 annot. 7.* 2) *Amalfitano, cf. supra nn. 51, 52.* 3) *Cf. supra n. 79, p. 75 l. 21, n. 86, p. 81 l. 20 sq.*

SANCTĘ CONGREGATIONI SUMMI APOSTOLORUM PRINCIPIS PETRI CĘNOBII NOSTRI PULTARIENSIS[1].

Cognoscat pro certo fraternitas vestra nos relectis litteris vestris[2] pro tantis adversitatibus, quas ab iniquis cottidie sustinetis hominibus, valde tristes existere, quoniam, sicut de vestra prosperitate gaudemus, ita quoque et de vestra tribulatione tristamur. Unde volentes sanctam congregationem vestram utpote Dominicum gregem in ipso apostolorum principe nobis commissum salutem[a] et quietem habere, dreximus secundum petitionem vestram nostras apostolicas litteras Bosoni[b] glorioso principi[3] et Hugoni[c] nobilissimo abbati[4] petentes[d], quatinus pro Dei sanctorumque apostolorum principum Petri ac Pauli amore nostraque dilectione suę defensionis auxilium vobis inpendant et contra Dei atque omnes vestros adversarios[e] manum suę potentię extendant, ut quiete ac securiter degentes debitas Domino laudes persolvere ac pro nobis et omni populo Christiano valeatis omnipotentem Dominum deprecari et res sancti nostri monasterii tranquilla mente disponere regere ac secundum Deum dispensare possitis[f]. Porro exemplar ipsius testamenti, per quod Gerardus bonę memorię comes una cum Berta[g] quondam coniuge sua ipsas res principibus apostolorum Petro et Paulo tradidit[5], bulla nominis nostri munitum Ansegiso[h] archiepiscopo[6] et Chuonrado[i] comiti[7], in cuius comitatu ipse res continentur[k], per presentem nuntium vestrum direximus[8]. Vos itaque videte, si de his omnibus adiuti fueritis aut non, et nobis renuntiate, ut quali consilio meliori potuerimus vos libentissime adiuvare[l] curemus. Fraternitatem vestram orantem pro nobis Dominus[m] dignetur conservare incolumem.

219.

Iohannes VIII. papa Hugonem abbatem (s. Germani Autissiodorensis) hortatur, ut monachis Pultariensibus auxilium contra adversarios impendat. *(879.)*

Cod.: R f. 87' n. 220.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 445 n. 211 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 495 n. 62. Mansi Conc. coll. XVII, 159 n. 211. Migne Patr. lat. CXXVI, 879 n. 255. — Jaffé Reg. 3283 (2502 a).

DILECTO FILIO HUGONI NOBILISSIMO ABBATI[9].

Quanta vos dilectione quantoque[a] nostrę paternitatis quasi unicum filium dilexerimus affectu, ex eo, quo vestram sublimem cognovimus sagacitatem et gloriam, ipsi abundanter[b] recolitis, quoniam et vestra nos excellentia[c] veluti patrem spiritalem in omnibus colere et honorare animo tranquillo curavit. Quo videlicet mutuę dilectionis fędere illibato confisi monasterium sancti Petri, quod appellatur Pultariense et Gerardus quondam comes de rebus suis perfecit atque dotavit et sancto Petro tradidit[10], petimus, ut vestra in omnibus tuitione adiuvetur, quia fratres, qui nunc in eo consistunt et sedulas

218. a) saluum *R.* b) b *corr. ex* u *R.* c) huuoni *R.* d) *corr. ex* potentes *al. man. R.* e) aversarios *R.* f) positis *R.* g) uerta *R.* h) angesio *R.* i) cobunrado *R.* k) *corr. ex* continetur *al. man. R.* l) v *corr. ex* b *R.* m) dnm *R.*

219. a) *corr. ex* quantaque *R.* b) habundanter *R.* c) m *in fine del. R.*

1) *'Pouthières', dioc. Lingonensis. Cf. privilegium a Iohanne VIII. a. 878 Sept. 20 concessum (Jaffé Reg. 3186).* 2) *Quae non exstant.* 3) *Cf. n. 221.* 4) *Cf. nn. 219, 220.* 5) *Cf. testamentum Geraldi comitis Rossilionensis, fundatoris monasteriorum Pultariensis et Vizeliacensis, et Bertae coniugis a. 863, ap. Hist. Vizeliacensis mon., auct. Hugone Pictavensi, notario Guilelmi abb. Vizeliacensis, lib. I (ed. D'Achery Spicilegium II, 498).* 6) *Senonensi, cf. n. 24, p. 22 annot. 3.* 7) *Parisiensi, cf. Hincmari Ann. ad a. 879 (ed. Waitz p. 148—150).* 8) *Haec confirmatio nec in registro nec alibi nobis servata est.* 9) *S. Germani Autissiodorensis, cf. supra n. 105, p. 98 annot. 2.* 10) *Cf. annot. 5.*

Deo laudes persolvunt orantes pro salute omnium in Christo credentium, ab inimicis vicinis perturbantur omnisque illorum, immo nostra familia crudeliter assidue vexatur et opprimitur, ita sane ut neque arare neque cetera, quę ad terrę culturam pertinent, possit exercere. Quapropter et vestrum auxilium eidem sancto loco impendatis, et contra Dei atque eius adversarios manum vestrę potentię pro amore Dei et sanctorum apostolorum Petri ac Pauli nostraque dilectione extendatis, quatinus vestro potenti brachio freti salvi in omnibus et securi consistant, ut et in presenti dignas a nobis retributiones et in futuro multiplicem a Domino valeatis mercedem cum sanctis recipere.

220.

Iohannes VIII. papa Hugoni (abbati s. Germani Autissiodorensis) et Radoldo mandat, ut villam suam Vendoaram a Bosone comite, cui minime commutationis titulo tradita sit, in servitio apostolorum defendant; nuntiat se Bosoni litteras exhortatorias misisse et Arembertum vasallum eius, nisi resipiscat, excommunicaturum. *(879.)*

Cod.: R f. 88 n. 221.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 446 n. 212 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 495 n. 63. Mansi Conc. coll. XVII, 159 n. 211 [l. 212]. Migne Patr. lat. CXXVI, 880 n. 256. — Jaffé Reg. 3284 (2503).

UGONI[1] ET RADOLDO DILECTIS FIDELIBUS NOSTRIS.

Cognoscat pro certo fidelitas vestra, quia nos ipsam villam nostram Vendoaram[2], quam dicitis[a] esse invasam a Bosone comite[3], quasi nos eam cum illo commutassemus accipientes alteram ab eo, neque beneficiali[b] more neque alicuius commutationis tenore neque alio quocumque modo cum eodem Bosone vel alio quocumque homine dedimus neque commutavimus. Ideo in fidelitate et servitio sanctorum apostolorum Petri ac Pauli devota mente permanentes ipsam villam sub nostro iure tenete[4] defendite et cum Domini auxilio gubernate, nec alicui homini credatis nos aliquando prefatam villam quolibet modo daturos. Direximus vero pro vestro adiutorio ac defensionis auxilio litteras nostras[5] iamdicto Bosoni comiti, ut pro amore Dei et sancti Petri ac nostro et suos homines inde removeat[c], et ipsam villam nullatenus invadere nec invasam retinere presumat, quin potius suo vos brachio tueatur et ab omnibus erga vos male agentibus dignetur defendere, si gratiam Dei et principis apostolorum cupit[d] habere. Arembertum autem, basallum eius, cui ipsam villam beneficio dederat, omni ecclesiastica communione per Isaac venerabilem episcopum[6] iussimus esse privatum[e], si in[f] eadem villa ulterius temere intrare[g] aut aliquam ibi contrarietatem facere prȩsumpserit.

220. a) dictis *R.* b) *corr. ex* benefaciali *al. man. R.* c) -ve- *add. supra lineam al. man. R.* d) *corr. ex* caput *R.* e) *corr. ex* privati *al. man. R.* f) si in *corr. ex* sin *al. man. R.* g) -re *in ras. R.*

1) *Abbati, cf. n. 219.* 2) *Hodie 'Vendeuvre-sur-Barse, dép. Aube'.* 3) *Provinciae duce, cf. n. 1.* 4) *Quo de iure legitur in Hincmari Ann. ad a. 865 (ed. Waitz p. 78):* Recepta sub defensione Karoli *(Calvi)* villa quae Vendopera dicitur, quam piae memoriae Hludowicus imperator *(Pius)* sancto Petro tradiderat et Wido quidam comes per plures annos tenuerat, *cf. Mühlbacher Reg. imp.² 633 (613)a et 'Verlorene Urk.' n. 496. Etiam in actis synodi Trecensis a. 878 act. V (ed. Mansi XVII, 347) villae illius mentio fit:* Ottulfus venerabilis episcopus sanctae Tricassinae ecclesiae libellum obtulit reclamationis super Isaac *(Lingonensi episcopo)* de villa Venderevensi suamque dicebat eum obtinere paroeciam. 5) *Cf. n. 221.* 6) *Lingonensem, cf. n. 126, p. 113 annot. 3.*

221.

Iohannes VIII. papa Bosonem principem hortatur, ut villam s. Petri Vendoaram, quam Aremberto vasallo in beneficium dederit, restituat et monachis Pultariensibus auxilium contra adversarios impendat. *(879.)*

Cod.: *R f. 88 n. 222.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 447 n. 213 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 495 n. 64. Mansi Conc. coll. XVII, 160 n. 213. Migne Patr. lat. CXXVI, 880 n. 257. — Jaffé Reg. 3285 (2504).*

DILECTO FILIO BOSONI GLORIOSO PRINCIPI[1].

Quanta[2] vos dilectione quantoque nostrę paternitatis dilexerimus affectu ex eo, quo vestram sublimem cognovimus gloriam, ipsi abundanter[a] recolitis, quoniam et vestra nos excellentia veluti patrem spiritalem in omnibus colere[b] et honorare animo tranquillo curavit. Quo videlicet mutuę dilectionis fędere confisi ea, quę sub iure sanctorum apostolorum principum Petri ac Pauli per totius Gallię provincias inmobilia[c] loca consistunt cum hominibus omnibusque sibi pertinentibus, ut vestro potenti brachio defensa manerent, rogavimus, vestroque auxilio secura consisterent, quod vos pro amore Dei et sancti Petri nostroque honore nobis libenter facere promisistis. Nunc autem, sicut audivimus, villam nostram Venduaram[d] absque nostro consensu et voluntate occupatis et uni vestro vasallo[e] nomine Aremberto in beneficium dedistis[3] et, si verum est, non bene, sicut vos decebat, egistis. Ideo rogamus, fili carissime, celsitudinem tuam, ut propter amorem Domini et sancti Petri cęlestis regni clavigeri ipsam villam nostris, qui ibidem residunt, hominibus sub nostro iure, sicut nos eam ordinavimus, liceat habere securiter omnesque vestros vel alienos homines ab eiusdem villę habitatione[f] vel dominatu removeatis nec vestris diebus aliquam a quocumque homine[g] contrarietatem patiamur. Simili etiam[h] modo petimus, ut monasterium sancti Petri, quod[i] appellatur Pultariense et Gerardus quondam comes de rebus suis perfecit atque dotavit et sancto Petro tradidit[k][4], vestra in omnibus tuitione adiuvetur, quia fratres, qui in eo consistunt et sedulas Deo laudes persolvunt orantes pro salute[l] [omnium][m] in Christo credentium ab inimicis vicinis perturbantur, omnisque illorum, immo nostra familia crudeliter assidue vexatur et opprimitur, ita sane ut neque arare neque cetera[n], quę ad terrę culturam pertinent, possit exercere. Quapropter et vestrum auxilium eidem sancto loco impendatis et contra Dei atque eius adversarios manum vestrę potentię pro amore Dei et sanctorum apostolorum Petri ac Pauli nostraque dilectione extendatis, quatinus vestro potenti brachio freti salvi in omnibus et securi consistant, ut et in presenti dignas a nobis retributiones et in futuro multiplicem a Domino valeatis mercedem recipere.

222.

Iohannes VIII. papa Guaiferium principem (Salernitanum) ab infestatione Capuanorum dehortatur, adventum suum pro pace firmanda post aestivi temporis fervorem nuntiat. *879 (Aug.)*[5]

Cod.: *R f. 88' n. 223.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 447 n. 214. Mansi Conc. coll. XVII, 160 n. 214. Migne Patr. lat. CXXVI, 881 n. 258. — Jaffé Reg. 3286 (2505).*

---

221. a) habundanter; h *corr. ex* n *R.* b) l *corr. ex* r *R.* c) b *corr. ex* u *R.* d) uenduaȥ *R.* e) basallo *R.* f) habitationis, s *in fine del. R.* g) homne *R.* h) *corr. ex* et iam *al. man. R.* i) quo *R.* k) petimus ut *iterum habet R.* l) se *R.* m) *om. R; cf. n. 219, p. 196 l. 1.* n) cetetera *R.*

1) *Provinciae.* 2) *Tenor huius epistolae magna ex parte idem fere est ac in n. 219.* 3) *Cf. n. 220.* 4) *Cf. n. 218, p. 195 annot. 5.* 5) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. p. 198 annot. 3 et NA. XXXVI, 152 annot. 4.*

NOBILISSIMO[a] VIRO UUAIFERIO GLORIOSO PRINCIPI[1].

Relatu quorundam didicimus, quod suadente humani generis inimico, qui totius inimicitię et mortis est auctor, cupiatis multiplicia damna et adversa inferre Capuanis[2] et propter discordię malum, quod sęculi cotidię livore[b] generatur et inter propinquos atque amicos adcrescit, cogitetis generale discrimen prebere, unde scilicet non modica turbatio his vestris in partibus oriatur et longi temporis scandalum maneat, et, dum non desint extranei hostes, cum quibus assidue luctamen habeatis, vultis contrarietatis discrimina prębere propinquis, quos in auxilium vobis oportunum poteratis habere fautores. Nos idcirco more paterno vos quasi dilectum filium admonemus et ex Dei omnipotentis auctoritate beatorumque apostolorum Petri et Pauli potestate prohibemus, ut non habeatis licentiam super prefatos Capuanos ire neque aliquam illis contrarietatem inferre usque ad nostrum specialem adventum, quoniam Deo auxiliante, cum huius ęstivi temporis fervor transierit[3], pro omnium vestrum salute concordia et unanimitate has vestras in partes veniemus, quatenus nobis pręsentibus[c] omnis vis[d] sopiatur omneque scandalum, quod ex vipereo semine inter vos et illos adcrevit, de medio vestri auferatur. Nos namque salutem vestram, ne in ęternum pereatis, cupimus et ideo cf. Rom. 14, 19. volumus, ut ea, quę pacis[e] sunt, sectemini semper. Nam pro vestro cum venerimus amore, ipsum, quem vultis, Capuanę plebi Domino favente antistitem ordinabimus[f], ut vester principalis honor indiminutus permaneat; quodsi[g] forte aliter vos facere[g] cognoverimus, scitote, quia nostrę vos non habebimus communionis consortes.

223.

Iohannes VIII. papa Pandenulfo gastaldo (Capuano) nuntiat de litteris dehortatoriis Guaiferio principi Salernitano missis (n. 222). *879 (Aug.)*

Cod.: R f. 89 n. 224.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 418 n. 215. Mansi Conc. coll. XVII, 161 n. 215. Migne Patr. lat. CXXVI, 882 n. 259. — Jaffé Reg. 3287 (2506).

NOBILI VIRO PANDENULPHO GLORIOSO CASTALDO[4].

Relectis industrię tuę litteris[5], quas per talem[6] fidelem hominem tuum nobis mandasti, ea, quę nostro pontificio supplicare studuisti, apostolica[a] dumtaxat benignitate audivimus ac, prout ratio exigebat, partim complevimus. Direximus namque nostri apostolatus litteras[7] Uuaiferio et ammonendo increpando atque excommunicando eum[b] non habere licentiam ex Deo et sanctorum apostolorum Petri ac[c] Pauli nostraque auctoritate permissum venire contra urbem Capuanam neque aliquam in omnibus suburbanis et finibus eius contrarietatem inferre nullasve moliri insidias, usquequo istas in partes auxiliante Domino post huius ęstivi temporis fervorem veniremus.

222. a) NOUIL- *R.* b) libore *R.* c) -ntibus *in ras. R.* d) *corr. ex* omni suis *al. man. R.* e) *corr. ex* paci *al. man. R.* f) b *corr. ex* u *R.* g) quodsi — facere *in ras. R.*

223. a) -isti a- *in ras. al. man. R.* b) eos *R.* c) hac *R.*

1) *Salernitano.* 2) *De dissensione Capuae post mortem Landulfi I. episcopi orta cf. nn. 213—216.* 3) *In epistolis nn. 213—216 d. 1. Octobris terminus adventus constituitur; itaque nostra prior illis est (cf. Levi l. l. p. 181), praesertim cum de damnis inferendis hic, de illatis illic agatur; haec igitur et sequens epistola ad Aug., nn. 213—216 ad Sept. referendae sunt, cf. NA. XXXVI, 152 annot. 4.* 4) *Capuano, de quo cf. n. 176, p. 141 annot. 6.* 5) *Quae non exstant.* 6) *Verbum* talem *ex minuta, ubi nomen proprium nuntii non iam positum erat, descriptum esse patet, cf. NA. XXXVI, 116.* 7) *Cf. n. 222.*

224.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi suos pro utilitatibus eius labores et iter suum Ravennam factum in memoriam revocat ad implorandum personaliter auxilium eius; precatur, ut denuo legatos Romam mittat et privilegia Romanae ecclesiae renovet, suos legatos commendat. *880 (Feb.—Mart.)*

Cod.: R f. 89 n. 225.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 449 n. 216. Mansi Conc. coll. XVII, 161 n. 216. Migne Patr. lat. CXXVI, 882 n. 260. — Jaffé Reg. 3288 (2507).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Quod bene vestra regalis cognoscit sublimitas, a longo iam tempore pro utilitate et exaltatione sanctę sedis apostolicę matris vestrę ad culmen imperii Deo propitio volentes perducere auctoritatis nostrę litteris missis[2] vocavimus ac postmodum prę magnitudine amoris vestri relicta nostra ecclesia inter sevas hostium non solum paganorum, sed etiam malorum Christianorum manus ad vos Ravennam pervenimus[3], quod nullus antecessorum nostrorum gloriosissimis progenitoribuș vestris aliquando fecisse recolitur, sperantes scilicet omnem honorem pristinumque vigorem sanctę Romanę ecclesię per vos ad augmentum[a] perfectum perducere atque inimicorum sanctę Dei ecclesię et nostrorum ferocem severitatem omnimodo comprimere facileque superare putabamus. Sed quia de his omnibus nichil apud magnitudinem vestram, ut volebamus, peregimus, revertentes prioribus peiora repperimus. Nam inimici nostri maiori audacia cf. Matth. 12, 45. elevati non solum ea, quę sancti Petri sunt, diripere, sed etiam homines nostros in sua potestate recolligere et retinere non dubitant[b]. Quapropter, fili carissime, pro certo scitote, quia nos vestrum honorem et gloriam toto conamine desideramus[c] perficere et ideo vos ea, quę utilitati et exaltationi[d] sanctę sedis apostolicę proficua sunt, pio intuitu menteque devota debetis peragere. Unde obnixe precamur, ut nobis dirigatis Liutubardum venerabilem episcopum[4], Manigoldum filium[e] Adelberti[5] et Adelbertum protopincernam vestrum[6], qui, antequam vos has in partes veniendi iter sumatis, nos et sanctam matrem vestram Romanam ecclesiam certificent[f] et ad vestrum honorem et gloriam placabiles et letos efficiant, quatenus Deo auxiliante vobis venientibus Romam unum de pactis et privilegia sanctę Romanę ecclesię[7] more parentum[g] vestrorum renovare et confirmare studeatis. Et petimus, ut de hoc, quod pro honore Dei et sanctę ecclesię seu vestro vos facere monemus, aliquid inimicis nostris non credatis neque his,

---

224. a) agmentum *R.* b) *corr. ex* dubitat *R.* c) disideramus *R.* d) -ni *corr. ex* -ne *R.* e) fil- *in ras. R.* f) *corr. ex* certificerunt, *sed littera* r *tantum erasa R.* g) parentorum *R.*

1) *III.* 2) *Cf. n. 168.* 3) *De hoc conventu legitur in Monachi Augiensis continuatione Erchanberti (ed. MG. SS. II, 329):* Carlomannus .... fratri suo Carolo Italiam gubernandam concessit. At ille grandi exercitu congregato eam undique improvisus occupavit et Ravennam veniens Romanum papam nomine Ioannem ad se vocari praecepit, sed et patriarcham Furiolanum necnon et Mediolanensem archiepiscopum omnesque episcopos et comites seu reliquos primores ex Italia et ibi ab eis rex constituitur et omnes praeter apostolicae sedis episcopum iureiurando ad devotionem servitii sui constrinxit; cui conventui etiam Luitpertus Magonciacensis episcopus iussu Ludovici regis interfuit. *Cf. Dümmler l. l. III², 107. — Hunc conventum m. Ian. a. 880 evenisse nec seriem registri in collocanda epistola nostra servari posse recte statuit Mühlbacher Reg. 1591 (1549)a contra Ewald Reg. I p. 410 et n. 3288, cf. NA. XXXVI, 130.* 4) *Vercellensem, qui petitione Karoli regis, cuius erat familiaris et archicapellanus, in locum Gosperti episcopi, nonnisi m. Oct. 879 a papa annuente ipso Karolo (cf. n. 233) consecrati, evectus esse videtur aut in conventu Ravennati aut paulo post, nam inde a m. Februario 880 etiam in privilegiis regis episcopi titulo utitur, cf. Bresslau, 'Urk.-Lehre' I, 320.* 5) *Idem forte est ac Manegoldus quidam, qui una cum Eginone donator Ratisponensis ecclesiae occurrit in privilegio Ludovici Germanici a. 866 Aug. 6, Mühlbacher Reg.² 1462 (1419).* 6) *Cf. Dümmler l. l. III², 110. 283 annot. 3, 294.* 7) *Scil. de terra s. Petri praecipue, cf. n. 4, p. 3 annot. 9.*

cf. 1. Cor. 10, 24; 13, 5. qui magis ea, quę sua sunt, quam vestram gloriam quęrunt, eo quod honor et exaltatio sanctę Romanę ecclesię vestra protectio est in omnibus vestraque contra omnes inimicos defensio. Hos[a] autem missos nostros, Marinum videlicet venerabilem episcopum[1] et arcarium sedis nostrę atque Petrum ęque episcopum Senogaliensem[2], vobis direximus, quos ut benigne recipiatis, rogamus et ea, quę vobis verbotenus dixerint, quasi nobis credere non dubitetis.

DATA UT SUPRA.

225.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi in Germaniam revertenti missum suum Farulfum nepotem commendat, legatum eius expetit, quocum adventum eius ad salvandam terram s. Petri deliberet. *880 (Apr.)*

Cod.: R f. 89' n. 226.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 449 n. 216 [l. 217]. Mansi Conc. coll. XVII, 162 n. 217. Migne Patr. lat. CXXVI, 883 n. 261. — Jaffé Reg. 3289 (2508).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO CAROLO GLORIOSO REGI.

Audivimus, quod debeatis nunc Alpes transire[3] atque cum carissimo fratre vestro[4] communi eloquio frui. Unde valde turbati existimus, eo quod secundum commune placitum sperabamus nos vobiscum simul convenire et magnum ac proficuum opus exaltationis sanctę Romanę ecclesię matris vestrę vestrique honoris et totius terrę sancti Petri salutis peragere. Idcirco direximus vobis hunc carissimum nepotem nostrum Farulfum[5] diliciosum consiliarium nostrum, per quem vestrę regali suggerimus magnificentię, ut nullo modo pretermittatis ita ordinare atque disponere terram sancti Petri, quatenus salva et defensa non solum a paganis, sed etiam a malis Christianis, quos ipsi procul dubio scitis, permaneat, donec Deo auxiliante revertentes ad gremium sanctę matris vestrę Romanę ecclesię veniatis, quia, si hoc pretermiseritis, tanta undique adversa vix ferre valemus. Quapropter vestra regalis[a] magnitudo pręvideat, ne vestris[b] diebus eadem ecclesia aliquam minuitatem patiatur, sed per vos magis augmentetur, quoniam ipsius augmentum vester est honor. Ideo petimus, ut cum presente iamdicto nepote nostro idoneum e latere vestro nobis dirigatis legatum, qui ad salutem et iustitiam terrę nobiscum interim pariter et promptissime in omnibus, prout opus fuerit, desudet, ut et nos omnem vestrum honorem libentissime valeamus perficere, cui ea, que[c] vobis dixerit, quasi nobismetipsis credere non dedignemini. Quam ob rem rogamus, ut libenti animo hoc facere et secundum promissum vestrum adimplere omnimodis satagatis, nam certos vos esse volumus, quia vestrum honorem et gloriam tota mente desideramus perficere[d].

---

a) -s *in ras. R.*

225. a) *corr. ex* regali *R.* b) *corr. ex* vestri *al. man. R.* c) eaq; *R.* d) -ficere *in ras. R.*

1) *Cerensem, qui a. 882 Iohanni VIII. successit sub nomine Marini I. (882—84), cf. Dümmler l. l. III², 214 annot. 4, aut Tifernatensem ('Città di Castello'), qui subscripsit synodo Ravennati a. 877 (Mansi XVII, 342).* 2) *Hodie 'Sinigaglia', 868—c. 880.* 3) *De reditu Karoli m. Aprili 880 hic agitur (cf. Mühlbacher Reg. n. 1603 [1560] a), nec epistola propter locum, quem nunc in registro habet, ad m. Augustum 879 reici potest, sicut habet Ewald (cf. n. 224, p. 199 annot. 3). Cf. Dümmler l. l. III², 111.* 4) *Ludovico (III.) rege.* 5) *Qui iterum m. Martio 881 in curia Karoli Senis habita affuit, cf. Mühlbacher Reg.² 1612 (1569).*

226.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati missum suum dirigit ad inquirendas iniurias, de quibus conquestus erat; mandat, ut d. 1. Octobris Romam ad synodum veniat. *879 (Aug.)*

Cod.: R f. 90 n. 227.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 450 n. 217 [l. 218]. Mansi Conc. coll. XVII, 163 n. 218. Migne Patr. lat. CXXVI, 884 n. 262. — Jaffé Reg. 3290 (2509).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ RAVENNATIS ECCLESIĘ[1].

Audientes tales vobis a quibusdam insidias et iniurias accidisse[2] mirati sumus, quomodo ad Romanę ecclesię gremium et ad nostram apostolicam non statim veneritis pręsentiam; nam si venissetis, pro certo scire potestis, quia nos diligenter inquisitis omnibus omnem tuam causam ad optatum et prosperum finem Deo favente omnimodo perduceremus. Nunc autem pro huius rei causa missum prudentem dirigemus Ravennam, cui[a] ea, quę nobis mandastis contra te acta fuisse, diligenter inquirere iubemus, ut eos, qui talia, ut asseritis, egerunt, sub fideiussore talique ligato[b] obliget, quatenus ipsi de presenti Romam compellantur venire. Quibus sane venientibus volumus, ut et vos pariter veniatis kalendas Octubris[3], sicut tibi pro celebranda[c] etiam[d] synodo[4] iam preceptum est[5], quia in presentia nostra causam tuam volumus deliberare, quoniam nos secundum datam nobis divinitus potestatem more precessorum nostrorum vos adiuvare[e] omnino curabimus; nam volumus, ut honor sanctę Ravennatis ecclesię semper indiminutus permaneat. In hoc tamen redarguendus[f] es, quia dimissa ecclesia tua Ravennatę per alienas ecclesias contra tuam sponsionem discurris et resides; nam pro his, quę tibi evenisse dicis . . . .[g]

DATA UT SUPRA.

227.

Iohannes VIII. papa omnibus episcopis marchionibus comitibus fidelibus praecipit, ut Iohanni episcopo Papiensi, cui vices suas in excommunicandis hostibus ecclesiae commiserit, auxilium impendant et ab omni infestatione eum defendant. *(879.)*

Cod.: R f. 90 n. 228.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 451 n. 218 [l. 219]. Mansi Conc. coll. XVII, 163 n. 219. Migne Patr. lat. CXXVI, 885 n. 263. — Jaffé Reg. 3291 (2510).

OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS EPISCOPIS SEU EXIMIIS MARCHIONIBUS ET COMITIBUS CUNCTISQUE SANCTĘ DEI ECCLESIĘ FIDELIBUS.

Habentes omnium ecclesiarum Dei secundum apostolum sollicitudinem dignum duximus vestram industriam his apostolatus nostri litteris ammonere atque apostolica benignitate magnopere exhortari[a], quatenus potentię munus, quod divina largitate habetis, utilitati ecclesiasticę et honori sacerdotali prodesse debeat semper. Quapropter reverentiam et honorem sanctę Ticinensis[6] ecclesię, quę speciali quodam modo sedi apostolicę *cf. 2. Cor. 11, 28.*

226. a) qui *in ras. R.* b) legata *corr. ex* ligata *R; intendi videtur* ligamine *i. e.* conditione. c) celebrande *R.* d) *corr. ex* et iam *al. man. R.* e) adiubare *R.* f) -us *in ras. R.* g) *cetera desunt R; sed integra haec ultima sententia non in fine epistolae, sed alio quodam loco in contextu inserenda forte est, e margine, ubi in minuta posita esse videtur, falso loco a registratore subnexa.*

227. a) exortari *R.*

1) *De quo cf. nn. 95, 131, 161, 162.* 2) *Quaenam fuerint, nescimus.* 3) *Haec igitur epistola ante illas nn. 213—216 collocanda est, in quibus papa die 1. Octobris se Traiecti fore nuntiat, cf. NA. XXXVI, 152 annot. 5.* 4) *Iam m. Maio pro d. 12. Octobris statuta, cf. nn. 203, 204, 235, sed d. 15. Octobris tantum congregata, cf. n. 228.* 5) *Prior citatio Romani non exstat.* 6) *Hodie 'Pavia'.*

pertinere videtur, eiusque antistiti, Iohanni videlicet confratri nostro, cui vice nostra transgressores excommunicandos commisimus[1], eo videlicet tenore, ut, quos ipse excommunicaverit, excommunicati existant[a], ut ei auxilium[b] alacriter impendatis, monemus nullamque contrarietatem vel invasionem in rebus vel hominibus ipsius ecclesię quemlibet facere permittatis, quin potius vestro eas solacio tueri pro Dei nostroque amore diligentissime studeatis. Sed et clericos[c] illius nemo vestrum in commendatione aut sub alicuius defensionis obtentu absque predicti episcopi sui licentia[d] recipere pręsumat; quodsi contra hoc nostrum apostolicum statutum aliquis suorum clericorum[e] agere temtaverit, ecclesiastica sit tam acceptor quam acceptus communione privatus.

DATA UT SUPRA.

228.

Iohannes VIII. papa universae dioecesi Mediolanensi nuntiat se in synodo d. 15. Octobris in ecclesia b. Petri habita Anspertum dudum archiepiscopum pluries contumacem et excommunicatum honore episcopali privasse; statuit de eligendo successore.

879 (Oct.)

Cod.: R f. 90' n. 229.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 452 n. 220 [l. 221]. Mansi Conc. coll. XVII, 164 n. 221. Migne Patr. lat. CXXVI, 886 n. 265. — Jaffé Reg. 3294 (2512).

OMNIBUS EPISCOPIS PRESBYTERIS DIACONIBUS SUBDIACONIBUS ET OMNI CLERO SANCTĘ ECCLESIĘ MEDIOLANENSIS.

Deo dilectę unanimitati vestrę fraternitatis, karissimi, notum esse volumus, quia nos una cum sancta synodo idus Octobris in ecclesia beati Petri apostoli peracta[2] Anspertum dudum archiepiscopum vestrum pro suis neglegentiis ac multiplicibus pręsumptionibus iam in priori synodo[3] post secundam et tertiam vocationem[4] atque post canonicas sibi datas indutias[5] pro se satisfaciendo nolentem occurrere virtute sancti[a] Spiritus et auctoritate sanctorum Petri ac Pauli apostolorum principum et canonica atque synodica sanctione[b] episcopali honore privavimus[c], quia ante audientiam[d] communicare pertinaciter presumpsit et ante legitimum suę purgationis examen ministerium sacrum contra statuta maiorum[e 6] temere agere non dubitavit et[f] quia nondum a vinculis excommunicationis[g] absolutus in Bercellensi ecclesia[h] episcopum[7] innormiter ac pervicaciter ordinare contra regiam etiam voluntatem[i 8] pręsumpsit[f]. Et ideo presenti vobis statuto iubemus, ut omnes uno animo unoque voto convenientes atque convocantes pastores[k] vel populum civitatis de electione alterius, qui de cardinalibus presbyteris aut diaconibus[l] dignior fuerit repertus[9] cum Christi solacio ad archiepiscopatus honorem promoveri[m]. In[n] quo [ne] antea, scilicet decreto sollemniter facto atque ad hanc Urbem transmisso*[n],

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

a) quos | ipse excommunicati existant; *post* quos *add. in marg.* ipse excommunicaverit *al. man. R.* b) ei auxilium *add. in marg. al. man. R.* c) clos *corr. ex* glos *R.* d) licentiam *R.* e) cloȝ *corr. ex* gloȝ *R.*

228. a) scīs *R.* b) sanctionem *R.* c) *corr. ex* privabimus *R.* d) *corr. ex* auditiam *al. man. R.* e) *corr. ex* magorum *R.* f) *sententia* et quia — pręsumpsit *in fine epistolae post* separatus erit *(p. 203 l. 9) annexa est in R, falso loco ex minuta, ubi in margine posita fuisse videtur, a registratore inserta, cf. NA. XXXVI, 112.* g) excommunicatis *R.* h) *corr. ex* ecclę *R.* i) ordinare *add. R.* k) *corr. ex* post ores *al. man. R.* l) -bus *add. supra lineam in ras. al. man. R.* m) *excidit* deliberetis *aut simile quid R.* n) In quo scilicet — transmisso antea *R.*

1) *Cf. supra n. 144.* 2) *Qua de synodo ex epistolis, praeter nostram, nn. 247, 248 pauca tantum discimus, cf. Werminghoff NA. XXVI, 656.* 3) *Romana m. Maio habita, cf. n. 188.* 4) *Cf. nn. 108, 103, 163.* 5) *Cf. nn. 202—204.* 6) *Cf. can. apost. XXIX (XXVII) (Hefele 'Conciliengesch.' I, 808), c. 4 conc. Antioch. a. 341 (Mansi II, 1310).* 7) *Iosephum, cf. n. 250.* 8) *Scil. Karolomanni, qui litteris suis Gospertum in episcopum expetierat, cf. n. 248, p. 217 annot. 2.* 9) *De cardinalibus (i. e. canonicis) ecclesiae Mediolanensis et Ravennatis cf. Hinschius KR. I, 318.*

quislibet[a] episcoporum aliquem[b] ibidem ordinare pręsumat, antequam nobis [per][c] omnia fuerit renuntiatum, quoniam[d] Deo favente nos ibi secundum morem pristinum et secundum regiam concessionem volumus archiepiscopum consecrare. Nam si aliter pręsumpseritis, ecclesiastica vos communione privabimus et, qui contra hoc[e] nostrum[f] statutum fecerint[g], apostolico iudicio erunt omnino correpti. Sane reverentissimos fratres et coepiscopos nostros Iohannem[h] Ticinensem[1] et Deltonem[i] Ariminensem[2] illuc vice nostra dirigimus, qui vobiscum pariter eandem[k] electionem faciant, si[l] quidem[m] iustum fore decernitis[l]. Quos nemo vestrum impedire in aliquo pręsumat[n], quoniam[o], quisquis hoc superbiendo resistens agere temptaverit[p], Christianorum collegio separatus erit[q].

DATA UT SUPRA.

229.

Iohannes VIII. papa Theoderico Teatino, Theodicio Firmano, Iohanni Aprutiensi, Helmoino Pennensi episcopis praecipit, ne Theoderonam, relictam Tresigii, velamen vi affinis eius acceptum retinere cogant, sed causam diligentius diffiniant. *879 Nov. 20.*

Cod.: R *f. 91 n. 230.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 456 n. 226. Mansi Conc. coll. XVII, 168 n. 226. Migne Patr. lat. CXXVI, 891 n. 272. — Jaffé Reg. 3310 (2519). Kehr Italia pontificia IV, 312 n. 5.

THEODERICO THEATINO[3] THEODICIO FIRMANO[4] IOHANNI APRUTIENSI[5] ET HELMOINO PINNENSI[6] EPISCOPIS.

De vi velata[a].

Quędam vestrarum dioceseon[b] femina nomine Theoderona, relicta quondam Tresigii, sedem apostolicam nostrumque simul pontificium adiens questa est nobis, quod viro suo defuncto velamen sibi sacri habitus ab eiusdem viri sui fratris dumtaxat germani vi, non scilicet dilectione vitę spiritalis, sed ambitione prędiorum ducti, inpositum fuerit et ipsa plurimum renitens contra propriam sponsionem pollicitationem[c] expetitionem electionem propositum votum atque spontaneum iudicium sine benedictione sacerdotis idem velamen susceperit. Cuius professionem[d] coram coepiscopis et fratribus nostris conferentes inquisivimus etiam idoneos viros Opteramum Scattoinum Erfemarium Amedeum et Acerisium, vicinos scilicet ipsius feminę, qui casu pręsentes aderant, utrum se ita res haberet an non; sed illi non solum ita fuisse testificati sunt, verum etiam parati existerent[e] omnem super hac causa[f] satisfactionem pręmittere. Nos igitur habentes eundem quem et patres nostri spiritum fidei et per gratiam Christi zelum iustitię, eadem super legitime velatis quę et illi sentimus[7] eademque omnino decernimus et, quod[g] non propria voluntate non arbitrio non voto non expetitu vel spontaneo iudicio, quin potius coacte admittitur, cassandum esse sancimus; pręcipue cum hęc eadem femina nonnisi minis perterrita plus minus diebus quindecim idem velamen gestare se dixerit

---

a) quoslibet *R.* b) aliquam *R.* c) *om. R.* d) quur *R.* e) -oc *in ras. al. man. R.* f) *in ras. al. man. R.* g) *corr. ex* feceritis *al. man. R.* h) Iohis *R.* i) Uueltonem *R.* k) vobiscum — eandem *in ras. R.* l) *sententiam* si — decernitis *hic inserendam esse censemus, licet in R, ubi contextus in hoc loco penitus corruptus est (cf. annot. n), nonnisi post* pręsumat *(l. 8) sequatur.* m) quis *R.* n) Quos *(corr. ex* quibus*)* nemo vestrum impedire in aliquo pręsumat si quis iustum fore decernitis velut nobis in omnibus obedire procuret *R; eiectis hic verbis* si — decernitis *(cf. annot. l) supersunt duae sententiae eiusdem argumenti, quarum unam correctionem alterius in margine additam esse ex eo conici potest, quod* quibus *in* quos *mutatum est. Registrator pro* quibus velut nobis — procuret[is] *ponere voluit* quos — pręsumat, *scriptor integram sententiam penitus corruptam descripsit.* o) quur *R.* p) -gere temptaverit *in ras. R.* q) *cf. n. 228 p. 202 annot. f.*

229. a) *hoc lemma, quod in registro in margine positum esse videtur, a scriptore falso loco post* Theoderona *(l. 21) insertum est in R (cf. n. 195); priores editiones habent* Theoderona de Vivelata. b) dioceseam *R.* c) pollicitatione *R.* d) *corr. ex* professione *al. man. R.* e) *sic R.* f) causam *R.* g) quę *R.*

1) *Cf. nn. 144, 227.* 2) *Hodie 'Rimini', cf. n. 26, p. 24 annot. 3.* 3) *Hodie 'Chieti', c. 879—88.* 4) *Hodie 'Fermo'. Eandem nominis episcopi formam, ab omnibus fere vitiatam, exhibet privilegium Karoli III. a. 884, Mühlbacher Reg. imp. ² n. 1667 (1623).* 5) *Hodie 'Teramo', c. 879—97.* 6) *Hodie 'Penne', c. 872—79.* 7) *Cf. Nicolai I. epist. ad episc. Germaniae, Jaffé Reg. 2835 (2143).*

et nullo sacerdote benedictionem tribuente hoc violenter susceperit. Quod licet ad huius absolutionem sufficere posse speremus, quia, si ita est, totius violentię ac necessitatis vinculis absoluta suum licenter et impune sequi debet arbitrium et, quod non elegit, ut perferat, non est cogenda, tamen sanctitati vestrę committimus, ut in unum convenientes ipsius feminę causam secundum Deum discutiatis et omnem super hac querimonia veritatem subtili indagatione repperientes ad liquidum finiatis. Verumtamen dignum non esse sancimus, ut iugum, cui non suo proposito mota, sed ambitione et violentia oppressa subacta est, portare cogatur, quia et sanctus papa Gregorius in epistola ad[a] Athanasium presbyterum Isaurię[1] inter cetera ita refert: Quanquam ea, quę vi inpulsionis fiunt, kanonum minime censura recipiat et iure habeantur infirma, quia ipse ea dissolvit, qui iniustum fateri compellit, sed magis illa est suscipienda et amplectenda confessio, quę ex spontanea[b] monstratur voluntate
Ps. 53, 8. Ps. 118, 108. procedere, et rursus scriptum est: 'Voluntarie sacrificabo tibi', et alias: 'Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine'. Porro iamfato[c] Iohanni reverendo Aprutiensi[d] antistiti etiam[e] verbo iniunximus, ut ascita vestra fraternitate omne de hac re negotium vobiscum pariter ventilet et canonice, sicut prediximus[f], diffinire procuret. Super quo si aliqua ambiguitas fortassis emerserit, tunc iubemus, ut aut vos aut vestri legati vices vestras agentes cum eadem femina nostris pręsentaliter optutibus pręsententur, ut coram nobis iam diligentius omnis rei veritas inquiratur et ęquitatis regula terminetur. Postremo si pręfatę feminę aliquod crimen invidiose obiectum quoquomodo[g] fuerit, vos Deo prę oculis habito hoc non admittatis et, si accusator illius in sua obstinatione permanserit, tam accusata quam accusator in[h] nostram cum vestris pariter missis accelerent properare presentiam. Verumtamen si accusator[i] eius defuerit, iam illa crimine illo coram nobis veniens non tenebitur secundum Cartaginensis[k] concilii nonum decimum capitulum[2] ita inquiens: Accusator eius, si nunquam diebus causę dicendę defuerit, a communione non removeatur; restituto in communione accusato ipse removeatur a communione accusator.

DATA XV. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE XIII.

230.

Iohannes VIII. papa Athanasium episcopum Neapolitanum, Petrum episcopum et Pulcarim praefecturium Amalfitanos, episcopum Caietanum et Docibilem et Iohannem hypatos a paribus hortatur, ut tandem aliquando foedus ictum cum Saracenis usque ad d. 1. Decembris 879 dissolvant; Pulcarim praeterea ab infestatione Pandenulfi Capuani iudicis dehortatur. *(879 Sept.)*

Cod.: R f. 91' nn. 231. 232.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 457 n. 227. Mansi Conc. coll. XVII, 169 n. 227. Migne Patr. lat. CXXVI, 892 n. 273. — Jaffé Reg. 3309 (2520).

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO[3], PETRO EPISCOPO SEU PULCARI PREFECTORIO[4] AMALFITANO, EPISCOPO KAIETANO[5] SEU DECIBILI ET IOHANNI GLORIOSIS HYPATIS[6] A PARIBUS[7].

Pudet, ut ita dixerim, pontificium nostrum vos iam commonere super hoc, quod tam multotiens a nobis commoniti resipiscere noluistis et cum Deo odibilibus Saracenis

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

a) *add. supra lineam al. man. R.* b) pontanea *R.* c) *corr. ex* iam facto *R.* d) -ti- *add. supra lineam R.* e) -ti- *in ras. R.* f) pre- *corr. ex* patre *R.* g) quodquo quomodo *R.* h) *in ras. R.* i) -cusator *in ras. R.* k) -ensis *in ras. R.*

1) *Reg. Greg. I. lib. VI ep. 62 (ed. MG. Epp. I, 437), Jaffé Reg. 1446 (1078). — Contextus et hic cum codice r 1 registri Gregorii consonat, cf. n. 99, p. 92 annot. 1.* 2) *Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem Afric. (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 19, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 190.* 3) *Cf. nn. 167, 169, 172.* 4) *Cf. nn. 51, 52, 217.* 5) *De episcopo tunc residente nihil certi constat, cf. Federici 'Degli antichi duchi ec. di Gaeta (In Napoli 1791)' p. 115.* 6) *Cf. n. 39.* 7) *De abbreviata hac forma inscriptionis cf. NA. XXXVI, 103 annot. 4 et K. Zeumer, 'Par litterarum', NA. XXXV, 232—45.*

habitum pactum dissolvere hactenus contempsistis. Verum quia, quanta crudelitatum genera ac desolationum terre istius[a] [et][b] calamitatum nimis ex hoc mala lugenda provenerint atque proveniant, exaggerare[c 1] differimus, ne interim, quod dignum est, iudicare cogamur; adhuc obsecramus, adhuc sicut spiritales filios exhortamur et paternis visceribus vos amplecti conantes Dei et principum apostolorum Petri ac Pauli auctoritate pręcipimus, ut iamiamque disciplinam recipientes ab eisdem iniquis et ancillę filiis Sara- cf. Gal. 4, 22. 23.
cenis vos separetis et pactum cum eis habitum modis omnibus dissolvatis, si vel nostrę communionis vel ipsius Christianitatis vultis esse participes, in quos iam daremus ecclesiastici mucronis sententiam, nisi nos apostolica patientia retineret. Idcirco vobis indutias usque kalendas Decembrias[d] istius tertię decime indictionis[2] ad idem pactum cum Saracenis frangendum[e] largimur et tam vos quam Kaietanos atque Amalfitanos lucrari volentes, si usque ad[f] idem tempus omnem Saracenorum amicitiam necnon et omne fędus dissolvere solito contempseritis, utrosque sententię ecclesiasticę iaculis feriemus et perpetuo anathemati summittemus, ut, qui socii disciplinę esse non vultis, communionis quoque nostrę non sitis participes.

HOC ADDENDUM EST IN EPISTOLA AD PULCARIM[3]. Postremo nobilitatem tuam monemus, ut Pandenulfo iudici Capuano[4] in nullo molestus existas[5] et, quod nobis ipse devotus est, tu ei devotione et amicitia copulatus, in quo posse tibi fuerit, contra adversitates illius te murum opponas, quatenus patris illius, qui proprio genitore salvando cf. Ezech. 13, 5.
suffugit[g 6], reminiscens, pro utriusque amore, si de nobis tibi cure est, ipsius Pandenolfi profectibus potius hereas, quam obviare quoquomodo videaris[7].

231.

Iohannes VIII. papa Helmoinum episcopum Pennensem, quia ad synodum nuper (d. 15. Octobris) habitam non venerat, confestim Romam venire et de excommunicatione Oterami se purgare iubet. *879 Nov. 19.*

Cod.: R f. 92 n. 233.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 458 n. 228. Mansi Conc. coll. XVII, 170 n. 228. Migne Patr. lat. CXXVI, 890 n. 270. — Jaffé Reg. 3311 (2517). Kehr Italia pontificia IV, 284 n. 2.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ELMOINO EPISCOPO PENNENSI[8].

Secundum sacros venerabilium patrum canones[9] Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos pro ecclesiasticis dumtaxat necessitatibus atque utilitatibus ad eas, quas nuper statutis diebus celebravimus, synodos[10], missis ex more auctoritatis nostrę litteris fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decrevimus. Sed quia ceteris devote valde venientibus te minime venisse neque excusationem tuam in tractoria

230. a) *in ras. R.* b) *om. R.* c) ex hac gerare, h *del. R.* d) *corr. ex* Decembris *R.* e) fregendum *R.* f) *ras. post* ad *R.* g) suffigiit *R.*

1) *Cf. Simplicii pp. epist. ad Iohannem ep. Ravenn. (Dionysii Coll. contin. decr. Simplicii c. 1, ed. Migne LXVII, 321), Jaffé Reg. 583 (351).* 2) *I. e. d. 1. Decembris 879. Athanasius primum quidem papae monitis oboedivit, cf. n. 249, Amalfitani vero excommunicati sunt in synodo d. 15. Octobris habita, cf. n. 246.* 3) *De hac additione ex minuta, ut patet, in registrum descripta cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 10, NA. XXXVI, 108.* 4) *Cf. n. 176, 223.* 5) *De rebus Capuanis cf. nn. 222, 223.* 6) *Ad eandem rem sese referre videtur, de qua Erchempertus in Hist. Langob. c. 30 (ed. MG. SS. rer. Lang. p. 245) narrat:* Landolfus episcopus ..... Pandonolfum nepotem suum vice patris sui Pandonis comitem in Capuam constituit, qui vulneratus ex prelio, quo genitor occubuerat, semivivus evaserat. 7) *Haec ante conventum Traiectinum d. 1. Octobris (cf. nn. 213—17, 256, NA. XXXVI, 153 annot. 2), ubi papa causas Capuanorum diremit, scripta esse patet. Nostram igitur epistolam circiter ad m. Sept. ponere aptum videtur, cf. NA. XXXVI, 152 annot. 6.* 8) *Cf. n. 229, p. 203 annot. 6.* 9) *Cf. can. 5 Nicaen. conc. (ed. Mansi II, 670).* 10) *Scil. illam d. 15. Octobris (cf. nn. 228, 247, 248) et priorem d. 1. Maii celebratam (cf. nn. 163, 188, 204). Citationes vero Helmoini non exstant.*

regulari tenore conscriptam[1] nobis et sanctę synodo causa videlicet temeritatis et inobedientię, ut etiam[a] evidenter apparet, non direxisse comperimus: ne dilectionem tuam de hoc indiscussam prętcriisse videamur, hoc nostri apostolatus statuto iubemus eam infra octo dies Decembrii mensis sine aliqua mora vel ambiguitate ad nos debere venire nostrisque se obtutibus presentare[b]. Nam et Oteramus filius quondam[c] Corvini[2] cum aliis suis concivibus nostris apostolicis coram venerabili episcoporum cętu super te quęstus est auribus, quod, dum a te ipse impetitus ecclesiasticę se post pręstito sacramento[d] cum suis sacramentariis purgasset, tua eum fraternitas, sicut professus est, quasi periurum[e] excommunicaverit, regula canonica[3] pręcipiente, quod hanc episcopus[f] sibi cognitionem nullo modo debeat vindicare, Dominoque dicente ad Moysen, ad unius cf. Num. 35, 30. testimonium neminem condemnari oportere. Quod si ita est, quia temere illum excommunicare non debuisti, pręcipimus, ut cum de pręsenti absolvas tuęque communioni restituas, nam, si ausu improbo aliter feceris, nos quidem cum auctoritate apostolica procul dubio absolutum esse iubemus. Et si hanc iussionem nostram parvipendens temerario ausu pręsentię nostrę adesse contempseris, ecclesiastica te communione velut inobędientem esse noveris privandum, quousque pro tuis neglegentiis dignam veniens nobis satisfactionem humiliter feceris.

DATA XIII. KALENDAS DECEMBRIS.

232.

Iohannes VIII. papa Arpaldum episcopum Asculanum, quia ad synodum nuper (d. 15. Octobris) habitam non venerat, sine aliqua mora Romam venire et de clericorum eius reclamationibus respondere iubet. *879 Nov. 24.*

Cod.: *R f. 92' n. 234.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 458 n. 229. Mansi Conc. coll. XVII, 171 n. 229. Migne Patr. lat. CXXVI, 893 n. 274. — Jaffé Reg. 3312 (2521). Kehr Italia pontificia IV, 149 n. 3.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ARPALDO EPISCOPO ASCULANO[4].

Secundum[5] sacros venerabilium patrum canones Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos pro ecclesiasticis dumtaxat necessitatibus ad eas, quas nuper statutis diebus celebravimus, synodos missis ex more auctoritatis nostrę litteris[6] fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decrevimus. Sed quia ceteris devote valde venientibus te minime venisse, cum etiam et auditu didiceris[a] nos synodum celebrare, neque excusationem tuam regulari[b] tenore in tractoria conscriptam[c] nobis et sanctę synodo causa temeritatis et inobędientię tuę, ut evidenter apparet, non direxisse comperimus: ne dilectionem tuam de hoc indiscussam preterisse videamur, hoc nostrę auctoritatis statuto iubemus eam de presenti sine aliqua [mora][d] vel ambiguitate ad nos debere venire nostrisque se obtutibus pręsentare. Nam et clerici tuę nos ecclesię[e] adierunt reclamantes multa se a tua perpessos fraternitate innormiter adversa et contra

231. a) *corr. ex* et iam, -ti- *in ras. al. man. R.* b) presentari *R.* c) quo *corr. ex* quod, *postea del. R.* d) *corr. ex* ecclesiasticę se contentione post prestito sacramento se *al. man. R.* e) peiurum *R.* f) *corr. ex* hunc episcopum *R.*

232. a) *corr. ex* diceris *al. man. R.* b) regula *R.* c) conscripta *R.* d) *om. R.* e) *secundum* e *add. supra lineam R.*

1) *De tractoria cf. n. 188, p. 150 annot. 5.* 2) *Qui etiam in n. 229, p. 203 l. 27 laudatur.* 3) *Cf. Dionysii Cod. can. synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 132, 133 (ed. Migne LXVII, 223) = Conc. Carthag. VII a. 419 c. 5.* 4) *Hodie 'Ascoli Piceno'.* 5) *Cf. n. 231, verbotenus fere in prima parte cum nostra consonantem.* 6) *Quae non exstant.*

regulam ecclesiasticam iniuste fore oppressos, quorum videlicet obiectionibus coram nostro presulatu assistentem te oportet procul dubio respondere. Et ideo hac iussione nostra percepta occurrere studeas, antequam ecclesia tua maius scisma vel scandalum patiatur; quoniam, si venire iam modo contempseris, dignam excommunicationis a sede apostolica prolatam sustinebis omnino censuram.

DATA VIII.[a] KALENDAS DECEMBRIS.

233.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi gratias agit, quod consecrationi Gosperti in episcopum Vercellensem annuerit, Anspertum Mediolanensem, antequam ipse satisfacturus se praesentaverit, ab excommunicatione solvere renuit. *879 (Nov.)*

Cod.: R f. 93 n. 235.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 460 n. 231. Mansi Conc. coll. XVII, 172 n. 231. Migne Patr. lat. CXXVI, 894 n. 276. — Jaffé Reg. 3313 (2523).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO AC EXCELLENTISSIMO REGI.

Multiplices gratias vestrę referimus magnitudini[a], quia pro Bercellensi[b] episcopatu, [in][c] quo nos Cospertum una cum synodi decreto episcopum ordinavimus[1], nostram libenter perfecistis voluntatem. De cetero autem, hoc est Mediolanensi archiepiscopatu, o fili carissime, sicut nobis nunc mandasti[2], ut Anspertum archiepiscopum, quem in synodo pro nonnullis suis neglegentiis et presumptionibus iudicavimus[3], reconciliare minime[d] deberemus, quod quidem nos pro vestro amore alacri mente omnimodo perficeremus, si sententia damnationis, quam in eundem archiepiscopum protulimus, sub tenore aliquo non fuisset prolata. Dictum est enim tamdiu eum fore ab honore et ministerio sacerdotali[e] suspensum, donec auctore Deo suam specialem nobis ad satisfaciendum exhiberet presentiam. Et quia ecclesię[f] Dei privilegium nos decet immutilatum sollemniter conservare, ne in aliquo patrum terminos pręterire videamur, contra statuta maiorum agere nequimus. Unde benignitatis vestrę excellentiam[g] paterno affectu monemus, ut ob hoc, quod inreprehensibiliter agere non possumus, nullo modo turbemini, quoniam vestram in omnibus cupimus pro honore[h] perficere voluntatem.

DATA UT SUPRA.

234.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) regem, praeterito iam termino d. 1. Novembris, quem sibi prius litteris ad conveniendum cum eo Papiae indixerit, rogat, ut legatos denuo sibi dirigat ad colloquium statuendum. *879 (Nov.)*

Cod.: R f. 93 n. 236.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 459 n. 230. Mansi Conc. coll. XVII, 171 n. 230. Migne Patr. lat. CXXVI, 894 n. 275. — Jaffé Reg. 3314 (2522).

---

a) v *in ras. R.*

233. a) *corr. ex* magnitudinis *R.* b) Bercellensis *R.* c) *om. R.* d) *excidit* differre *vel simile quid, aut pro* deberemus *legendum est* differamus *R.* e) -o sa- *corr. ex* um *R.* f) -ę *corr. ex* a *R.* g) excellentię *R.* h) h *corr. ex* m *R.*

1) *In synodo Romana d. 15. Octobris celebrata (cf. nn. 228, 231, 232). De Gosperto cf. nn. 179, 194.* 2) *In litteris, quae non exstant; desunt ap. Mühlbacher Reg.² inter deperdita.* 3) *Cf. n. 228.*

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI.

Sicut nostro presulatui vestris iam olim regalibus direxistis apicibus [1], ut his kalendis Novembribus iam transactis vobis Papiam obviam[a] venire deberemus, quatenus communi simul tractatu ea, quę sanctę ecclesię Dei utilia sunt et regni stabilitati proficua, pariter considerassemus stabilitateque perpetua firmassemus, hoc quidem avida ex tunc perficere mente parati existimus[b]. Sed quia vos Italiam introisse [2] audimus, valde mirati sumus, quam ob rem vestrum nobis adventum per excellentię vestrę mellifluos[c] apices et idoneos legatos cognitum minime feceritis, nam paterno vos affectu diligentes speciali dumtaxat intuitu magnitudinem vestram cernere desideramus, filiorum karissimę. Nunc itaque, si omnino verum est [vos][d] iam Papiam venisse, volumus, ut eximios ex latere vestro nobis dirigatis legatos honorificas[e] sedi[f] apostolicę litteras deferentes, quibus videlicet perspectis ad vestram properare serenitatem communeque colloquium [3] iudubitanter valeamus, quia, cum Deo propitio vobiscum fuerimus coniuncti, omnia, quę ad[g] exaltationem sanctę sedis apostolicę matris vestrę et ad vestrum ac nostrum videntur pertinere honorem, Deo favente facile poterimus perficere. Pro quibus vobis et in hoc sęculo gloria multipliciter augeatur a Domino et in cęlesti postmodum regione merces perpetua procul dubio tribuatur.

DATA UT SUPRA.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT REGISTRO DOMNI[a] IOHANNIS PAPĘ DE INDICTIONE QUARTA DECIMA.[4]

235.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem ad synodum Romae d. 12. Octobris celebrandam cum suffraganeis venire iterum iubet. *879 Sept. 21.*

Cod.: R f. 93', n. 237.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 451 n. 219 [l. 220]. Mansi Conc. coll. XVII, 164 n. 220. Migne Patr. lat. CXXVI, 885 n. 264. — Jaffé Reg. 3292 (2511).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ ECCLESIĘ RAVENNATIS[5].

Sicut iam[b] olim vestrę pręcepimus reverentię [6], ut pro multis ecclesiarum Dei necessitatibus IIII. idus Octobris Romam venientes synodum pariter celebraremus, nunc[c] iterato his apostolatus nostri litteris fraternitati vestrę iubemus, ut omni mora vel occasione postposita ad denominatam[d] synodum [7], quam Deo auctore in prędicto tempore celebraturi erimus in ecclesia beati Petri principis apostolorum, cum suffraganeis tuis episcopis occurrere nullatenus prętermittatis, quia nos omnium ecclesiarum Dei utilitati et exaltationi, sicut oportet, pari consensu et decreto more pręcessorum nostrorum consulere[e] volumus. Et ideo vestram secundum sacros canones unanimitatem adesse[f]

---

234. a) v *corr. ex* b *R.* b) exhistimus *R.* c) o *corr. ex* a *R.* d) *om. R.* e) *corr. ex* honoficas *al. man. R.* f) sedis *R.* g) ed *R.*

235. a) DŌN *R.* b) *hucusque litteris uncialibus script. R.* c) c *add. supra lineam R.* d) *corr. ex* denomitam *al. man. R.* e) -lere *in ras. R.* f) addesse *R.*

1) *Quae non exstant, cf. n. 233, p. 207 annot. 2.* 2) *D. 26. Octobris 879, cf. Mühlbacher Reg.*[2] *1588 (1546) d.* 3) *Quod demum Ravennae mense Ianuario a. 880 evenit, cf. n. 224.* 4) *Haec superscriptio non suo loco in nostro apographo posita est, nam sequentes epistolae usque ad n. 259 omnes, ut videtur, ad XIII. indictionem adhuc pertinent, cf. NA. XXXVI, 103 annot. 2.* 5) *De quo cf. n. 226.* 6) *Cf. n. 228.* 7) *De qua d. 15. Octobris tandem collecta cf. nn. 230, 233—235.*

volumus, quatenus ecclesię Dei vigor Christo favente per synodalem censuram inlibatus permaneat. Quapropter, si in veniendo nunc aliquam moram vel neglegentiam admiseritis[a], scitote, quoniam canonica vos redarguemus censura. Optamus sanctitatem tuam.

DATA XI. KALENDAS OCTOBRIS, INDICTIONE XIII.

236.

Iohannes VIII. papa Paulo episcopo Reginensi mandat, ut ecclesiam (s. Mariae) in villa Carpana positam incendio crematam restauret. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 93' n. 238.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 460 n. 232. Mansi Conc. coll. XVII, 172 n. 232. Migne Patr. lat. CXXVI, 890 n. 271. — Jaffé Reg. 3293 (2518). Kehr Italia pontificia V, 366 n. 2.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO PAULO EPISCOPO SANCTĘ ECCLESIĘ REGIENSIS[a 1].

Dilectioni tuę venerandis[b] sanctorum patrum regulis edoctę mandamus atque his pręsulatus nostri litteris iubemus, ut ecclesiam Dei positam in villa[c] Carpana[2], iam nuper incendio crematam restaures atque in pristinum decorem et ordinem restituere nullatenus pretermittas atque sub proprii cura sacerdotis eam constituas[d], qui sedulas ibi[e] Domino laudes cotidie persolvat ac pro salute fidelium omnipotentem Dominum valeat exorare[f], sacrumque illic Deo propitio annuę chrisma mittere indesinenter procures, quod est totius Christianitatis salus et perfectio vera. Nam si forte aliter feceris, nos ex apostolica auctoritate alteri episcopo pręfatam ecclesiam ad restaurandum et canonice ordinandum procul dubio committemus.

DATA XIII.[g]

237.

Iohannes VIII. papa Iohanni Papiensi episcopo mandat, ut ecclesiam (s. Mariae) in villa Carpana positam restitui curet, quia Paulus Reginensis episcopus mandatum apostolicum contempserit. *879 (Oct.—Nov.)*[3]

Cod.: R f. 93' n. 239.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 461 n. 233. Mansi Conc. coll. XVII, 173 n. 233. Migne Patr. lat. CXXVI, 896 n. 279. — Jaffé Reg. 3295 (2526). Kehr Italia pontificia V, 404 n. 3.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO IOHANNI[a] EPISCOPO[b] TICINENSI[c 4] DILECTOQUE CONFRATRI.

Quia Paulus Regiensis ecclesię episcopus et canonicis ammonitus institutis et nostris apostolicis pręceptionibus[5] exhortatus, ut ecclesiam Dei positam in villa quę dicitur Carpana igne crematam restaurare ibique suum secundum ius ecclesiasticum omne[d] officium vel ministerium rite peragere debuisset, temere contempsit nostręque salubri pręceptioni obedire contempsit[e] nec debitum in hoc Deo nostro reddidisse videtur[f] cf. Act. 12, 23
honorem, pręcipientes igitur ex apostolica dilectioni tuę auctoritate iubemus, ut de presenti et absque omni protelatione ipsam ecclesiam restituas in pristinum decorem

a) miseritis *R.*

236. a) REGIEMSIS *R.* b) -an- *in ras. R.* c) *corr. ex* villam *R.* d) constitutas *R.* e) *corr. ex* qui se sedula sibi *al. man. R.* f) a *corr. ex* o *al. man. R.* g) *sic R. Legendum esse videtur* DATA [UT SUPRA, INDICTIONE] XIII. *Editiones praeter Romanam habent* DATA XIII. KALENDAS DECEMBRIS.

237. a) IOHANNEM *R.* b) EPISCOPUM *R.* c) TICINENSIS *R.* d) *corr. ex* omnem *R.* e) *sic R, e minuta, ut videtur, non correcta.* f) *corr. ex* videatur *R.*

1) *Hodie 'Reggio d'Emilia', cf. n. 147, p. 125 annot. 4.* 2) *'Carpi, prov. di Reggio', ubi ecclesia collegiata s. Mariae exstitit, cf. Kehr l. l.* 3) *Haec epistola aliquantum tempus post n. 236 scripta est, cf. NA. XXXVI, 153 annot. 4.* 4) *I. e. Papiensi, cf. supra nn. 144—146.* 5) *Cf. n. 236.*

et ordinem atque sub proprii[a] cura sacerdotis eam constituas, qui sedulas ibi[b] Domino laudes quotidie persolvat[c] ac pro salute fidelium omnipotentem Dominum valeat exorare, sacrumque illic Deo propitio annue chrisma mittere indesinenter procures, quod est totius Christianitatis salus et perfectio vera.

DATA UT SUPRA.

238.

Iohannes VIII. papa Egilberto episcopo praecipit, ne quam deinceps cum Liutfredo et Odelrico (comitibus) regulariter excommunicatis communionem habeat, donec Angilbergae imperatrici ablata reddiderint. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 94 n. 240.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 461 n. 234. Mansi Conc. coll. XVII, 173 n. 234. Migne Patr. lat. CXXVI, 897 n. 282. — Jaffé Reg. 3298 (2529). Kehr Italia pontificia V, 491 n. 8.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO EGILBERTO EPISCOPO[1].

cf. Eph. 4, 22. Beatissimi apostoli pręcepto iubemur deponere veterem hominem cum actibus suis et induere novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Propter quod dilectionem tuam audientes cum eis, qui a sede apostolica, in qua beatorum Petri ac Pauli semper auctoritas vivit, pro suis manifestis sceleribus excommunicati merito existunt, contra ius ecclesiasticum ante audientiam et veram in reddendo satisfactionem[a] communicare, non mediocri animi dolore turbati existimus, cum idem de 2. Thess. 3, 14. talibus cavendis doctor egregius dicat: 'Si quis non obędit verbo nostro, per epistolam hunc notate, ut non commisceamini cum eo'; hinc etiam et coapostolus[b] eius Iohannes 2. Io. 1, 10. 11. huiusmodi nec[c] Ave dicendum concedit, 'si quis', inquiens, 'venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo nec[d] Ave ei dicite. Qui enim dixerit ei Ave, communicat operibus illius malignis'; item beatus Clemens Iacobo fratri Domini scribens[2] ita de se apostolum Petrum populum ammonuisse commemorat: Si inimicus[e] est alicui pro[e] actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse. Quibus videlicet salubribus exemplis et canonicis etiam institutis edocti, ne simul cum eis pariter excommunicatus existas, ex apostolica tibi auctoritate iubemus, ut nullam deinceps cum Liutfredo[3] et Odelrico[4] a nobis regulariter excommunicatis vel in communi eloquio communionem habere pręsumas, si debitam in te non vis provenire sententiam, sane ut infra dies triginta post huius nostrę apostolicę epistolę denuntiationem reddant ipsi omnia eidem dilectę filię nostrę Angelbergę auguste, quę violenter ac fraudulenter auferre pręsumpserunt[5].

239.

Iohannes VIII. papa quibusdam comitibus (Italiae superioris) possessiones Angilbergae imperatricis tuendas commendat. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 94' n. 241.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 462 n. 235. Mansi Conc. coll. XVII, 174 n. 235. Migne Patr. lat. CXXVI, 898 n. 283. — Jaffé Reg. 3299 (2530). Kehr Italia pontificia V, 491 n. 9.

a) proprio *R.* b) *corr. ex* sedula sibi *R.* c) *corr. ex* persolvant *R.*

238. a) *corr. ex* satisfactio *al. man. R.* b) -s *in ras. R.* c) -c *in ras. R.* d) -c *in ras. R.* e) inimicus est A/T alicui clemens pro *R; nota* Ait Clemens *in registro, quod exscripsit noster, in margine posita inepte in contextum subintroducta est, cf. NA. XXXVI, 112.*

1) *Comensi, c. 873—79.* 2) *Ps.-Isidori Decr. ep. Clementis c. XVII (ed. Hinschius p. 36), Jaffé Reg. †10 (IX).* 3) *De quo cf. n. 173, p. 140 annot. 1.* 4) *Forte Odelricus comes de civitate Hastensi ('Asti'), de quo cf. Hofmeister in 'Mitth. d. Inst. f. oest. Geschichtsforsch. Erg.-Bd. VII', 376, 431.* 5) *De similibus causis iam in epp. nn. 43, 82, 181 agitur.*

NOBILISSIMIS VIRIS AC DILECTIS FILIIS EGIFREDO, SUPPONI, ERIPALDO, BERARDO BONIFATII FILIO ET COTEFREDO GLORIOSIS COMITIBUS[1].

Scientes profecto ea, que[a] sagacitati vestrę committimus, vos pro amore Dei et sanctorum principum [apostolorum][b] reverentia nostraque dilectione pio mentis affectu perficere, ideo pro parte dilectissimę ac spiritalis filię nostrę Angelberge augustę[2] his apostolatus nostri litteris gloriam vestram magnopere depręcamur, ut omnium rerum ipsius ubicumque consistentium curam et sollicitudinem maximam habeatis, quatenus vestro prudenti consilio ingentique solacio eius omnia salva et indiminuta, secura et defensa consistant, ita sane ut nulli easdem res invadere ac depredare sinatis; quia et nos eum, qui facere vel favere[c] facienti pręsumpserit, spiritali procul dubio gladio feriemus[d], quatenus ex hoc et nos secundum collatum nobis divinitus apostolicum magisterium dignas atque multiplices nobilitati[e] vestrę gratias habeamus benedicentes vobis omni benedictione spiritali in Christo Iesu domino nostro et vestrę fidei laudabilis rumor per ora fidelium semper ubique resonet ad augmentum[f] vestrę perpetuę remunerationis[g]. cf. Eph. 1, 3.

DATA UT SUPRA.

240.

Iohannes VIII. papa Theotmarum archiepiscopum (Salisburgensem) monet, ut ex parte Karolomanni regis Romam tandem properet. *879 (Oct.)*[3]

Cod.: R f. 94' n. 242.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 462 n. 236. Mansi Conc. coll. XVII, 174 n. 236. Migne Patr. lat. CXXVI, 896 n. 280. — Jaffé Reg. 3296 (2527).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO TEUTMARO ARCHIEPISCOPO[4] DILECTO CONFRATRI NOSTRO.

Sicut nobis dilectus ac spiritalis filius noster Karolomannus[a] gloriosus rex suis regiis direxit apicibus[5], ut vos ad nostram apostolicam venire debuissetis[b] pręsentiam, vestrum cotidie[c] prestolantes adventum miramur, cur tantum moremini. Nos enim almitatis et prudentię vestrę favore[d] repleti fraternitatem vestram pio cupimus iam contemplari[e] intuitu. Unde his nostris apostolicis litteris vos monemus et exhortamur[f], ut libenti ad nos animo properare omnimodis studeatis, quatenus una vobiscum[g] ea, quę sanctę Dei ecclesię utilia sunt, prout necesse fuerit, pariter ordinare valeamus.

DATA UT SUPRA.

---

239. a) eaq; *R.* b) *om. R.* c) v *corr. ex* b *R.* d) *corr. ex* ferimus *R.* e) b *corr. ex* u *R.* f) *corr. ex* agmentum *R.* g) -rationis *in ras. R.*

240. a) Karolomanno *R.* b) *primum* i *corr. ex* e *R.* c) d *add. supra* -ot- *R.* d) v *corr. ex* b *R.* e) contempplari *R.* f) exortamur *R.* g) nobiscum *R.*

1) *E quibus nonnisi de Berardo alias habemus notitias. Haud dubie enim ad familiam comitum Lucensium, qui postea marchiones Tusciae extiterunt, pertinet, filius nempe Bonifacii II. comitis († 884), cf. Dümmler l. l. III², 208 annot. 1, Hofmeister 'Mitth. d. Inst.' l. l. p. 290. — Suppo fortasse filius est Supponis (II.) consanguinei Angilbergae imperatricis (cf. n. 116) et idem ac Suppo comes Taurini, qui in documentis a. 880. 881 occurrit, cf. Dümmler l. l. III², 21 annot. 1 (cf. etiam n. 297), non quidem ipse ille Suppo II., ut habet Malaguzzi Valeri 'J Supponidi' p. 12, nam istum a. 879 iam mortuum fuisse ex n. 212 (cf. p. 191 annot. 3) patet.* 2) *Cf. n. 238.* 3) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. NA. XXXVI, 153 annot. 5.* 4) *Salisburgensi; de quo cf. nn. 64, 65.* 5) *Quae non exstant. De eadem Theotmari legatione iam in ep. n. 186 agi videtur, cf. p. 149 annot. 2.*

241.

Iohannes VIII. papa Antonium Brixiensem episcopum et Berengarium comitem (Foroiuliensem marchionem) certiores facit Liutfredum comitem propter raptum Gerlindis sanctimonialis de monasterio Placentino (s. Sisti) perpetratum excommunicatum esse. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 94' n. 243.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 463 n. 237. Mansi Conc. coll. XVII, 175 n. 237. Migne Patr. lat. CXXVI, 896 n. 281. — Jaffé Reg. 3297 (2528).

REVERENTISSIMO ANTONIO EPISCOPO BRIXIENSI[1] ET NOBILISSIMO VIRO DILECTOQUE FILIO BERENGARIO GLORIOSO COMITI[2].

Quia dilectus ac spiritalis filius noster Karolomannus gloriosus rex suis regalibus litteris[3] et missorum nostrorum verbo nostro pręsulatui pio mentis affectu commisit, ut nos curam huius Italici regni haberemus[4], tam pro divinitus nobis commissa pastorali cf. 2.Cor. 11, 28. sollicitudine omnium Christi ovium, quam etiam pro pręfati regis vice cura concessa, illa, quę contra Deum et iura legis alicubi cognoscimus pręsumptiose commissa, omni volumus conamine compescere et unam ovem morbidam gladio percutere spiritali, ut ad salutem quoquomodo anima vulnerata perveniat[a], antequam totus grex unius contagione maculetur. Audientes igitur veraciterque scientes Liutfredum comitem suscepisse quandam sanctimonialem nomine Gerlindim de Placentino monasterio fuga lapsam[b] et post nostram super hac causa ammonitionem salubremque prohibitionem[5] eam detinuisse[c] atque cum propria uxore suisque illi pariter communicasse, nobilitati vestrę paterna dumtaxat dilectione mandamus, ut tam[d] pro eadem sanctimoniali[e], quam latenter recepit et hactenus contra nostrum ei reddere distulit interdictum, [quam] facultatibus dilectę filię nostrę Angelberge augustę, cui debitam omnino debuit fidem conservare, quamque etiam[e], quia cortes ipsius sub nostra apostolica tuitione ac defensione perenniter susceptas depredare temere pręsumpsit, nos eum a communione fidelium sequestramus, ita scilicet ut, si infra Italicum regnum consistit, intra dies triginta habeat omnia sub vera satisfactione reddita, quę violenter abstulit, et si extra regnum Italicum esse videtur, infra dies sexaginta, ac deinde, si hęc omnia parvipendens[f] in sua pertinacia manere nichilque studuerit emendare, anathematis vinculo sit innodatus, donec ad nostram apostolicam pręsentiam venerit et pro illicitis his omnibus veram coram nobis satisfactionem facere studuerit. Idcirco volumus, ut nullatenus ei communicetis, si nostro apostolico vultis ut dilecti filii consortio frui.

DATA UT SUPRA.

242.

Iohannes VIII. papa Cuniperto comiti sub poena excommunicationis praecipit, ut res Angilbergae imperatricis nequiter abstractas restituat. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 95 n. 244.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 463 n. 238. Mansi Conc. coll. XVII, 175 n. 238. Migne Patr. lat. CXXVI, 898 n. 284. — Jaffé Reg. 3300 (2531).

---

241. a) t *add. al. man. R.* b) *corr. ex* lapsa *al. man. R.* c) detenuisse *R.* d) etiam *R.* e) sanctimoniali quam facultatibus dilectę filię nostrę Angelberge augustę cui debitam omnino debuit fidem conservare latenter recepit et hactenus contra nostrum ei reddere distulit interdictum quamque etiam *R; verba* latenter — interdictum *in minuta in margine, ut videtur, posita falso loco a registratore inserta sunt.* f) parviper|endes *corr. in* -dens *al. man. R.*

1) *Hodie 'Brescia', cf. n. 55, p. 50 annot. 3.* 2) *De quo cf. nn. 74, 122.* 3) *Quae non exstant eaedem forte, quarum meminit ep. n. 240.* 4) *Cf. Mühlbacher Reg.² 1547 (1505) a et 'Verlorene Urk.' n. 231. Quod minime fide dignum esse recte censet Dümmler l. l. III², 104.* 5) *Cf. n. 173.*

CUNIBERTO GLORIOSO COMITI[1].

Veraci relatione comperimus te res sancti Petri apostoli, quas spiritali filię nostrę Angelberge augustę concessas habemus, cum aliis eiusdem filię nostrę proprietatibus[a] contra legem invadere ac retinere[2], et ob hoc tu ipse admonitus ab invasione illa non te subtraxeris, quin potius hactenus in hac eadem pravitate persistere nequaquam omiseris. Idcirco tibi pręcipimus, ut omni occasione postposita te compescens easdem res omnino relinquas et te sive tuos ab ipsis removeas, quatenus eidem filię nostrę liceat omnes illas suo dominio vindicare atque disponere et, ut ei[b] libitum[b] fuerit, sub nostro speciali mundeburdio[c] retinere. Alioquin noveris te apostolica nostra auctoritate sancta communione privatum et, quousque sub congrua satisfactione, quę alterius[d] sunt, restituas, a Christianorum consortio separatum.

DATA UT SUPRA.

243.

Iohannes VIII. papa Gisulfo abbati s. Christinae committit curam monasterii Placentini (s. Sisti) Angilbergae imperatricis. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 95' n. 245.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 464 n. 239. Mansi Conc. coll. XVII, 176 n. 239. Migne Patr. lat. CXXVI, 899 n. 285. — Jaffé Reg. 3301 (2532).

GISULFO VENERABILI ABBATI MONASTERII SANCTĘ CRISTINĘ[3].

Auctoritate[a] sancte sedis apostolicę tuę reverentie committimus, ut curam perspicuam et sollicitudinem habeas monasterii dilectę filię nostrę Angilberge[b] augustę siti in civitate Placentiam sicuti idoneus Christi minister et gregis Domini provisor eximius, quatenus secundum regulam sancti Benedicti iure abbatis, quę ordinanda vel disponenda sunt, disponas et ordines et, quę corrigenda perspexeris, subtili dumtaxat indagatione, ut Domino placeas, ex nostra auctoritate corrigere procures[c].

DATA UT SUPRA.

244.

Iohannes VIII. papa Notingo Novariensi episcopo sub poena excommunicationis praecipit, ut res Angilbergae imperatricis iniuste detentas dimittat. *879 Oct. 19.*

Cod.: R f. 95' n. 246.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 455 n. 224. Mansi Conc. coll. XVII, 167 n. 224. Migne Patr. lat. CXXVI, 889 n. 268. — Jaffé Reg. 3302 (2515).

NOTINGO NOVARIENSI EPISCOPO[4].

Audivimus te res spiritalis filię nostrę Angelberge augustę iniuste tenere, quas volumus et apostolica auctoritate pręcipimus, ut eas continuo reddere studeas et, quod tibi retinere debere nulla lege conceditur, sub omni celeritate dimittas, ut ei, cui per-

---

242. a) propietatibus *R.* b) elibitum *R.* c) -bu- *in ras. R.* d) *corr. ex* alteris *R.*

243. a) auctoritates *R.* b) *corr. ex* Angilberga *R.* c) c *add. supra lineam R.*

1) *Idem videtur esse ac ille in n. 81 nominatus, sed de cetero ignotus.* 2) *Cf. epistolas praecedentes, de iniuriis Angilbergae imperatricis similiter agentes.* 3) *Famosum illud monasterium s. Christinae in curte Olonna prope Mediolanum hic indicari quasi certum est; sed privilegia Karolinorum alium annis 879 sq. nominant abbatem, Trasoaldum, cf. Mühlbacher Reg.[2] 1540. 1599. 1718.* 4) *877—81.*

tinere videtur, his perfrui modis omnibus liceat. Nam si continuo prȩfatas res non reddideris, monemus et apostolica auctoritate prȩcipimus, ut intra spatium duorum mensuum Romam ad reddendam[a] pro his rationem occurras et coram nobis congruam satisfactionem exhibeas; alioquin tamdiu excommunicatus existas, quamdiu huic nostrȩ commonitioni obtemperans hȩc, quȩ statuimus, adimplere procures.

DATA XIIII. KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE XIII.

245.

Iohannes VIII. papa Gregorio spathario, Theophylacto turmarchae, Diogeni comiti gratulatur ob victoriam a Saracenis apud Neapolim reportatam; ut Romam cum dromonibus veniant, petit. *879.*

Cod.: R f. 95' n. 247.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 464 n. 240. Mansi Conc. coll. XVII, 176 n. 240. Migne Patr. lat. CXXVI, 899 n. 286. — Jaffé Reg. 3303 (2533).

DILECTIS VIRIS GREGORIO SPATARIO[1] THEOPHILACTO TURMARCHO[a] ATQUE DIOGENI COMITI, IMPERIALIBUS.

Audientes vos per Dei auxilium et secundum spiritalis filii nostri imperatoris voluntatem Neapolim venisse ac multitudinem Saracenorum ibi consistentem potenti brachio superasse[2], lȩti sumus effecti et statim debitas omnipotenti Domino gratias egimus super victoria vestra et inimicorum contritione. Sed iterum mirati sumus, quia Romam venire nostramque apostolicam neglexistis videre presentiam, ut pro vestri laboris certamine multiplicem gratiam et benedictionem a nobis et sede apostolica super vos reciperetis effusam, quatenus sanctorum apostolorum Petri et Pauli orationibus adiuti omnique spiritali benedictione muniti contra eosdem perditionis filios victrici semper dextera valeretis efficaciter dimicare. Quod tamen ut salubriter facere possitis, ut terraque marique de inimicis et infidelibus victores feliciter existatis[b], ideo mandamus vobis, ut cum aliquantis dromonibus pro honore iamdicti spiritalis filii nostri augusti has nostras in partes iterum venire omnimodis satagatis[3], quatenus contra eosdem nefandos Agarenos congruum nobis adiutorium prebere possitis, ut ex hoc laus et merces imperatori adcrescat et a nobis dignas retributiones sine dubio recipiatis. Quapropter monemus et hortamur vos, ut nostris monitis libenti animo adtendatis et, quicquid acturi[c] estis, per vos velociter agnoscamus.

cf. 2. Thess. 2, 3.

DATA UT SUPRA.

246.

Iohannes VIII. papa Petrum episcopum et Pulcarim praefecturium Amalfitanos ab ecclesiae societate separat, quia pactum cum Saracenis ictum saepius moniti non ruperint. *879 Oct. 24.*

Cod.: R f. 96 n. 248.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 455 n. 225. Mansi Conc. coll. XVII, 167 n. 225. Migne Patr. lat. CXXVI, 889 n. 269. — Jaffé Reg. 3304 (2516).

---

a) a *corr. ex* u *R.*

245. a) TURMACHO *R.* b) et *del. post* existatis *R.* c) aucturi *R.*

1) *De quo cf. nn. 47, 177, 185.* 2) *Cf. n. 263, ubi de eadem victoria agi videtur; alias de hac victoria et de tempore eius notitias non habemus.* 3) *De dromonibus sibi missis gratias agit in n. 259.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO PETRO EPISCOPO SEU PULCARI PREFECTORIO ATQUE UNIVERSO POPULO AMALFITANO[1].

Notum esse volumus dilectioni et unanimitati[a] vestrę, quia contra divina statuta et nostra apostolica[b] monita, quibus vos frequenter[c] monuimus et ex auctoritate[d] Dei et sanctorum apostolorum Petri ac Pauli precepimus, ut nullum[e] cum impia[f] Sarracenorum gente[g] pactum habuissetis[h] habitumque[i] omnimodo rumperetis[k], in tali scelere et in consortio inimicorum Dei manere[l] non formidatis, virtute sancti Spiritus[m] et auctoritate sancti Petri, cui ligandi et solvendi in cęlo et in terra a Domino est concessa cf. Matth. 16, 19. potestas, omni sacra communione, sancto videlicet corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi, vos una cum totius apostolicę sedis consensu[n] privavimus[o] et ab ecclesie[p] Dei societate separavimus[2], ut in eadem excommunicatione[q] maneatis[r], donec resipiscentes ab impia vos paganorum preda[s] separetis[t], et, nisi puro corde et devota voluntate citius fueritis conversi ad gremium sanctę matris vestrę Romanę ecclesię, maioris damnationis sententia vos procul dubio feriemus. Vestram denique[u] nos[v] salutem quęrimus, vestras cupimus in conspectu Domini animas apostolica benignitate salvare et quasi oves Dominicas ad pascua salutis eternę desideramus perducere[w], si tamen bonis[x] operibus[y] dediti nostra solacia voluntate iussione et ammonitione[z] studueritis perficere et in tali[a] placito nequitię[b] contempseritis manere. Optamus vos in Christo bene valere.

DIE VICESIMA IIII. MENSIS OCTOBRIS, INDICTIONE XIII.

247.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi nuntiat se Anspertum archiepiscopum in synodo nuper (d. 15. Octobris) habita excommunicasse et episcopum, quem ille in Vercellensi ecclesia ordinaverit (Iosephum) deposuisse, Gospertum vero a Karolomanno rege petitum consecrasse, quem tuendum ei commendat. *879 (Oct. ex.—Nov. in.)*

Cod.: R f. 96' n. 249.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 452 n. 221 [l. 222]. Mansi Conc. coll. XVII, 165 n. 222. Migne Patr. lat. CXXVI, 887 n. 266. — Jaffé Reg. 3305 (2513).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Regię magnitudini vestrę notum esse volumus, fili karissime, quia Anspertum Mediolanensem archiepiscopum in prima quidem synodo in ecclesia beati Petri apostoli habita pro suis evidentissimis neglegentiis et pręsumptionibus una cum reverentissimo episcoporum cętu regulariter excommunicavimus[4]. Sed mentem suam in superbiam erigens non solum pro perpetratis veniam humiliter non[a] quęsivit, verum etiam ante

246. a) -ti *corr. ex* -te *al. man. R.* b) apistolica, a *in ras. al. man. (corr. ex* epistolica?*) R.* c) sequenter *R.* d) -uc- *in ras. R.* e) -um *in ras. R.* f) *corr. ex* impiam *R.* g) *corr. ex* gentem *R.* h) abuissetis, -uis- *in ras. al. man. R.* i) b *corr. ex* u, h- *add. al. man. R.* k) *corr. ex* rumperitis *R.* l) -ere *in ras. al. man. R.* m) *primum* s *in ras. R.* n) *corr. ex* consensum *R.* o) privabimus *R.* p) eccła *R.* q) *corr. ex* excommunicationem *R.* r) *corr. ex* manentis *R.* s) -a *in ras. R.* t) *corr. ex* separatus *R.* u) -ni- *add. supra lineam R.* v) *corr. ex* non *R.* w) -du- *in ras. R.* x) b *corr. ex* u *R.* y) p *et* -bus *in ras. R.* z) *corr. ex* ammonitiones *R.* a) *corr. ex* talia *R.* b) *corr. ex* nequitia *R.*

247. a) *add. supra lineam al. man. R.*

1) *Cf. n. 230.* 2) *Quam sententiam in synodo d. 15. Octobris (cf. nn. 228, 247, 248) latam esse verisimile est.* 3) *III., qui d. 26. Octobris Italiam intraverat regnum Karolomanni fratris infirmi occupaturus, cf. Mühlbacher Reg.² 1588 (1546)d. Haec igitur epistola scripta est, cum papa hac de re certior factus esset, et post illas nn. 240, 241, 248 est collocanda, in quibus papa Karolomannum adhuc pro rege habet, cf. NA. XXXVI, 153 annot. 5, 6.* 4) *Scil. in priori duarum synodorum canonice quotannis celebrandarum (cf. can. apost. XXXVIII (XXXVI), ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 812), videlicet d. 1. Mai. a. 879, cf. n. 188.*

audientiam et nostram apostolicam absolutionem sacrum pręsumpsit ministerium celebrare atque contra sacros canones[1] contraque regiam[2] et nostram apostolicam voluntatem episcopum[3] in Bercellensi ecclesia[a] innormiter consecrare presumpsit. Pro quibus videlicet tantę temeritatis pręsumptionibus et ipsum Anspertum dudum archiepiscopum in ea, quę nuper acta est, synodo[4] omni episcopali[b] honore privavimus et eum, quem illicite ordinavit, episcopum decrevimus synodali iudicio depositum esse ab ordine episcopatus, intuitu tamen misericordię in pristinum, quo erat antea, gradum reverti. Porro nos secundum voluntatem et petitionem dilecti filii nostri Karolimanni gloriosi regis[5] hunc Cospertum[c] reverentissimum, de quo iam olim vobis per vestrum fidelem missum innotuimus[6], in eadem Bercellensi ecclesia[d] consentientibus omnibus comprovincialibus episcopis antistitem consecravimus, quem petimus obnixe, ut pro amore Dei et sancti Petri ac nostro vestrę potentię brachio tueamini et, prout ei opus fuerit, dignum semper in omnibus prebeatis solacium. Regalem excellentiam vestram Dominus conservet incolumem[e], carissime fili.

DATA UT SUPRA.

248.

Iohannes VIII. papa Vercellensibus notum facit se Anspertum Mediolanensem archiepiscopum in synodo (d. 15. Octobris) habita excommunicasse una cum Iosepho Vercellensi intruso, cuius scripturas nullam firmitatem habere iubet; Gospertum a Karolomanno rege iam expetitum, a se consecratum episcopum eis statuit. *879 (Oct.)*

Cod.: R f. 96 n. 250.
Edd.: Editio Romana (1591) III, 453 n. 223. Mansi Conc. coll. XVII, 166 n. 223. Migne Patr. lat. CXXVI, 887 n. 267. — Jaffé Reg. 3306 (2514).

OMNIBUS PRESBYTERIS DIACONIBUS SUBDIACONIBUS ET OMNI CLERO AC PRIMATIS OMNIQUE POPULO BERCELLENSI[7].

His nostris apostolicis litteris vobis cognitum facimus, quia Anspertum dudum archiepiscopum Mediolanensem pro suis multis pręsumptionibus et neglegentiis iam olim una cum sancta synodo sacra communione privavimus. Sed ipse contra canonica statuta[8] et contra nostrum apostolicum sinodicumque iudicium agens ante audientiam et absolutionem ministerium sacrum agere atque adhuc excommunicatus in hac Bercellensi ecclesia vestra quendam virum Ioseph nomine, ut audivimus[a], contra regiam et nostram apostolicam voluntatem episcopum ordinare temere presumpsit. Ideo et eundem archi-
cf. Io. 10, 1. episcopum et hunc ipsum Ioseph invasorem ac presumptorem, non intrantem per ostium[b], sed aliunde, quasi furem ingredientem in ovile[c] Dominicum virtute sancti Spiritus et auctoritate beatorum[d] Petri ac Pauli, apostolorum principum, nostroque apostolico iudicio una cum synodali cętu reverentissimorum episcoporum omni episcopali honore decrevimus esse privatos et alienos. Tamen intuitu misericordię decreto synodali statuimus iamfatum Ioseph, invasorem ecclesię vestrę de ordine episcopali deiectum, in gradum et ordinem, quo prius extitit, omnimodo reverti; nam cum prędictus Anspertus dudum Mediolanensis archiepiscopus esset regulariter excommunicatus, aliquam vel minimorum in ecclesia Dei consecrationem graduum facere nullo modo potuit, quia[9], quod non habuit,

a) ecclę *R.* b) epicli *R.* c) aspertum *R.* d) -cellensi ecla *in ras. R.* e) incolumen *R.*
248. a) auduimus *R.* b) hostium *R.* c) in o- *in ras. al. man. R.* d) apostolorum *add. R.*

1) *Cf. n. 228, p. 202 annot. 6.* 2) *Cf. ibid. annot. 8.* 3) *Iosephum, cf. n. 248.* 4) *Scil. d. 15. Octobris celebrata, cf. n. 228.* 5) *Cf. nn. 179, 194; sed papa potius a rege Gospertum in episcopum expetierat.* 6) *Scil. vivo ore; nam ep. n. 233, qua papa gratias regi de assensu agit, post nostram collocanda est.* 7) *Cf. nn. 228, 247.* 8) *Cf. p. 202 annot. 6.* 9) *Cf. Innocentii I. epist. ad episc. Macedoniae (Dionysii Coll. decr. Innocentii c. 53, ed. Migne LXVII, 259), Jaffé Reg. 303 (100).*

dare profecto nequivit. Quapropter omnium vestrum cognoscat sagacitas et laudanda fidelitas, quoniam dilectus ac spiritalis filius noster Karolomannus gloriosus rex istius Italici regni[1] ipsum Bercellensem episcopatum more precessorum suorum regum et imperatorum concessit huic Cosperto viro nobilissimo pręsentibus missis nostris nostramque apostolicam clementiam suis est litteris[2] deprecatus, ut[a] eum vobis episcopum consecrassemus. Nos autem eius pręcibus inclinati, nolentes vos diu sine proprii ac legitimi esse cura pastoris[b], hunc ipsum sanctę Bercellensi ecclesię vestrę apostolica dumtaxat auctoritate episcopum consecravimus dedimusque vobis pro invasore illo istum pastorem, pro mercennario ignavo providum satis rectorem, qui scilicet vos nostris[c] cf. Io. 10, 12. apostolicis doctrinis ammonitus quasi populum Domini sibi commissum more veri[d] pastoris pabulo vitę perpetuęque salutis pascere atque in virga ęquitatis et mansuetudinis regere vigilanti semper cura et sollicitudine sollerter procuret. Quem itaque vos omnes uno voto et pio affectu quasi patrem et rectorem animarum vestrarum utpote carissimi filii ut recipiatis, pręsenti statuto nostro iubemus, et abiecto ac reprobato[e] supradicto invasore hunc, quem ordinavimus vobis, habetote episcopum. Nam magna vos laude dignos fore videmini, quod de beati Petri apostoli consecratione[f] meruistis habere antistitem, et[g] hoc in augmentum honoris ecclesię Bercellensis sine dubio proveniet, si vos devota mente nostris obtemperatis pręceptis; nos enim vestram cupientes salutem ideo monemus, ut mente et corpore salvi esse possitis. Iubemus etiam[h] omnes scripturas vel dationes cuiuscumque tenoris, quas fecit de plebibus casalibus et villis ipsius ecclesię Bercellensis nullam habere firmitatem, sed omnia quę fecit esse iudicamus vacua et inania, quia legitimus[i] ipse non fuit episcopus et ideo quippiam dare non potuit. Eum vero, qui ex his quę fecit aliquid firmum esse dixerit, Ananię et Saphirę anathemate cf. Act. 5. feriendum fore censemus; nam si cuiuslibet consilio vel hortatu aliter facere et non de pręsenti ipsum invasorem abicere studueritis atque hunc, quem nos consecravimus vobis, alacri cum voluntate non receperitis, omni ecclesiastica vos communione privabimus dignoque anathemate feriemus.

DATA UT SUPRA.

249.

Iohannes VIII. papa Athanasio episcopo Neapolitano gratias agit propter ruptum foedus cum Saracenis; Amalfitanos, nisi id ipsum fecerint, excommunicandos per Dominicum episcopum (Triventinum), legatum suum, nuntiat. *879 (Dec.)*

Cod.: *R f. 97' n. 251.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 465 n. 241. Mansi Conc. coll. XVII, 177 n. 241. Migne Patr. lat. CXXVI, 900 n. 287. — Jaffé Reg. 3307 (2534).*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ATHANASIO EPISCOPO SANCTE[a] NEAPOLITANE ECCLESIĘ.

Sanctitatis vestrę devotionem semper in omnibus circa sedem apostolicam et nostram paternitatem sinceram atque preclaram esse cognovimus, quod etiam et presentis legationis vestrę tenore inspecto nobis est luce clarius manifestum. Quam ob rem his apostolatus nostri litteris multiplices almitati vestrę gratias agimus paterno vos

a) *in ras. al. man. R.* b) -is *in ras. R.* c) nostris vos *R.* d) *in ras. R.* e) b *corr. ex* u *R.* f) s *corr. ex* c *R.* g) in *post* et *del. R.* h) -ti- *in ras. R.* i) -ti- *add. supra lineam al. man. R.*

249. a) ̄ϛ *add. supra lineam nigro atramento al. man. R.*

1) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 153 annot. 5 et supra p. 215 annot. 3.* 2) *Quae non exstant; sed desunt ap. Mühlbacher Reg.² inter deperdita. — Immo papa primus fuit, qui Gospertum a Karolomanno expetivit, cf. n. 247, p. 216 annot. 5.*

affectu[a] monentes, ut iuxta indultum vobis officium in his, quę Dei sunt et ecclesię Christi utilia, toto conamine desudare non desinatis, ac, sicut nobis per legatos vestros mandastis[1], quod, sive ruperint[b] Amalfitani pactum cum Saracenis sive non, vos omnino frangatis, volumus, ut indesinenter id agere studeatis. Nam et missum nostrum, Dominicum videlicet venerabilem episcopum[2], illuc direximus eos admonentes, ut patienter nostram in hoc perficiant voluntatem, quod, si ipsi nostram in hoc fuerint voluntatem[c] secuti, habeamus eos complices et amicos, sin autem velut exteros inimicos non solum visibili set etiam invisibili gladio pariter persequamur, ut et a nobis et ab omnibus Christianis perpetuo digni odio habeantur. Nam et per prefatum missum nostrum Dominicum episcopum eos obaudire nolentes presentaliter excommunicari[d] precepimus ac postmodum nos ipsi digno anathemate feriemus[3]. Vos igitur estote nobiscum et pactum iniquum corrumpite, quia et nos vobiscum in omnibus erimus et, quod iam dare promisimus[e][4], auxiliante Domino annis singulis[f] vobis procul dubio[g] tribuemus; quia, si vos fędus cum Saracenis non habueritis, nil Domino iuvante de Amalfitanorum perfidia curabimus, quos videlicet gladio poterimus spiritali persequi et facile humiliare. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere[h].

250.

Iohannes VIII. papa Petrum episcopum et Pulcarim praefecturium et populum Amalfitanum hortatur, ut a foedere Saracenorum tandem recedant, annuam pecuniam et insuper donum 1000 mancusorum eis promittit, alioquin eis anathema et mercatus impedimenta minatur. *879 (Dec.)*[5]

Cod.: R f. 98 n. 252.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 466 n. 242. Mansi Conc. coll. XVII, 177 n. 242. Migne Patr. lat. CXXVI, 901 n. 288. — Jaffé Reg. 3308 (2535).

REVERENTISSIMO PETRO EPISCOPO SEU PULCARI PREFECTORIO ET OMNIBUS SACERDOTIBUS AC CLERICIS ATQUE UNIVERSO POPULO AMALFITANE CIVITATIS[6].

Multa vobis bona facere alacrique mente tribuere sępe promisimus decertantes, ut pactum, quod cum impia[a] Saracenorum gente habetis, omnimodis rumperetis, ne ex consortio gentis malignę ecclesia Dei per vos sic crudeliter affligeretur et animabus vestris non solum temporale exinde discrimen, sed etiam eternum adquireretis supplicium[b]. Nunc autem vos quasi filios dilectos corpore et spiritu salvare volentes his apostolatus nostri litteris monemus et hortamur[c] unanimitatem vestram, ut relicta nunc penitus Saracenorum societate corruptoque federe, quod cum eis ad perditionem animarum vestrarum et terrę sancti Petri habetis, alacri mente piaque devotione iam modo ad gremium sanctę catholicę et apostolicę ecclesię matris vestrę revertamini et ad societatem et communionem nostram redire studeatis. Et dabimus vobis nunc et per singulos annos, sicut inter nos statutum[d] fuit[7], decem milia[e] mancosorum argenti et isto presenti anno

a) affectum *R.* b) *corr. ex* ruperit *R.* c) voluntate *R.* d) excommunicare *R.* e) promissimus *R.* f) *corr. ex* anni singuli *al. man. R.* g) -o *add. supra lineam R.* h) r *corr. ex* t *R.*

250. a) *corr. ex* impii *al. man. R.* b) *corr. ex* supplicum *R.* c) -mur *corr. ex* -mus *R.* d) statum *R.* e) decemilia *R.*

1) *Responsum ferentes ad epistolam dehortatoriam n. 230, in qua cum terminus ad d. 1. Decembris indicetur, hanc et sequentem epistolam non ante m. Decembrem scriptam esse recte censet Levi l. l. p. 184, cf. NA. XXXVI, 154 annot. 1. Quae continebant litterae Athanasii, papa in ep. n. 279 repetit.* 2) *Triventinum, cf. supra n. 213, p. 191 annot. 11.* 3) *Quod primum iam factum est in synodo d. 15. Octobris habita, cf. nn. 246, 250.* 4) *Annua pensio Neapolitanis promissa laudatur in n. 77, p. 74 l. 7.* 5) *De tempore cf. NA. XXXVI, 154 annot. 2.* 6) *Cf. n. 249.* 7) *In priori pacto a. 878 (cf. n. 79, p. 75 l. 21, n. 86 p. 81 l. 33) postea a papa soluto (cf. n. 214 p. 192 l. 34 sq.).*

damus vobis pro benedictione supra mille mancosos et teloneum, quod[a] in portu[b] nostro dare debetis, vobis concedimus. Quodsi in tali impio scelere diabolo suadente amplius permanere presumpseritis et ipsum pactum de presenti non corruperitis[c], precipimus huic episcopo nostro Dominico[1], ut vice nostra omni ecclesiastica vos communione privare procuret, ipsoque revertente synodice vos iterum[2] perpetui anathematis vinculis[d] alligabimus et omnium terrarum aditus, in quibus negotiari soliti estis, vobis omnino claudemus, ut illic nulla possitis exercere negotia. Sane si de aliis civitatibus dubitatis, quod pactum non rumpant, credimus, quia nostram[e] facient voluntatem, nam modo per vos habent excusationem; et, si aliqua de illis fuerit, quę sicut vos facere noluerit, una vobiscum eius perditionem ordinabimus. Porro scitote, quia Leonem presbyterum vestrum penes nos retinuimus.

DATA UT SUPRA.

251.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi gratias agit, quod marchiones (Spoletinum et Tuscanum) ad defensionem terrae s. Petri deputaverit, proprium tamen eius missum pro utilitatibus suis expetit. *880 Iun. 26.*

Cod.: R f. 98 n. 253.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 468 n. 246. Mansi Conc. coll. XVII, 180 n. 246. Migne Patr. lat. CXXVI, 903 n. 292. — Jaffé Reg. 3318 (2539).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Multiplices regię magnitudini vestrę his nostris apostolicis litteris gratias agimus pro vestra tam ingenti cura et sollicitudine, quam circa sanctam Romanam ecclesiam matrem vestram habetis atque pro vestrę devotionis sinceritate, qua nos purę mentis affectu more parentum vestrorum diligitis et in omnibus adiuvare alacriter cupitis. Et quia pro exaltatione atque utilitate sedis apostolicę totiusque terrę sancti Petri defensione vos prompta mente desudare velle cognoscimus, in quo scilicet vestri desiderii affectu piissimo et divinam circa regiam gloriam vestram habebitis adiutricem et placabilem maiestatem et dignam non solum in hoc sęculo, sed etiam in cęlesti postmodum regione retributionem procul dubio recipietis. Quod vero mandastis[4], ut marciones vestri, qui circa nos existunt[5], ad defensionem necessariam[a] peragendam[b] nobiscum pariter decertare debuissent, hoc autem sine vestrę maiestatis pręsentia vel sine idonei optimatis vestri nullo modo, sicut oportet, proderit nobis, eo quod ipsi marciones[c] homines de civitatibus et propriis[d] finibus nostris, cum quibus territorium sancti Petri poteramus satis defendere, in suo assiduo servitio habent et nonnullos eorum potentia sua defendunt et ita impediunt, ut nostrum servitium secundum voluntatem nostram minime perficere valeant. Unde pręcamur excellentiam vestram, ut pro amore Dei et principis apostolorum honore talem nobis de presenti missum dirigatis, cum quo per vestrę auctoritatis potentiam ea, quę sanctę Dei ecclesię et nobis pertinent[e], incunctanter valeamus perficere, quatenus eosdem homines nostros, qui nobis sublati sunt, omnimodis recipiamus, ut omnis honor et vigor sanctę Romanę ecclesię vestris diebus in omnibus integer adcrescat

a) quo *R.* b) portum *R.* c) corrumperitis *R.* d) vincuculis *R.* e) nr̄a *R.*
251. a) necesariam *R.* b) peragendum *R.* c) marcionis *R.* d) propiis *R.* e) *corr. ex* pertinet *R.*

1) *Triventino, cf. n. 249.* 2) *Quod iam in synodo d. 15. Octobris habita fecit, cf. n. 246.* 3) *De re cf. Dümmler l. l. III², 176.* 4) *In litteris, quae non exstant, cf. Mühlbacher Reg.² 'Verlorene Urk.' n. 233.* 5) *Scil. Spoletinus et Tuscanus; Lambertus Spoletinus, cui a. 879/80 successit Wido filius (cf. n. 257) et Adelbertus Tuscensis iam Karolomanni vices in his partibus egerant, cf. n. 74, p. 70 l. 32 cum annot. 4, n. 89, p. 85 l. 23 cum annot. 4.*

et indiminutus permaneat, quoniam ipsius honor et exaltatio vestra[a] hic et in ęternum est[b] salus et gloria. Nam et nos ea, quę vestre glorię proficua sunt, libentissime perficere cupimus et nostris assiduis pręcibus vos Domino commendare apostolorum suffragantibus[c] meritis semper satagimus. Hęc itaque pro utilitate sanctę ecclesię modo fieri petimus, ut, cum vestrum gloriosum adventum favente Domino conspexerimus, optata et ingenti pariter letitia exultare valeamus.

DATA DIE XXVI. MENSE IUNIO, INDICTIONE XIII.

252.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi Hieronymum in episcopum Lausannensem a se consecratum commendat; petit, ut res Bisuntinae ecclesiae ab Hubone ablatas restituendas curet. *880 Iun. 20*

Cod.: R f. 98' n. 254.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 466 n. 243 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 499 n. 65. Mansi Conc. coll. XVII, 178 n. 243. Migne Patr. lat. CXXVI, 901 n. 289. — Jaffé Reg. 3315 (2536).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI.

Magnitudinem vestram ingenti nobis amore dilectam nosse volumus, quia Ieronimus sanctę Lausonensis ecclesię episcopus[1] apud beatum Petrum apostolorum principem nostrumque pontificium veniens humili satis devotione petiit, quatenus Lausonensem ecclesiam, quam iam olim regendam susceperat, ei deinceps vobis faventibus habere liceret. Nos autem eius pręcibus moti, iuxta quod omnium ecclesiarum Dei curam habemus commissam et quia nostra exhortatione illum vobis fidelem in omnibus propriumque, sicut ceteri regni vestri episcopi existunt, esse cupientem[a] agnovimus, his apostolatus nostri litteris excellentię vestrę suggerimus, ut eum pro amore Dei et sancti Petri et nostro et benigne recipiatis et iamdictum[b] episcopatum Lausonensem sibi divinitus concessum nostraque apostolica etiam auctoritate commissum sub omni integritate recipere habereque securiter permittatis, ne amplius[c] eadem ecclesia contra statuta patrum sine proprio rectore consistat. Nam regulariter illum electum et proprio archiepiscopo[2] causa[d] infirmitatis prebente[e] consensum[c] et episcopos consecratores illius litteris, quas nobis ostendit, rogante consecratum fuisse iamdictę ecclesię episcopum incunctanter agnoscimus. Et idcirco volumus et rogamus, ut absque temporis protelatione vel aliqua contradictione suum, ut diximus, episcopatum habeat teneat atque cum Dei reverentia disponat, quoniam nos in alterius hominis electione vel consecratione isto vivente consentire nullo modo patiemur, eo quod precipua sanctorum patrum auctoritas[3] iubeat, duos simul in una civitate non debere esse episcopos. Quam ob rem, carissime fili, hortamur nichilominus et obsecramus regiam gloriam vestram, ut Deo auxiliante ipsa ecclesia proprio nunc recepto pastore sub vestrę clementię tutamine pacifica iam et quieta consistat, ut eius pręcibus adiuti post hoc regnum terrenum vobis concessum sempiternum percipere mereamini. Preterea et Theodericus sanctę Chrisopolitanę sedis archiepiscopus[4] multas nostris apostolicis auribus super

a) vestra *corr. ex* -ne *R.* b) *corr. ex* et *al. man. R.* c) suffragrantibus *R.*

252. a) cupientes *R.* b) -t i- *in ras. R.* c) Ne amplius *usque* consensum *in ras. R.* d) cause *R.* e) p̄uente *R.*

1) *Hodie 'Lausanne', 880—92. A. 878 mortuo Hartmanno episcopo contentiones ibi exortae erant, cf. n. 134.* 2) *Scil. Bisuntino.* 3) *C. 8 Nicaen. conc. (Mansi II, 680).* 4) *Hodie 'Besançon', cf. supra n. 134, p. 118 annot. 1.*

Hubonem fidelem vestrum quęrelas direxit, eo quod res ecclesię illius invaserit. Pro quo etiam precamur, ut easdem res ecclesiasticas iamdicto archiepiscopo sub integritate reddere faciatis pro amore Dei et nostro et nulla deinceps ei permittatis adversa vel contraria inferre.

DATA XX.[a] DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XIII.

253.

Iohannes VIII. papa Liutwardo episcopo Vercellensi praecipit, ut legatione penes Karolum (III.) regem fungens assensum illius, ut Hieronymus episcopatum habeat Lausannensem, obtineat. *880 Iun. 20.*

Cod.: *R f. 99 n. 255.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 467 n. 244 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 500 n. 66. Mansi Conc. coll. XVII, 179 n. 244. Migne Patr. lat. CXXVI, 902 n. 290. — Jaffé Reg. 3316 (2537).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO LIUTOHARDO EPISCOPO SANCTĘ ECCLESIĘ BERCELLENSIS[1].

Dilectioni vestrę familiari quodammodo pioque affectu veluti fidelissimo nobis mandantes committimus, ut[a] recipientes hanc nostri apostolatus epistolam legatione nostra dilecto ac spiritali filio nostro Karolo excellentissimo regi pro Ieronimo videlicet Lausonensi episcopo[2] directa fungamini vestroque ingenti certamine prudentique consilio ipsius regis magnitudinem admonere atque exhortari magnopere studeatis, quatenus eundem Lausonensem episcopatum illi iam olim divinitus concessum pro amore Dei et nostro de presenti reddere et securiter quasi suo fideli habere permittat; nam eo vivente in alterius electione vel episcopali consecratione assensum nullo modo prębebimus, quin potius[b] apostolica hoc fieri auctoritate modis omnibus inhibebimus[c], ne contra statuta patrum duo in una videantur civitate esse episcopi[d] [3]. Quapropter nobis iusta mandantibus omni annisu et voluntate favere[e] nullo modo pretermittatis, quominus nostrę voluntatis legatio apud serenissimum regem salutis et pacis ecclesiasticę per vestrum certamen effectum optineat, quatenus eadem ecclesia Dei proprio recepto pastore salva in omnibus et quieta consistat.

DATA XX. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XIII.

254.

Iohannes VIII. papa Theoderico Bisuntino archiepiscopo scribit se Karolum (III.) regem pro adversitatibus ecclesiae eius et pro Hieronymo Lausannensi episcopo adiisse. *880 Iun. 20.*

Cod.: *R f. 99' n. 256.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 468 n. 245 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 500 n. 67. Mansi Conc. coll. XVII, 179 n. 245. Migne Patr. lat. CXXVI, 903 n. 291. — Jaffé Reg. 3317 (2538).

---

a) *ras. ante* XX. *R.*

253. a) *add. supra lineam in rasura al. man. R.* b) -tius *in ras. R.* c) *corr. ex* inhibimus *R.* d) -i *in ras. R.* e) v *corr. ex* b *R.*

1) *De quo cf. n. 224, p. 199 annot. 4.* 2) *De hac re cf. n. 252.* 3) *Cf. n. 252, p. 220 annot. 3.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO THEODERICO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ CHRISOPOLITANĘ[a] ECCLESIĘ[1].

Pro tot et tantis perturbationibus et calamitatibus, quas ab iniquis et Deum non timentibus viris ecclesiam tibi commissam cottidie pati vestris litteris[2] referentibus agnoscentes[b], plurimum condolemus et congruum cupimus Deo favente vobis prebere solacium, quatenus sedis vestrę vigorem pristinum indiminuto iure feliciter optineatis. Nam dilecto ac spiritali filio nostro Karolo glorioso regi pro tuę causa utilitatis proque vestrę plebis salute suggessimus[3], ut pro amore Dei et nostro suo vos auxilio ac defensione in omnibus tueatur et de his, qui res ecclesię vestrę invadere presumpserunt, iustitiam facere dignetur resquę ipsas sub integritate vobis restitui iubeat. Vos tamen more boni pastoris sicut in prosperis humiles, ita quoque in adversis fortes oportet existere[c], ut populum Domini tibi commissum pro malorum infestatione, quam patimini, strenue regere non omittatis. Pro ipso etiam Ieronimo episcopo eidem regi direximus, ut Lausonensem episcopatum[d] illi divinitus concessum et nostra apostolica auctoritate largitum securiter amodo retinere permittat; et ideo vestra fraternitas eum in hoc adiuvare pro viribus non pretermittat.

DATA XX. DIE MENSIS IUNII, INDICTIONE XIII.

255.

Iohannes VIII. papa Sventapulco comiti (Moraviae) scribit de Methodii archiepiscopi Moraviae cognita orthodoxa fide, Wichinum ab eo electum episcopum Nitrensem consecratum nuntiat, alium in episcopum consecrandum sibi dirigi iubet, usum Sclavinicae linguae in celebrandis sacris officiis laudat. *880 Iun.*

Cod.: R f. 99' n. 257.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 469 n. 247. Mansi Conc. coll. XVII, 181 n. 247. Migne Patr. lat. CXXVI, 904 n. 293. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 213. Boczek Cod. dipl. et epist. Moraviae I (1836) p. 42 n. 59 = Ginzel 'Gesch. d. Slawenapostel Cyrill u. Method' app. p. 59 n. 5. Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I (1904) p. 18 n. 24. — Jaffé Reg. 3319 (2540).

DILECTO FILIO SFENTOPULCHO GLORIOSO COMITI[4].

Industrię tuę notum esse volumus, quoniam confratre nostro Methodio[a] reverentissimo archiepiscopo sanctę ecclesię Marabensis una[b] cum Semisisno fideli[c] tuo ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli nostramque pontificalem pręsentiam veniente[5] atque sermone lucifluo referente didicimus tuę[d] devotionis sinceritatem et totius populi tui desiderium, quod circa sedem apostolicam et nostram paternitatem habetis. Nam divina gratia inspirante contemptis aliis sęculi huius principibus beatum Petrum apostolici ordinis principem vicariumque illius habere patronum et in omnibus adiutorem ac defensorem pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis et cum omni populo terrę tuę amore fidelissimo elegisti[e] et usque ad finem sub ipsius et vicarii eius defensione colla summittens pio affectu cupis auxiliante Domino utpote filius devotissimus permanere. Pro qua scilicet tanta fide ac devotione tua et populi tui apostolatus nostri ulnis extensis

254. a) CHRISOLITANĘ *R.* b) *sic R.* c) exhistere *R.* d) ep̄ipatum *R.*

255. a) t *corr. ex* h *R.* b) a *corr. ex* u *al. man. R.* c) -de- *in ras. R.* d) ut *del. ante* tuę *R.* e) -delissimo eli- *in ras.* i- *corr. in* e- *R.*

1) *De quo cf. nn. 134. 252.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Cf. n. 252.* 4) *Moraviae, cf. supra n. 200. — Fidem huius epistolae post alios ultimus infestavit Goetz 'Gesch. d. Slavenapostel Konstantinus (Kyrillus) und Methodius' (Gotha 1897) p. 58 sq., recte econtra defendit Jagić 'Zur Entstehungsgesch. d. kirchenslavischen Sprache I, 33 sq. (Denkschriften d. K. Akademie d. Wiss., phil.-hist. Kl. XLVII, Wien 1902)'.* 5) *Quem ipse papa anno praeterito de orthodoxa fide et praedicatione eius dubitans vocaverat, cf. n. 201.*

te quasi unicum filium amore ingenti amplectimur et cum omnibus fidelibus tuis paternitatis nostrę gremio veluti oves Domini nobis commissas recipimus viteque pabulo clementer nutrire optamus atque nostris assiduis precibus omnipotenti te Domino commendare studemus, quatenus sanctorum apostolorum suffragantibus meritis et in hoc sęculo adversa omnia superare et in cęlesti postmodum regione cum Christo Deo nostro valeas triumphare. Igitur hunc Methodium venerabilem archiepiscopum vestrum interrogavimus corampositis fratribus nostris episcopis, si orthodoxę fidei symbolum ita crederet et inter sacra missarum sollempnia caneret, sicuti sanctam Romanam ecclesiam tenere et in sanctis sex universalibus synodis[1] a sanctis patribus secundum evangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum atque traditum constat. Ille autem professus est se iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam, sicuti sancta Romana ecclesia[a] docet et a patribus traditum est, tenere et psallere. Nos autem illum in omnibus ecclesiasticis doctrinis et utilitatibus orthodoxum et proficuum esse repperientes vobis iterum ad regendam[b] commissam sibi ecclesiam Dei remisimus, quem veluti pastorem proprium ut digno honore et reverentia letaque mente recipiatis, iubemus, quia nostrę apostolicę auctoritatis pręcepto eius archiepiscopatus privilegium[c][2] confirmavimus et in perpetuum Deo iuvante firmum manere statuimus, sicuti antecessorum nostrorum auctoritate omnium ecclesiarum Dei iura et privilegia statuta et firmata consistunt, ita sane, ut iuxta canonicam traditionem omnium negotiorum ecclesiasticorum curam habeat ipse et ea velut Deo contemplante dispenset, nam populus Domini illi commissus est et pro animabus eorum hic[d] redditurus erit rationem. Ipsum quoque presbiterum nomine Uuichinus[3], quem nobis direxisti, electum episcopum consecravimus sanctę ecclesię Nitrensis[4], quem suo archiepiscopo in omnibus obędientem, sicuti sancti canones[5] docent, esse iubemus et volumus, ut pariter cum ipsius archiepiscopi consensu et providentia et alterum nobis apto tempore utilem presbiterum vel diaconem dirigas, quem similiter in alia ecclesia, in qua episcopalem curam[e] noveris esse necessariam, ordinemus episcopum, ut cum his duobus a nobis ordinatis episcopis pręfatus archiepiscopus vester iuxta decretum apostolicum[6] per alia loca, in quibus episcopi honorifice debent et possunt existere, postmodum valeat ordinare. Presbiteros vero diacones seu cuiuscumque ordinis clericos sive Sclavos sive cuiuslibet gentis, qui intra provincię tuę fines consistunt, pręcipimus esse subiectos et obedientes in omnibus iamdicto confratri nostro, archiepiscopo vestro, ut nichil[7] omnino pręter eius conscientiam agant. Quodsi contumaces et inobędientes existentes scandalum aliquod aut scisma facere pręsumpserint[f] et post primam et secundam ammonitionem se minime correxerint, quasi zizaniorum seminatores ab ecclesiis et finibus vestris auctoritate nostra precipimus esse procul abiciendos secundum auctoritatem capitulorum[8], quę illi dedimus [et][g] vobis direximus. Litteras denique Sclaviniscas[h] a Constantino quondam philosopho[9] reppertas, quibus Deo laudes debite[i] resonent, iure laudamus et in eadem lingua Christi domini nostri preconia et opera enarrentur, iubemus[10]; neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis Dominum laudare auctoritate sacra monemur, quę pręcipit dicens: 'Laudate Dominum omnes gentes et collaudate eum omnes Ps. 116, 1.

a) *corr. ex* sanctam Romanam ecclesiam *R.* b) a *corr. ex* u *R.* c) archiepiscopatus ut et privilegium, ut *postea del. R.* d) c *add. supra lineam R.* e) c *add. supra lineam R.* f) *corr. ex* pręsumpserit *R.* g) *om. R.* h) *corr. ex* Sclavinis casa *R.* i) b *corr. ex* u *R.*

1) *Praeterit septimam universalem synodum, Nicaenam a. 787.* 2) *Privilegium Methodio concessum, cum Romam a. 880 venisset, non exstat.* 3) *Natione Suevum, cf. Ann. Fuld. ad a. 899 (ed. Kurze p. 133), Necrol. Augien. (ed. MG. Necr. I, 279), Dümmler l. l. III², 195 ann. 1.* 4) *Hodie 'Neitra'.* 5) *Cf. can. apost. XXXV (XXXIII) (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 811).* 6) *Cf. can. apost. I (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 800).* 7) *Can. apost. XXXV (XXXIII), interpr. Dionysio. l. l.* 8) *Quae non exstant.* 9) *I. e. a fratre Methodii, Cyrillo postea nominato. Qua de inventione, cf. Jagić l. l. II, 14 sq.* 10) *Quod anno praeterito stricte negaverat, cf. n. 201.*

cf. Act. 2, 11 populi', et apostoli repleti Spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia Dei; Phil. 2, 11 hinc et Paulus cęlestis quoque tuba insonat[a] monens: 'Omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris'; de quibus etiam linguis in cf. 1. Cor. 14, 4 prima ad Corinthios epistola satis et manifeste nos ammonet, quatenus linguis loquentes ecclesiam Dei ędificemus. Nec sane fidei vel doctrinę aliquid obstat sive missas in eadem Sclavinica lingua canere sive sacrum evangelium vel lectiones divinas novi et veteris testamenti bene translatas et interpretatas legere aut alia horarum officia omnia psallere, quoniam, qui fecit tres linguas principales, Hebream scilicet Grecam et Latinam[1], ipse creavit et alias omnes ad laudem et gloriam suam. Iubemus tamen, ut in omnibus ecclesiis terrę vestrę propter maiorem honorificentiam evangelium Latine legatur et postmodum Sclavinica lingua translatum in auribus populi Latina verba non intellegentis adnuntietur, sicut in quibusdam ecclesiis fieri videtur; et, si tibi et iudicibus tuis placet missas Latina lingua magis audire, precipimus, ut Latine missarum tibi sollemnia celebrentur.

DATA MENSE IUNIO, INDICTIONE XIII.

256.

Iohannes VIII. papa Landulfum (II.) episcopum Suricorum a controversiis cum Landenulfo Capuano episcopo de frugibus ecclesiae percipiendis dehortatur.

880 Iul. 18.

Cod.: R f. 101 n. 258.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 471 n. 248. Mansi Conc. coll. XVII, 183 n. 248. Migne Patr. lat. CXXVI, 907 n. 291. — Jaffé Reg. 3320 (2541).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO LANDULFO EPISCOPO SURICORUM[2].

Vera[a] relatione comperimus, quod, quidquid[b] tempore consecrationis tuę in nostro conspectu[3] de frugibus illius ecclesię congrua deliberatione fuerat inter te et Landenulphum Capuanum episcopum[4] diffinitum, tu ingenti usus[c] temeritate violaveris[d] et, quod nos iuxta temporis qualitatem moderari decreveramus, tu adimplere neglexeris. Quo audito valde noster animus est[e] commotus, quod tam audacter nostra precepta parvipenderis et terminos paternos excesseris. Quapropter huius nostri pontificii auctoritate ab huiuscemodi te factione conpescere volentes precipimus et modis omnibus tibi iniungimus, ut omni obstinatione deposita, quicquid nos illic positi inter te et eundem episcopum vel fratrem[f] illius Pandenolfum[g] fidelem nostrum[5] de divisione vel frugibus illius ecclesię deliberavimus, sine mora adimplere procures, hoc sciens, quia, si aliter agere pręsumpseris[h], sicut invasorem rerum sacrarum te canonicis iaculis feriemus; quodsi aliquam querimoniam aut iustam excusationem te habere confidis, tunc cum eodem episcopo[i] causam dicturus iubemus, ut nostram[k] petas presentiam: nam et nos

a) *corr. ex* insonant *R.*

256. a) Nr̄a *corr. ex* Nr̄ę *R, errore miniatoris, quamquam recte* u, *non* n *in margine notatum erat.* b) quidam *R.* c) *ante* usus *eras.* in *R.* d) violaberis *R.* e) *corr. ex* et *R.* f) fruerem *R.* g) o *corr. ex* u *R.* h) *corr. ex* pręsumpserit *R.* i) -s nos *eras. post* episcopo *R.* k) *add. supra lineam al. man. R.*

1) *Cf. Augustini In Ioann. evang. tract. CXVII, c. 4 (ed. Migne XXXV, 1946), Isidori Etymol. lib. IX c. 3 (ed. Migne LXXXII, 326).* 2) *Hodie 'S. Maria di Capua vetere', cf. n. 216, p. 193 annot. 9.* 3) *De conventu papae cum Capuanis, quem ad d. 1. Octobris 879 Traiecti annuntiaverat in epp. nn. 213—216, haec habet Catal. com. Capuae (ed. MG. SS. rer. Lang. p. 499):* Iohannes papa . . . advenit Capuam; et ut discordes ad concordiam revocaret, divisione facta, utrum constituit in civitate Capua, id est Landenolfum episcopum, Landolfum vero episcopum in Sancta Maria cognomento Suricorum. *Sed d. 1. Nov. 882 Landulfus totum episcopatum adeptus est, cf. ibid. — De hoc itinere papae cf. etiam NA. XXXVI, 153 annot. 2.* 4) *Fratrem Pandenolfi principis (de quo cf. n. 176), qui eum* laicum inordinate totondens direxit Romam, eumque a Iohanne papa multa prece deposcens episcopum fecit *(cf. Catal. com. Cap. l. l.).* 5) *Comitem, cf. n. 176.*

presenti legato nostro, Ualperto reverentissimo episcopo[1] dilecto consiliario nostro, precipimus, ut, si nostra salubria monita adimplere contempseris, ex nostra auctoritate te[a] excommunicare procuret[b].

DATA QUINTA DECIMA KALENDAS AUGUSTI, INDICTIONE XIII.

257.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi gratias agit de litteris sibi per Wigbodum (Parmensem) episcopum translatis, quibus terra s. Petri invadi vetatur; Bosonem nullum familiaritatis locum apud se habere asserit, adventum regis aut missorum eius expetit.

880 (Iul.)[2]

Cod.: R f. 101 n. 259.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 472 n. 249. Mansi Conc. coll. XVII, 183 n. 249. Migne Patr. lat. CXXVI, 907 n. 295. — Jaffé Reg. 3321 (2542).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Regię magnitudinis vestrę receptis apicibus[4] ac diligenter perlectis, quia more Christianissimorum principum parentum vestrorum ammonitionis et exhortationis[a] nostrę doctrina repleri[b] vos velle cognoscimus nostroque consultu ea, quę sanctę matri vestrę Romane ecclesię et totius Christianitatis defensioni[c] salubria ac utilia esse videntur, animo libenti cupiatis perficere, valde gratulamur et immensas Domino gratias referimus et optamus, ut cuncta circa vos semper prospera divina favente gratia existant. Ea etenim, quę de vestris causis et eventibus vestris nobis litteris non retulistis, fideli relatione communis fidelis et reverentissimi[d] episcopi Uuibbodi[5] luculenter didicimus eique omnem familiaritatis aditum pio affectu prębentes vestrę voluntatis arcana cognovimus, per quem et nos celsitudini vestrę aliqua verbotenus intimanda direximus. De oppressionibus autem Grecorum, sicut vobis a quibusdam emulis nostris nuntiatum est, nos aliquid nullo modo scimus, si vero certissime sciremus, dilectioni vestrę cum omni devotione celeriter nuntiassemus, quoniam Dei omnipotentis[e] procul dubio inspiratione et voluntate vos prę omnibus eligere et inclitum in omnibus negotiis sanctę sedis apostolicę nostrisque profectibus patronum ac defensorem habere omnino curavimus et ideo vita comite longa per tempora optamus possidere[6]. Quapropter inimicis nostris, quos nobis adversarios et zizaniorum seminatores esse cognoscitis, aurem clementię vestrę nullatenus accommodetis[f], nam inimicus semper contraria loquitur; tamen bene vos fecisse laudamus, quod omnibus episcopis et comitibus, qui circa nos consistunt, auctoritate vestra mandastis atque iussistis, ut terminium[g] sancti Petri ab hostili nempe incursu nostro[h] pariter instructi mandato defendere debeant[7]. Preterea[i], sicut vestro proprio nobis ore, fili karissime, promisistis*, ut in hoc dumtaxat opere vestram voluntatem vestręque mentis

*) hd̄ (= hic deest) *manu correctoris supra lineam add. R, cf. n. 210, p. 187 annot. q.*

a) *add. supra lineam al. man. R.* b) *sequuntur verba* quatenus, sicut prediximus Romam in nostra *R; quae in registro in margine addita esse videntur ad emendanda ea, quae supra p. 224 l. 34 leguntur.*

257. a) exortationis *R.* b) repleti *R.* c) defensione *R.* d) reū *R.* e) *in ras. al. man. R.* f) accommedetis, -cco- *in ras. R.* g) *corr. in* terminum *R; sed cf. n. 33, p. 32 l. 37; n. 87, p. 82 l. 37.* h) -o *in ras. ca. 3 litterarum al. man. R.* i) *sententia* Preterea — perficere *(p. 226 l. 2) in fine epistolae post* emendent *(p. 226 l. 21) addita in R hic potius inserenda esse videtur, e margine, ubi in minuta posita erat, falso loco a registratore inserta.*

1) *Portuensi cf. n. 141, p. 122 annot. 2.* 2) *Dümmler l. l. III², 176 annot. 2 contra seriem registri hanc epistolam post aliam n. 260 (Sept. 10) collocandam censuit, nec tamen argumentis certis nisus (cf. etiam Mühlbacher Reg.² 1604 [1561] d).* 3) *De re cf. Dümmler l. l. III², 176 sq.* 4) *Quae non exstant, cf. Mühlbacher Reg.² 1604 (1561) d et 'Verlorene Urk.' n. 234.* 5) *Parmensis, de quo cf. nn. 28, 45, 125, 147, 181, 186.* 6) *Papam Graecorum adiutorium invocasse (cf. n. 245) ad aures Karoli quodammodo venisse videtur.* 7) *De eadem re iam in ep. n. 251 agitur, cf. p. 219 annot. 4, 5.*

affectum circa nos purissimum fore luce clarius agnoscamus, ut et nos vestrum desiderium pio semper valeamus affectu perficere, valde necessarium est, ut[a] non solum a malis Christianis, verum etiam et a Sarracensis ubique diffusis, ubique et undique nos sine intermissione depredantibus et more furum nostra[b] diripientibus tueri procurent. Pro qua videlicet necessitate, quam supra modum patimur[c], ipsius Uuibbodi[d] episcopi hortatu in quandam[e] cortem nostram exivimus et una[f] cum Uuidone comite, Lamberti filio[1], loqui voluimus[g] huius rei causa; sed ipse adesse prętermisit, sicut iamdictus fidelis noster ac vester[h] vobis poterit enarrare. De Bosone quoque certos[i] vos esse volumus, quia neque aliquem familiaritatis locum aut receptionis nostrę auxilium apud nos habebit neque poterit invenire[2], eo quod vos, ut pręlibavimus, amicum et adiutorem quęsivimus et loco karissimi filii retinere toto mentis conamine volumus; nam nichil nobis de parte ipsius pertinere videtur, qui talem tyrannidem pręsumpsit committere[3]. De vestro quoque adventu, quem Deo favente adesse mandastis, valde sumus gavisi[k] effecti et pro tantis calamitatibus, quibus circumdati et oppressi existimus, optamus et vehementer rogamus vestram specialem citissime Deo propitio contemplari pręsentiam. Iohannem vero reverentissimum episcopum Aritiensem[4] penes nos hac vice retinuimus, ut, si aliquid novi nobis evenerit et necesse fuerit, per eum vestris mandare fidelibus ac per ordinem[l], quę oportuna fuerint, significare possimus. Pro iustitiis etiam[m] faciendis sanctę Romanę ecclesię, ut idoneos et fideles viros e latere vestro nobis de presenti dirigatis, obnixe deposcimus, qui nobis pariter cum missis nostris proficiscentibus de omnibus iustitiam plenissimam faciant[n] et vestra regali auctoritate male agentes corrigant[o] et emendent[p].

DATA UT SUPRA.

258*.

Iohannes VIII. papa (Photio patriarchae[5]) de restituta unitate pacis et concordiae gratulatur, de mutatis (in synodo eius Constantinopoli habita a. 879/80) statutis quibusdam, quae ipse fecerat, miratur, litteras eius minus humiles reprobat, restitutionis eius decretum synodale se recipere asserit praeter ea, quae legati sui contra apostolicam praeceptionem fecerint. *(880 Aug.)*[6]

*) *Hic subiungimus aliam Iohannis VIII. epistolam Photio directam in versione Graeca tantum servatam (cf. n. 207 sq.) et penitus, ut videtur, confictam (cf. Hergenröther 'Photius' II, 541 sq.).*

258a.

Iohannes VIII. papa Photio patriarchae scribit de articulo ('filioque') in symbolum fidei non introducendo.

Edd. Beveregius Synodicon sive Pandectae canonum etc. II (Oxonii 1672) p. 306 ex. Append. ad excerpta synodi Photianae a. 879/80 = Harduinus Acta conc. VI, 341 = Mansi Conc. coll. XVII, 524. Jager 'Histoire de Photius' p. 542. — Versionem Latinam auct. Fred. Metio ed. Baronius Ann. eccl. ad a. 879 ([1][Romae 1602] p. 555; ed. Mansi n. 54—58) = Mansi Conc. coll. XVII, 239 n. 320 = Migne Patr. lat. CXXVI, 944 n. 350. — Jaffé Reg. 3369 (2597) ad a. 879—82.

a) *add. supra lineam al. man. R.* b) *corr. ex* furorum nostri *al. man. R.* c) patimus *R.* d) Ubibodi *R.* e) *corr. ex* quondam *R.* f) -na *in ras. al. man. R.* g) *corr. ex* volumus *al. man. R.* h) *in ras. al. man. R.* i) -rtos *in ras. al. man. R.* k) gravisi *R.* l) ordine *R.* m) cum, cu- *in ras. R.* n) -ant *in ras. al. man. R.* o) *corr. ex* corrigunt *al. man. R.* p) *cf. supra p. 225 annot. i.*

1) *III. Spoletino, c. 878—882. De tempore mortis eius cf. Dümmler III², 217 annot. 2.* 2) *Quem papa prius principalem sibi adiutorem et futurum imperatorem statuerat, cf. nn. 110, 187.* 3) *Alludere videtur ad causas expeditionis, quam Karolus cum occidentalis Franciae regibus m. Iulio contra Bosonem inierat (cf. Mühlbacher Reg. 1604 [1561] a), scil. electionem eius in regem Provinciae in conventu Mantalensi d. 15. Octobris 879, cf. Poupardin 'Le royaume de Provence' p. 97 sq.* 4) *Hodie 'Arezzo', c. 872—98, qui iam a. 876 apostolica legatione ad synodum Pontigonensem functus erat, cf. Dümmler l. l. II², 403. Ex falsa editionum lectione* Tritiensem *omnes hucusque Iohannem Ticinensem episcopum hic significari censuerunt.* 5) *Epistolam hanc Photio patriarchae directam esse ex ipso tenore patet. De re cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV, 483 sq.* 6) *Haec epistola una cum sequenti missa esse videtur.*

Cod.: R f. 102 n. 260.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 473 n. 250. Mansi Conc. coll. XVII, 184 n. 250. Migne Patr. lat. CXXVI, 910 n. 297. — Jaffé Reg. 3322 (2544).

Hoc nostri semper certaminis et laboris fuit, hoc nostri voti existit, ut pro orthodoxę[a] fidei integritate seu pro statu et pace omnium Dei ecclesiarum, quarum cura constringimur, adeo[b] operam demus, quatenus dispersa congregentur, congregata conserventur[b] et ut, quicquid inhonestum vel aliter quam se rectitudo habet, per providentiam Dei sanctorum apostolorum meritis suffragantibus corrigatur, omni conamine iuxta officium nobis commissum speculando satagimus. Huius rei gratia more apostolico sanctę Constantinopolitanę ecclesię misereri volentes decrevimus, ut unius incrementum[1] nullius fieret detrimentum, quin potius omnium manifestum existeret adiutorium. Convocata nostra ecclesia, quantum ad presens tempus coegit necessitas, auctoritate et potestate apostolica iamdicte Constantinopolitane ecclesię consuluimus[2] et legatis nostris directis[3], ut inoffenso pede incederent, instituimus. De cuius scilicet unitate pacis sive concordia gratulamur et cunctipotenti[c] Domino laudes innumeras referentes, licet ei, qui tanta bona servis suis largitur, condignas grates agere non possimus, hunc benedicimus et assiduis vocibus glorificare studemus. Gloria namque sit illi et omnis laus ac virtus, cuius maiestate et semper laudabili gratia curvata[d] ad rectitudinem reducuntur, prava diriguntur, contumacia retunditur, humilitas exaltatur, zizania quandoque velluntur, scandala amputantur et omnis bonitas augmentatur[e]. Unde non in nobis, sed in eodem Domino gloriemur iocundemur et exultemus in misericordia eius, qui dicit: 'Confidite, quia ego vici mundum', et in alio loco: 'Sine me', inquit[f], 'nichil potestis facere'; sed cum nos scriptis et verbis misericorditer tecum specialiter agendum esse decreverimus,

Io. 16, 33.
Io. 15, 5.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ Φωτίῳ τῷ αἰδεσίμῳ καὶ καθολικῷ ἀδελφῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως χάριν ἄνωθεν πρὸς ἔργα σωτηριώδη. Οὐκ ἀγνοεῖν συμβαίνει ἡμᾶς, ὥς τινες τῶν αὐτόθι οὐκ εἰρήνης ἄνθρωποι περὶ τῆς ἐνταῦθα ἐκκλησίας καὶ αὐτοὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν ὁρῶντες κακά τινα λέγουσι καὶ τόσον, ὅτι καὶ τὴν σὴν ἀδελφότητα μικροῦ δεῖν οὐκ ἀγαθὰς ὑπολήψεις ἔχειν εἰς ἡμᾶς καὶ τοὺς ὑφ' ἡμᾶς παραπείθουσιν. Καὶ ἔστι τούτοις ἡ μὲν ἀφορμὴ τοῦ σκόπου τούτου[a] ψευδὴς καὶ αὐτοῖς εἴποιμι ἂν ἐγὼ, ὡς καὶ ὁ λόγος προϊὼν παραστήσει καὶ ὁ θεὸς ἄνωθεν ἡμῖν ἐπιμαρτυρήσει, ἀλλὰ κατὰ τοὺς τὸν οἶνον καπηλεύοντας ὕδατι παραμιγνύουσι καί τινα ἀφ' ἑαυτῶν ψευδοληρήσαντες[b], καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· δεῖ γὰρ τὸν ἀπ' ἀρχῆς δημιουργὸν τῆς κακίας καὶ πρὸς τὸν θεὸν στήσαντα ἔχθραν, εἶτα καὶ τὸν ἡμῶν προπάτορα τῆς τοῦ κτίσαντος ἀγάπης χωρίσαντα καὶ νῦν τινας ἔχειν πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτοῦ καὶ διεγείρειν τοὺς τοιούτους, ὅπως ἐκβάλωσι μέσον τῆς ἐκκλησίας σκάνδαλον. Ἀλλ' ἐγὼ πρὸς τὸν τὴν εἰρήνην δόντα Χριστὸν ἀφορῶν, ὃς καὶ τὴν ἔχθραν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ ἔκτεινεν, ὡς ἔχω δυνατὸν, σπουδάσω τὰ στόματα τῶν χαιρεκάκων ἀνδρῶν ἀποφράττειν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τοῦ ὅλως τὴν σὴν ἀδελφότητα δηλῶσαί μοί τι, προφθάνω αὐτὸς περὶ τῶν τοιούτων γνωρίζειν σοι, ἵν' εἰδὼς, ὅπως ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς, μὴ παρέχῃς ὦτα τοῖς θέλουσι λοιδορεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποσοβεῖν αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ποιῇς μὴ ἀκούειν τοὺς λόγους αὐτῶν. Καὶ γὰρ ἡ σὴ ἀδελφότης ἐπίσταται ὡς, ὅτε παρεγένετο πρὸς ὑμᾶς ὁ μικρῷ πρότερον ἀποσταλεὶς παρ' αὐτῆς, περὶ τοῦ ἁγίου συμβόλου ἡμᾶς ἐδοκίμασεν, εὗρεν ἀπαράτρωτον, καθῶς ἀρχῆθεν παρεδόθη ἡμῖν διατηροῦντας καὶ μήτε προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας, ἀκριβῶς εἰδότας, ὡς τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι βαρεία καταδίκη ἀναμένουσα ἀπόκειται. Καὶ πάλιν οὖν παραδηλοῦμεν τῇ αἰδησιμότητί σου, ἵνα περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου[4], δι' ὃ συνέβη τὰ σκάνδαλα μέσον τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, ἔχῃς πληροφορίαν εἰς ἡμᾶς, ὅτι οὐ μόνον οὐ λέγομεν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρῶτον θαῤῥήσαντας τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ τοῦτο ποιῆσαι παραβάτας τῶν θείων λόγων κρίνομεν καὶ μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν λοιπῶν πατέρων, οἳ συνελθόντες συνοδικῶς παρέδωκαν τὸ ἅγιον σύμβολον καὶ μετὰ

cf. Eph. 2, 16.

258. a) horthodoxę *R.* b) adeo — conserventur *in ras. R.* c) *secundum* c *add. supra lineam R.* d) certata *R.* e) augm- *in ras. al. man. R.* f) t *corr. ex* d *R.*

258a. a) *corr. ex* τούτου οὐ *Hard.* b) *corr. ex* ψευδοπληρήσαντες *Hard.*

1) *Scil. Photii, contra canones in patriarcham promoti, prius a se reiecti, cf. nn. 68, 69.* 2) *Scil. Photii patriarchali dignitate confirmata, cf. nn. 207—211.* 3) *Petro presb. card. m. Augusto a. 879 et Paulo Anconitano ac Eugenio Ostiensi episcopis iam prius Constantinopoli degentibus, cf. n. 213.* 4) *Scil. de voce 'filioque'.*

mirandum[a] valde[b] est, cur multa, quę[c] nos statueramus[1], aut aliter habita[d] aut mutata esse noscantur[2], et, nescimus cuius studio vel neglectu, variata[e] monstrentur. Ceterum scribens[3] subintulisti, quod te innuente[f] nonnisi ab iniqua gerentibus misericordia sit querenda[4]; quod et nos de his, qui Deum se scire non fantur, licet dispensatorie fatemur, tamen nos, quod[5] gestum[g] est, exaggerare nolumus, ne, quod dignum est, iudicare cogamur,
Luc. 16, 15. ideoque talis excusatio sileat, ne hoc dicentes illa sententia tangat, qua[h] dicitur: 'Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia, quod hominibus altum est, abominabile[i] est apud Deum'. Igitur laudabilis tua prudentia, quę dicitur humilitatem scire, non moleste ferat, quod ecclesię Dei miserationem iussa
cf. Matth. 23, 12. est postulare, quin potius se, ut exaltetur, humiliet et fraternum discat erga sui miserentem servare affectum, quia nos, si tu debitam[k] devotionem et fidelitatis incrementa erga sanctam Romanam ecclesiam et nostram parvitatem observare studueris, te[l] ut fratrem amplectemur et ut carissimum proximum retinemus. Nam et ea, quę[m] pro causa tuę restitutionis synodali decreto Constantinopoli[n] misericorditer acta sunt, recipimus et, si fortasse nostri legati in eadem sinodo contra apostolicam preceptionem egerint[o], nos nec recipimus nec iudicamus alicuius existere firmitatis[6].

259.

Iohannes VIII. papa imperatoribus (Basilio I. et filiis) de pacis soliditate et concordiae unanimitate post Photii patriarchae restitutionem gratulatur, gratias agit de dromonibus in suum adiutorium missis, de restitutione monasterii s. Sergii intra Constantinopolitanam urbem constituti, de Bulgarorum dioecesis oboedientia sibi concessa; auxilium et amorem eorum expetit. *880 Aug. 13.*

τοῦ Ἰούδα αὐτοὺς τάττομεν, ὅτι καὶ ταὐτὸν ἐκείνῳ τετολμήκασιν, οὐ παραδόντες εἰς θάνατον τὸ κυριακὸν σῶμα, ἀλλὰ τοὺς πιστούς, οἵ εἰσιν ὡς μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ, διασχίζοντες καὶ διατέμνοντες ἀλλήλων καὶ οὕτως αἰωνίῳ παραπέμψαντες θανάτῳ, καὶ μᾶλλον ἑαυτούς, ὡς ἐποίησεν ὁ ῥηθεὶς οὐκ ὀρθὸς μαθητής, ἀποπνίξαντες. Οἰόμεθα δὲ μηδὲ τὴν σὴν ἱερότητα ἀγνοεῖν ὡς οὖσαν νουνεχῆ τε καὶ πλήρη σοφίας, ὅτι τὸ καὶ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἐπισκόπους καταπεῖσαι οὕτω φρονεῖν εἰς δυσχέρειαν ἡμῖν οὐ μικρὰν ἐμπίπτει, ὅτι πρᾶγμά τι θειότερον[a] οὕτω ταχέως μεταλαβεῖν οὐδεὶς ἂν εὐκόλως δυνηθείη, [εἰ][b] καὶ βραχεῖ χρόνῳ τὴν ἔναρξιν εἴληφε, καὶ οὐκ ἔστι παγιωθὲν ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν. Καὶ διὰ ταῦτα καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἡμῖν, ἵνα μὴ μετὰ βίας ἀναγκασθῇ τις παρ' ἡμῖν ἐᾶσαι τὴν προσθήκην, ἣν ἔφθασεν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ ἐπιεικείας καὶ
1. Petr. 5, 2. *οἰκονομίας παρασκεύασον τούτους, κατὰ βραχὺ παραινῶν τὸ[c] ἀποστῆναι τῆς βλασφημίας, 'ποιμαίνετε γὰρ τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον οὐκ ἀναγκαστῶς ἀλλ' ἐπιεικῶς, οὐδ' ὡς κατακυριεύοντες τοῦ κλήρου, ἀλλ' ὡς τύποι γενόμενοι', ὁ ἄκρος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἔφη. Τοίνυν οὕτως ἡμῶν κατηγοροῦντες ὡς τοῦτο φρονούντων οὐκ ἀληθείᾳ πρὸς τὴν κατηγορίαν ταύτην κέχρηνται, ὅσοι δὲ περὶ μὲν τῆς ἡμῆς γνώμης τοῦτο οὐκ ἀμφιβάλλουσιν, ἄλλοις δέ τισι τετολμημένον καὶ νῦν καθ' ὑμᾶς καταγγέλλουσιν, οἱ τοιοῦτοι οὐ ψευδῶς λέγουσι. Τῇ σῇ τοίνυν ἀδελφότητι ἁρμόζει μηδέν τι ἔχειν καθ' ἡμῶν σκάνδαλον, μηδὲ ἐκκόπτειν τοῦ λοιποῦ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον συναγωνίζεσθαι ἡμῖν μετ' οἰκονομίας καὶ ἐπιεικείας καὶ τοὺς λοιπούς, ὅσοι τῆς ἀληθείας ἐξέκλιναν, πρὸς αὐτὴν ἐπανάγειν, ἵνα δὴ καὶ τὸν ὑπὲρ τούτου μισθὸν σὺν ἡμῖν ἡ αὐτὴ ἀπολήψεται. Ἔρρωσον ἐν κυρίῳ, αἰδεσιμώτατε καὶ [illegible] ἀδελφέ.*

a) *corr. ex* miramur *R.* b) l *corr. ex* d *R.* c) corr. ex multaque *al. man. R.* d) aut — habita *add. in marg. R.* e) va- *in ras. R.* f) innuens *R.* g) lestum *R.* h) quam *R.* i) abbominabile, *secundum* a *in ras. R.* k) b *corr. ex* u *R.* l) et *R.* m) *corr. ex* eaq; *al. man. R.* n) Constantinopolim *R.* o) egerunt *R; cf. p. 230 l. 5.*

a) *corr. ex θεότερον Hard.* b) *add. Hard.* c) *corr. ex παροινοῦνται Hard.*

1) *Scil. in epistolis a iamdictis legatis delatis nn. 207—211.* 2) *In synodo Constantinopolitana a. 879/80 q. v. pseudosynodus Photiana, cf. Graecas versiones adulteratas epp. 207, 209—211 et Hefele 'Conciliengesch.' IV, 464 sq.* 3) *Haec epistola Photii non exstat.* 4) *Papa in epp. nn. 207—209, ut Photius misericordiam coram synodo peteret, postulaverat, quod ille in Graecis epistolarum versionibus mutaverat.* 5) *Cf. Simplicii pp. epist. ad Iohannem ep. Ravenn. (Dionysii Coll. contin. decr. Simplicii c. 1, ed. Migne LXVII, 321), Jaffé Reg. 583 (351).* 6) *Cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV, 484.*

Cod.: R f. 102' n. 261.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 474 n. 251. Mansi Conc. coll. XVII, 186 n. 251. Migne Patr. lat. CXXVI, 909 n. 296. — Jaffé Reg. 3323 (2543).

AUGUSTIS[a 1].

Post innumeras sollicitudines, quibus nimirum oneratur[b] imperiale fastigium, laudabile clementię vestrę cognoscimus, Christianissimi imperatores, esse propositum, per quod summotis omnibus discordiarum atque zizaniorum seminibus, quę in agro Dominico humani generis inimicus asperserat, sanctę catholicę ecclesię piissimo mentis affectu consulere voluistis. In quo scilicet animi voto ac desiderio, quantum rebus humanis favere providentia divina dignetur, sollicitudo clementię vestrę Spiritu Dei incitata demonstrat[c], quę in catholica ecclesia misericordem per auctoritatem et iudicium sedis apostolicę, quę Christo domino delegante totius ecclesię retinet principatum, nichil inpacatum, nichil voluit esse diversum, cum omnes scismatica pravitate divisos vel zelo quolibet separatos atque dispersos clementi affectione vel studio ad verę pacis soliditatem concordieque sincerissimę unanimitatem revocare et in uno Christi ovili cum proprio cf. Io. 10, 16.
pastore, Photio videlicet confratre et conministro nostro, aggregare curavit. Pro quibus videlicet nostri pastoralis magisterii officium est apud serenitatis vestrę augustalem clementiam assidua semper sollicitudine omnimodis intercedere, ut vestrę pietatis maiestas more Christianissimorum[d] imperatorum benigna circa omnes existat[e] et quasi Deo contemplante populum Domini sibi commissum felici regat semper et gubernet intuitu nec amplius patiatur eos aliquibus sęculi huius procellis illidi aut malignis perturbationibus concuti, quatenus post hoc vite presentis imperium cęleste adipisci et in eternum cum Domino retinere valeatis. Nunc itaque pro tanta devotione animique vestri sinceritate, quam non solum verbis, sed lucifluis etiam operibus circa ecclesiam sancti Petri et nostram paternitatem ostendistis, immensas post Deum serenitati vestrę gratias agimus, primo quidem, quod dromones[f] vestros, qui pro defensione terrę sancti Petri in nostro manerent servitio, nobis misistis[2]; secundo autem, quod monasterium sancti Sergii intra vestram regiam urbem constitutum[3], quod sancta Romana ecclesia iure proprio quondam retinuit, divina inspiratione repleti pro honore principis apostolorum nostro presulatui reddidistis; tertio vero vobis grates multas referimus, quia Uulgariorum diocesim pro amore nostro gratanti animo sancto Petro, ut iustum erat, permiseritis habere[4]. Unde obnixe petimus, ut vestro potenti solacio sanctam Romanam ecclesiam in hoc periculoso tempore in omnibus adiuvare defendereque non dedignemini, quatenus ex hoc vestra imperialis gloria apostolicis suffragantibus[g] meritis per cunctas mundi partes magis ac magis accrescat[h] et apud omnipotentem Dominum dignam retributionem percipiat. Et iterum humiliter petimus, ut in huius bone voluntatis ac pietatis affectu, quem pro amore Dei circa ecclesiam Christi habetis, immobiles[i] permaneatis, quoniam nos augustalem excellentiam vestram ulnis extensis[k] amore paterno amplectimur et honore debito veneramur atque assiduis orationibus nostris iuxta sacrosancta[l] beatorum apostolorum Petri ac Pauli corpora fusis omnipotenti Domino commendare studemus, ut pro tantis beneficiis, quę sancto Petro inpenditis, ipse vobis et in hoc presenti sęculo vestrum

259. a) AGUSTIS *R.* b) honeratur *R.* c) *corr. ex* demonstrant *al. man. R.* d) -rum *in ras. R.* e) ōs ex- *in ras. R.* f) drumones *R.* g) suffragrantibus *R.* h) *in ras. R.* i) b *corr. ex* u *R.* k) existensis *R.* l) o *corr. ex* a *R.*

1) *I. e. Graecis imperatoribus, Basilio I. et filiis, cf. n. 207. — De re cf. Hefele 'Conciliengesch.' ²IV, 483.* 2) *Quos in ep. n. 245 expetierat.* 3) *Famosum, ut videtur, ss. Sergii et Bachi monasterium prope palatium imperiale situm, cf. Mordtmann 'Esquisse topographique de Constantinople (Lille 1892)' p. 55, quod vero Romanae ecclesiae proprium fuisse nusquam alibi traditur; deest etiam in Cencii Libro censuum (ed. Fabre-Duchesne p. 240) inter monasteria Romana urbis Constantinopolis.* 4) *Quod minime duravit, si quidem re vera promissum est.*

sanctum imperium cum omni prosperitate magis ac magis conservet incolume clarisque[a] semper dignetur ubique decorare triumphis et in cęlesti postmodum regione sempiternam gloriam et beatitudinem cum sanctis et electis suis habere concedat. Nam[1] et ea, quę pro causa restitutionis reverentissimi Photii patriarche synodali decreto Constantinopoli misericorditer acta sunt, recipimus et, si fortasse nostri legati[b] in eadem synodo[c] contra apostolicam preceptionem egerint, nos nec recipimus nec iudicamus alicuius existere firmitatis.

DATA IDIBUS AUGUSTI[d], INDICTIONE XIII.

260.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi de litteris adventum eius nuntiantibus gratias agit; missum eius iterum expetit, de Georgii (magistri militum) excommunicati oppressionibus queritur. *880 Sept. 10.*

Cod.: R f. 103' n. 262.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 475 n. 252. Mansi Conc. coll. XVII, 187 n. 252. Migne Patr. lat. CXXVI, 911 n. 298. — Jaffé Reg. 3324 (2545).

EXCELLENTISSIMO ET DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO[a] REGI[2].

Relegentes regalis excellentię vestrę litteras[3] devotionem vestram, quam circa sanctam ecclesiam matrem vestram et circa nostrum pontificium habetis, luce clarius novimus, unde multiplices glorię vestrę gratias referimus. Nam et nos vos semper quasi dilectum et spiritalem filium retinemus et pio mentis affectu desideramus amplecti et pro augenda[b] gloria vestra assidue solliciti incunctanter existimus. Quod autem nobis mandastis, ut vestrum optatum prestolaremur adventum, pro eorum adversitatibus emendandis, qui nobis contraria inferre et qui a nostra dicione homines nostros subtrahere presumunt[4], nos quidem vestrum adventum toto desiderio pro tantis ecclesię Dei necessitatibus, que[c] ad augmentum[d] glorię vestrę sunt emendandę, omnimodo optamus inspicere. Sed sicut vobis nostris iampridem apostolicis litteris suggessimus[5], ut per vestrum idoneum missum nobis direxissetis, cum quo aliquid de ecclesiasticis utilitatibus potuissemus perficere, pro qua causa non eum miseritis, miramur. Quam ob rem petimus, ut[e] eundem missum, antequam veniatis, nobis dirigere non omittatis, ut, cum Deo auxiliante veneritis et nobis simul convenientibus, vera inter nos dilectio utpote inter spiritalem patrem et carissimum filium possit existere. Preterea, postquam Georgius[6] excommunicatus et anathematizatus[7] cum homine Uuidonis[8] est a vobis reversus, assiduo sumus merore turbati, eo quod audacter veniens quasi vestra fultus auctoritate in proprietates olim suas, quę ad ius[f] sanctę Romanę ecclesię Karolo[9] divę memorię imperatore, patruo vestro, concedente conlegaliter pervenerunt et nunc usque iuri nostro defendebamus et tenebamus, temere pariter cum aliis introivit et nostros, qui in circuitu homines existunt, affligere et depredari non cessat[g], unde obnixe rogamus vestram magnitudinem, ut, sicut nobis ore proprio promisistis[10] et per epistolam vestram[11] atque legatos nostros

a) s *supra lineam add. al. man. R.* b) *corr. ex* legator *R.* c) *corr. ex* synodorum *R.* d) AGUSTI *R.*

260. a) GLORIOSI *R.* b) *corr. ex* augendi *al. man. R.* c) *add. supra lineam al. man. R.* d) agmentum *R.* e) u- *in ras. R.* f) *corr. ex* a dius *al. man. R.* g) *corr. ex* cessant *al. man. R.*

1) *Cf. n. 258, p. 228 l. 13 sq.* 2) *De re cf. Dümmler l. l. III², 176.* 3) *Quae non exstant, cf. Mühlbacher Reg.² 1604 (1561) d et 'Verlorene Urk.' n. 235.* 4) *De eisdem marchionum oppressionibus queritur in n. 251, cf. p. 219 l. 27 sq.* 5) *Tam in n. 251 quam in n. 257.* 6) *Magister militum, cf. Dümmler l. l. III², 27.* 7) *In synodo Romana a. 876 una cum Formoso ep., cuius parti favebat, cf. n. 73, p. 68 annot. 10.* 8) *III., Spoletini, cf. n. 257, p. 226 annot. 1.* 9) *Calvo.* 10) *Scil. in conventu Ravennati m. Ianuario 880 (cf. p. 199 annot. 3).* 11) *Cf. annot. 3.*

Liutuuardo venerabili sanctę Bercellensis ecclesię episcopo[1] mediatore existente mandastis, presentaliter nobis adimplere satagatis, quia nos ea, quę vobis promisimus, omnimodis adimplebimus, aut eosdem infideles nostros procul a nobis expellatis, ut nulla nobis adversa vel contraria valeant aliquatenus moliri, quousque Deo propitio vos veneritis.

QUARTO IDUS SEPTEMBRIS, INDICTIONE XIIII.

261.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem ad synodum d. 7. Novembris celebrandam vocat ad causas Deusdedit ducis (Ravennatis) et Maiorani presbyteri responsurum. *880 Sept. 29.*

Cod.: R f. 104 n. 263.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 476 n. 253. Mansi Conc. coll. XVII, 188 n. 253. Migne Patr. lat. CXXVI, 912 n. 299. — Jaffé Reg. 3325 (2546).

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI[2].

Quia bellica, immo Saracena[a] impediente angustia iuxta sacros canones[3], quarto scilicet idus Octobris, synodum, sicut volueramus, celebrare nequivimus, oportune valdeque necessario sane previdimus, ut hanc[b] eandem VII. idus[c] Novembris istius quartę decimę indictionis[4] adiuvante Domino convocemus. Quapropter sanctimoniam[d] tuam hortamur, ut ad idem tempus sine omni mora, immo occasione[e] postposita[d] Romam occurras, quatenus[f] ea, quę ad honorem[g] sive utilitatem sanctę Dei ecclesię pertinent, nobiscum ordines et diffinias et sancti Spiritus gratia revelante voto communi decernas. Interea negotium viri illustris Deusdedit gloriosi ducis[5], qui nostrum[h] pontificium adiit dicens se a tua sollertia pro coniugio suę uxoris, quam illius consanguineam fateris existere, communione privatum, est procul dubio ventilandum, ut, quicquid rei veritas hinc demonstraverit, omnimodis exequamur. Qui pro eo, quod tamdiu apud nos est immoratus et de tua parte, qui rationem redderet, non est inventus, rationabiliter erat a nobis interim absolvendus; tamen, quia in proximo, sicut diximus, synodum, qua hoc cum unanimitate aliorum consacerdotum fratrumque nostrorum et tua est inter alia pertractandum, celebrare debemus, dignius[i] iudicavimus, quod et ipse res[k] expetunt tuum prestolari adventum, ut hoc synodali discutiamus collegio et alterna visione congratulantes pari sententia decernamus; in qua etiam, quicquid supra generum suum habueris, similiter[l] diffiniri iubeamus. Preterea iamdicti viri coniux Maria nomine libellum sue reclamationis[m] per Paulum legatum suum nostro presulatui dirigere procuravit asserens tuam sanctitatem in nuptiis per consensum patris de ea habitis consciam extitisse et tam virum suum quam se, postquam una caro effecti sunt, tam ad spiritalem sive cf. Gen. 2, 24.
Dominicam, quam etiam ad communem[n] mensam sępe non solum admisisse, sed etiam invitasse. Sed et[o] hoc per eundem suum libellum reclamando innotuit, quod Maioranus, qui et Maginpertus diaconus dicitur, in nece sui patris consenserit, petens a nobis ex

---

261. a) sarana *R.* b) hęc *R.* c) VIIdus *R; quod non* VI. idus, *sed* VII. idus *legendum esse ex sequenti epistola (cf. p. 232 l. 14) apparet.* d) sanctimoniam — post- *in ras. R.* e) hoccasione *R.* f) -tenus *in ras. R.* g) *corr. ex* honore *al. man. R.* h) urm *R.* i) -ius *in ras. R.* k) *add. supra lineam al. man. R.* l) *corr. ex* simili *al. man. R.* m) *post* re- *del.* mal- *R.* n) *corr. ex* communionem *al. man. R.* o) *add. supra lineam R.*

1) *De quo cf. n. 224, 253.* 2) *De quo cf. nn. 95, 131, 161, 162, 226.* 3) *Cf. can. apost. XXXVIII (XXXVI), ed. Hefele 'Conciliengesch.' I², 812.* 4) *I. e. d. 7. Novembris 880. — De sententia synodi cf. n. 286.* 5) *Ravennatis, cf. nn. 95, 134.*

hoc convenientem iustitiam et obnixe postulans hoc indiscussum non derelinqui[a], quem videlicet sepissime Bononiensis episcopus[b 1] suę ecclesię famulum quęrere studuit. Harum rerum[c] gratia pręcipimus ipsum diaconum tecum nobis omnimodis exhiberi, ut, quicquid rationis[d] ordo poposcerit, adiuvante Domino canonice ventilemus et synodice statuamus.

DATA III. KALENDAS OCTOBRIS, INDICTIONE XIIII.

262.

Iohannes VIII. episcopos per ducatum Spoletinum et Camerinensem constitutos ceterosque ad synodum Romae d. 7. Novembris celebrandam evocat. *880 Sept. 30.*

Cod.: R f. 104' n. 264.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 477 n. 254. Mansi Conc. coll. XVII, 189 n. 254. Migne Patr. lat. CXXVI, 913 n. 300. — Jaffé Reg. 3326 (2547). Kehr Italia pontificia IV, 4 n. 13.

OMNIBUS EPISCOPIS PER DUCATUM SPOLENTANUM ET CAMERINENSEM ET AD OMNES EPISCOPOS[a] PER DIVERSAS PROVINCIAS CONSTITUTOS[b].

Nolumus ignorare[c] vestram fraternitatem, quia pro multiplicibus sanctę Dei ecclesię necessitatibus septimo idus Novembris[d] istius quarte decime indictionis[2] synodalem conventum Domino adiuvante celebraturi sumus et, cum diversis precipue Saracenorum impedimentis implicati essemus, nequivimus eum[e] suo tempore congregare, dignum duximus[f] ad augmentandas atque perficiendas ecclesiasticas utilitates vel prefato tempore non pretermitti, quominus tanta necessitas sine consultu aliorum confratrum nostrorum indiscussa non remaneret[g], ut vestris salubribus consiliis fulti, quicquid ad honorem Dei et communem utilitatem pertinet[h], communiter perficere satageremus. Quapropter huius nostrę commonitionis[i] sanctitatem vestram exhortamur apicibus, ut solita desidia deposita ad eandem synodum Romam[k] venire non differatis[l], quatenus, sicut diximus, ea, quę agenda sunt, Christo iuvante communiter peragamus et, quę iuxta nostri ministerii officia statuenda sunt, salubriter statuamus. Videte itaque, ne solito neglegenter agatis, ne, si per vos ea, quę honori[m] et statui[n] sanctę Dei ecclesię sunt proficua, inordinata remanserint[o] et, quod non oportet, venire contempseritis, canonicis ictibus non inmerito feriamini.

DATA PRIDIE KALENDAS OCTOBRIS, INDICTIONE XIIII.

263.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) regi de prosperitatibus eius gratulatur, adventum Liutwardi (Vercellensis) episcopi praestolatur, Saracenos a Graecis navali pugna victos esse nuntiat, adventum eius implorat. *880 Oct. 30.*

Cod.: R f. 104' n. 265.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 478 n. 255. Mansi Conc. coll. XVII, 189 n. 245 [l. 225]. Migne Patr. lat. CXXVI, 914 n. 301. — Jaffé Reg. 3327 (2548).

a) dereliqui *R.* b) *corr. ex* ēpis *R.* c) huius rei *add. R; hic emendationem in margine additam in contextum insertam esse manifestum est.* d) *corr. ex* rationes *R.*

262. a) ēps *add. supra lineam nigro atramento al. man. R.* b) CONSTITUTIS *R.* c) ignorore *R.* d) v *corr. ex* b *R.* e) *corr. in* eam *R.* f) *corr. ex* diximus *al. man. R.* g) *corr. ex* remanerent *R.* h) *corr. ex* pertinent *R.* i) *primum -ni- in ras. al. man. R.* k) *corr. ex* Roma *al. man. R.* l) *corr. ex* differamus *R.* m) *corr. ex* honore *R.* n) staui *R.* o) *corr. ex* remanserit *R.*

1) *Iohannes II. tunc sedit.* 2) *I. e. d. 7. Novembris 880, cf. n. 261.*

KAROLO GLORIOSO REGI.

Susceptis glorię vestrę, spiritalis atque desiderabilis fili, nobis directis apicibus[1] atque relectis, quia vos Deo gratias sanitate vigere cognovimus, ineffabili[a] et ultra quam dici possit iocunditate refecti in Domino gratulati sumus et, ut magis ac magis vobis dominus Deus noster prosperitatem tribuat, triumphum de adversantibus concedat et felicia tempora[b] ad regnum pacifice atque iustissime disponendum multiplicet, continuis votis eundem Dominum deprecamur, quia nichil est[c] omnino, fili karissimę, nobis dulcius nichilque amabilius, quam ut vos semper ad defensionem et exaltationem sanctę matris vestrę Romanę ecclesię cognoscamus esse promptissimos et eis, qui eam diversis modis impugnant, libera correptionis ac discipline sententia contraire. Nos autem, licet in innumeris[d] infirmitatibus atque angustiis constituti, Deo gratias [agimus][e] utcumque valemus, sed tunc potius nostra sanitas erit, si vos omni prosperitate, ut diximus, pollere cognoverimus et ad nobis conferendum solacium festinanter occurrere, ut alterna visione loquamur, non pati moras adverterimus. Ceterum, quod dicitis, ut Liutuuardum venerabilem episcopum[2] communem fidelem nostrum ad nos premittatis, valde in Domino gratulamur et, cum eum pro communi utilitate[f] semper desudare cognoverimus, magnum nobis gaudium in adventu[g] illius nascetur, eo quod in ipsius presentia vestram intuebimur excellentiam. Postremo, fili karissimę, quod sciscitamini[h] de Grecis atque Hismahelitis et ceteris quibusque exteris nationibus vel concivibus, qualiter res agatur, brevissime respondemus; sed ut hęc omnia ex intimo corde atque dolenter advertatis, omni mentis conamine exhortamur. Tamen Deo sint grates et laudes, quia Grecorum navigia in mari Hismahelitarum victoriosissime straverunt phalanges et eos, prout Dominus voluit, debellati sunt[3]; sed nos tantum tam ipsi iamdicti Hismahelitę quam alii concives nostri impugnant ac persequuntur, ut extra muros Urbis nullatenus vel qui labore[i] manuum suarum vivere valeant vel qui, ut ita dixerim, Christianitatem suam, sicut decet, observent, egredi libere possint, ac per hoc, immo pro his omnibus, si citissime et omnibus occasionibus omnibusque excusationibus postpositis et contemptis ad omne nobis et huic[k] regioni valde afflictę conferendum solacium non veneritis, procul dubio scire potestis, quia ad peccatum vestrum et damnum omnium hęc terra peribit. Unde pro Deo festinanter iter ad nos veniendi assumite et, ut bella Domini vice[l] illius preliemini, ad beatorum apostolorum limina Deo pręduce pro Christianorum omnium auxilio properate.

DATA III. KALENDAS NOVEMBRIS, INDICTIONE XIIII.

264.

Iohannes VIII. papa Anspertum Mediolanensem archiepiscopum saepius iam Romanae ecclesiae inobedientem arguit, quod monachos quosdam Roma ad monasterium Pultariense revertentes comprehensos in vinculis retineat; praecipit, ut eos abire patiatur.

880 Nov.

Cod.: R f. 105 n. 266.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 479 n. 256. Mansi Conc. coll. XVII, 190 n. 256. Migne Patr. lat. CXXVI, 916 n. 303. — Jaffé Reg. 3329 (2550).

---

263. a) ineffauili *R.* b) *corr. ex* tempore *R.* c) *corr. ex* es *al. man. R.* d) inmuneris *R.* e) *om. R.* f) -e *corr. ex* -i *R.* g) adventum *R.* h) scisscitamini *R.* i) b *corr. ex* u *R.* k) uhic *R.* l) ui[ce] *in ras. al. man. R.*

1) *Quae non exstant. Cf. Mühlbacher Reg.*[2] *1604 (1561) d et 'Verlorene Urk.' n. 236.* 2) *Vercellensem, cf. nn. 224, 253.* 3) *Cf. n. 245, p. 214 annot. 2.*

ANSBERTO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Decuerat te, frater karissimę, pura animi sinceritate eam reverentiam cumque honorem sanctę sedi[a] apostolicę, cui Deo auctore presidemus, cotidie impendere, quę usque ad tua tempora omnes tui predecessores laudabiliter viventes huic ecclesię optulerunt prona mentis devotione, pro qua re eius gremio suscepti quodam[b] pre nonnullis amore dilecti sunt. Sed ecce, quod sine dolore dici non potest, nescio qua antiqui hostis[c] fraude a die ordinationis tue et tempore senectutis contra sanctam Romanam ecclesiam matrem tuam non destitisti nunc inobediens, nunc dolosus te patefacere. Qua necessitate compulsi te corripere apostolico flagello opere pretium duximus[1], sed iterum paterna miseratione te ad nos reducere non pretermisimus, sperantes in te de reliquo nullum vestigium circa nos culpe aliquo modo repperire, quia et professio tua hoc coram nobis iureiurando spoponderat[2]. En, bone vir, aliquid deterius committere non formidasti, cum quosdam monachos nostros nomine Roaldum et Uuarlenum a Roma ad suum monasterium Pultariense[3] iter carpentes comprehensos iusseris diu sub custodię vinculis reservari. Quod quanti piaculi sit, sano intellectu ipse perpende quantumque[d] dedecus sedis apostolicę, quę Christo auctore etiam in barbaras nationes libera semper usa est fungi legatione[e] [4]. Quod nefas malum sub omni celeritate te emendare hortamur et prędictos Dei famulos cum omnibus suis inlesos abire patiaris ad locum miserante Deo suę habitationis et, sicut tuo consilio pro certo eos cognovimus esse innocenter custodię mancipatos, ita te faciente sciamus eosdem funditus et cum competenti honore dimissos.

DATA MENSE NOVEMBRI, INDICTIONE XIIII.

265.

Iohannes VIII. papa Salomoni procuratori Papiae praecipit, ut Rodoaldum et Warlenum monachos (Pultarienses) in custodia ab eo retentos sine mora dimittat.

880 Nov.

Cod.: R f. 105' n. 267.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 479 n. 257. Mansi Conc. coll. XVII, 191 n. 257. Migne Patr. lat. CXXVI, 916 n. 304. — Jaffé Reg. 3330 (2551).

SALOMONI PROCURATORI PAPIĘ[5].

Apostolica tibi auctoritate precipimus, ut monachos nostros[6], id est Rodoaldum et Uuarlenum, quos spreto Dei timore a liminibus[a] sanctorum apostolorum ad suum monasterium revertentes et simpliciter per viam gradientes comprehendere ausus fuisti et in custodia retinere[b], sine omni mora et dilatione dimittas cum omnibus suis reverti ad suum monasterium sanos atque inlesos, quia tantum scelus et iniuriam pro hac re in sede apostolica commisisti, quod[c] iuste carere debueras consortio omnis Christianitatis. Et, fatemur, si hoc continuo non emendaveris, a perceptione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi et introitu ecclesię te prohibebimus.

DATA MENSE NOVEMBRI, INDICTIONE XIIII.

264. a) sedis *R.* b) *corr. ex* quedam *R.* c) ostis *R.* d) *corr. ex* quantusque *al. man. R.* e) legationem *R.*

265. a) ab omnibus *R.* b) *corr. ex* retineri *al. man. R.* c) *corr. ex* pro quibus *al. man. R.*

1) *Sententia excommunicationis in synodis d. 1. Maii et d. 15. Octobris 879 prolata, cf. nn. 188, 228, 247, 248.* 2) *Quando Anspertus, pro quo Karolus III. frustra petierat (cf. n. 233), ab excommunicatione solutus sit, nescimus, cf. Dümmler l. l. III², 181.* 3) *'Pouthières', cf. supra nn. 218, 219, 221.* 4) *Cf. supra n. 84, p. 80 l. 10.* 5) *De procuratore cf. E. Mayer 'Italien. Verfassungsgesch.' I, 297 sq. et praecipue p. 299 annot. 80.* 6) *Pultarienses, cf. n. 264.*

266.

Iohannes VIII. papa Adelbertum marchionem (Tusciae) ab excommunicatione absolvit et similiter homines eius, si emendationem usque ad d. 15. Martii fecerint. *880.*

Cod.: R f. 105' n. 268.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 480 n. 258. Mansi Conc. coll. XVII, 191 n. 258. Migne Patr. lat. CXXVI, 917 n. 305. — Jaffé Reg. 3331 (2552). Kehr Italia pontificia III, 3 n. 7.

ADELBERTO MARCHIONI[1].

Te vero quia conversum et fidelem circa sanctam Romanam ecclesiam et nos cognovimus, absque tenore ab omni excommunicatione absolvimus[2], hominibus tuis sub eo tenore sacram reddimus communionem, ut omnem emendationem, sicut promissum est, facere quindecim dies[a]* intra mensem Martium[b] omnino accelerent. Quodsi hoc facere neglexerint[c], omnes sub eadem excommunicatione permaneant, donec iterum de perpetratis malis plenam faciant satisfactionem.

DATA UT SUPRA, INDICTIONE XIIII.

267.

Iohannes VIII. papa (Karolum III. regem) nimia festinatione Romam properare miratur; monet, ut omnia per legatos suos ei directos adimpleat ad honorem Romanae ecclesiae nec prius terminos s. Petri transgredi praesumat. *881 Ian. 25.*

Cod.: R f. 105' n. 269.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 480 n. 259. Mansi Conc. coll. XVII, 191 n. 259. Migne Patr. lat. CXXVI, 919 n. 309. — Jaffé Reg. 3333 (2556).

Susceptis litteris glorię vestrę[3], quibus vos plena intentione monstratis ad limina apostolorum festine, immo potius precipiti gressu velle[a] convolare, quapropter attoniti vel magis[b] stupefacti miramur decentiam vestram terminos[c] patrum transcendere[d] et (cf. Prov. 22, 28.) lineam generis vestri superbo[e] spiritu conculcare et in deterius, non in melius prorsus convenire. Et ecce dolenter cum apostolo conpellor dicere: 'In novissimis temporibus (2. Tim. 3, 1–2.) instabunt tempora[f] periculosa, in quibus erunt homines semetipsos amantes' et 'quęrentes (Phil. 2, 21.) quę sua sunt, non quę Iesu Christi'. Sed nos te, fili karissimę, in viscere Christi pluri- (cf. Phil. 1, 8.) mum diligentes ad ea te provocare gestimus, quę animę vestrę proficiant ad salutem. Legatos sane e latere nostro plene instructos direximus, quibus omnia ad purum credere non ambigatis in his, que[g] verbotenus et[h] scriptis capitulariter dedimus in mandatis[4]. Qua de re paterno affectu monemus, ut omnia, sicut vobis direximus per eosdem legatos, adimplere[i] omnino curetis, ideoque scitote, quoniam, si pleno iure cuncta, quę destinavimus, non adimpleveritis[a], nos enimvero, quantum in nobis est, zelo Dei succensi ea,

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

266. a) diem *R.* b) *sic R; verba* quindecim diem *fortasse in margine addita erant.* c) *corr. ex* neglexerit *R.*

267. a) et velle *R.* b) magi *R.* c) o *corr. ex* u *R.* d) n *add. supra lineam R.* e) superuo *R.* f) *corr. ex* temporę *al. man. R.* g) hisque *R.* h) -t *in ras. R.* i) *corr. ex* adinplere *R.* k) -ve- *in ras. al. man. R.*

1) *Tusciae, de quo cf. nn. 22, 24, 83, 87, 171.* 2) *Unde nostram epistolam ad idem fere tempus ac n. 171, i. e. ad a. 879, mutata indictione ex XIIII in XIII referendam esse conicit Dümmler l. l. III², 92, nullis tamen validioribus nisus argumentis.* 3) *Scil. Karoli III., qui iam d. 4. Ianuarii trans Padum Regii versabatur (cf. Mühlbacher Reg.² 1609 [1566]) et iter Romam arripuerat, cf. Dümmler l. l. III², 179. Litterae Karoli non exstant, cf. Mühlbacher Reg.² 1609 [1566] a et 'Verlorene Urk.' n. 237.* 4) *Quaenam fuerint singula legatorum mandata, nescimus, sed Karolum eis obtemperavisse verisimile est, cf. Dümmler l. l. III², l. l. 180.*

quę[a] ad honorem sanctę Romanę ecclesię pertinent, exaggerare penitus satagemus, a quibus nos nulla ferocitas, nulla malorum hominum comminatio, donec spiritus regit artus, poterit sequestrare. Quod iussionem[b] nostri pontificii ingenti presumptione obsurdam cf. Ps. 57, 5. posuisti, omnimodis temetipsum proprio iaculo reverberasti et velut aspis surda saluti[c] tuę congruentibus aurem non accommodasti. Sed quid plura? Iterum adque iterum inhibendo[d] apostolica auctoritate precipimus, terminum[e] sancti Petri ad ingrediendum animum vestrum non incitetis[f], quousque predicti legati nostri ad nos revertantur omnia nobis renuntiaturi itemque alios ad vos transmittere curemus[g].

DATA VIII. KALENDAS FEBRUARII, INDICTIONE XIIII.

268.

Iohannes VIII. papa Ludovico (III.) et Karolomanno regibus (occidentalis Franciae) et Hugoni abbati (s. Germani Autissiodorensis) rogatu Karoli (III.) imperatoris praecipit, ut Angilbergam imperatricem Romam sub tutela s. Petri constitutam remittant, quae, si Bosoni aut alii homini ad perturbationem regni auxilium porro praeberet, reddenda sit.
881 Mart. 12.

Cod.: R f. 106 n. 270.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 483 n. 263 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 501 n. 68. Mansi Conc. coll. XVII, 194 n. 263. Migne Patr. lat. CXXVI, 924 n. 315. — Jaffé Reg. 3340 (2562).

HLUDOUUICO[1] ET KAROLOMANNO[2] REGIBUS[3] ET HUGONI ABBATI[4].

Nosse volumus vestram dilectionem, quia spiritalem filium nostrum Karolum serenissimum imperatorem[5] Rome nobiscum degentem rogavimus, ut spiritalem filiam nostram Angelbergam Deo devotam[6], quę se sancto Petro apostolo et nobis cum suis omnibus commendaverat, quam etiam coniux illius, dive memorię Hludouuicus[a] augustus, adhuc vivens nostrę tuitioni specialiter summiserat, ab exulatu[7] reduceret et apud nos eam Romam, ubi nulla iam de illa sinistra suspicio oriri posset, pro amore Dei et Christi clavigeri[que][b] ipsius beati Petri apostoli simulque nostro dirigeret. Quod ille libenter se facturum promittens, quantum comperimus, vestrum super hoc prestolatur[c] assensum; et quidem nos de communi dilectione et pace sive concordia vestra gaudemus et Deo pro hoc innumeras grates referimus; sed tantum de ipsius spiritalis filię nostrę recuperatione et reditu vos deprecamur, quantum, si ipsa ad nos reducta fuerit, ut nichil penitus iam vel contra eundem imperatorem vel contra vos agere possit, nostris vos adtestationibus certissimos reddimus. Idcirco iuncta vestra devotio cum eiusdem augusti obedientia absque omni protelatione iamdictam Deo devotam feminam ad limina apostolorum, a quorum confessione altarium nostro semper tuendam presidio suscepimus[8], pro amore Dei et nostro remittere, quantum in vobis est, non omittatis, quia, si hic apud nos rediens habitaverit, tanta custodia circumspecta, nobis credite, erit, ut nec Bosoni[9] nec alii homini ad perturbationem imperii sive regni quodlibet adiutorium vel

a) *corr. ex* eaq; *al. man. R.* b) iusionem *R.* c) salutis *R.* d) inhibenda *R.* e) *fortasse et hic legendum est* terminium, *cf. n. 257, p. 225 annot. g.* f) *corr. ex* incetetis *R.* g) cure *R.*
268. a) -c- *in ras. R.* b) *om. R.* c) *corr. ex* prestolaturus *al. man. R.*

1) *III. († 882).* 2) *† 884.* 3) *Occidentalis Franciae, filiis Ludovici II. Balbi († 879).* 4) *De quo cf. nn. 105, 219, 220.* 5) *III., d. Febr. (12.) coronatum, cf. Mühlbacher Reg.² 1609 (1566) a.* 6) *Viduam Ludovici II. imp.* 7) *In Alemanniam exiliata erat, teste Hincmaro in Ann. ad a. 882 (ed. Waitz p. 153), quia Bosoni generi suo (cf. n. 94, p. 89 annot. 4) favebat, cf. Dümmler l. l. III², 181, Lapôtre, 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 344.* 8) *A. 874 Veronae, cf. n. 293, Mühlbacher Reg.² 1263 (1228) b.* 9) *Qui et ipse prius imperium adipisci ambiverat, cf. n. 110, et postea regnum Provinciae sibi usurpaverat, cf. p. 226 annot. 3.*

auxilium verbis[a] aut scriptis[b] prębere quoquomodo valeat. Verumtamen unum est, quod vobis veraciter et, unde occasionem vos ad nos contemnendum non possitis assumere, nunc ecce preponimus, scilicet si eandem Angelbergam vel in modico contra imperialem aut vestram voluntatem adversi quippiam moliri aut velle manifestis cognoverimus indiciis, pręsentaliter illam reddere ac remittere imperialibus satagemus optutibus, quatenus, quę disciplinam forte recipere, quod nec optamus, distulerit, non solum mundana vestra iudicia non evadat, verum etiam nec nostram miserationem, quę delinquentibus parcere consuevit, inveniat. Ideoque, karissimi filii, estote in hoc nostri cooperatores et adiutores et audiat nos continuo excellentia magnitudinis vestrę, ut et vos a Domino exaudiri mereamini et per felicia tempora regni gubernacula moderantes cum Christo regnum, quod finis nullus angustat, intercedentibus beatis apostolis capessere valeatis.

DATA IIII. IDUS MARTII, INDICTIONE XIIII.

269.

Iohannes VIII. papa Mediolanensibus nuntiat se Hadericum presbiterum et abbatem ss. Gervasii et Protasii atque Simpliciani et xenodochii ss. Cosmae et Damiani iniuste calumniatum cum omnibus beneficiis et possessionibus sub tutela sedis apostolicae suscepisse. *881 (Feb.)*

Cod.: R f. 106' n. 271.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 484 n. 264. Mansi Conc. coll. XVII, 195 n. 264. Migne Patr. lat. CXXVI, 926 n. 317. — Jaffé Reg. 3342 (2564).

OMNIBUS REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ET SACERDOTIBUS SEU CLERO AC POPULO SANCTĘ MEDIOLANENSIS ECCLESIĘ.

Boni patrisfamilias[a], quem bene et fideliter laborantes remunerasse agnoscimus, informati exemplo ex apostolicę auctoritatis et miserationis magisterio seu benivolentia omnibus, quos pro ecclesię Dei utilitatibus fideliter desudare conspicimus[b], subvenire[c] debentes opportunum ac necessarium nos oportet prebere auxilium. Igitur quia te, Hadericum venerabilem[d] pręsbiterum et abbatem sacrorum monasteriorum beatorum scilicet Gervasii[e] et Protasii[1] atque Simpliciani[2] necnon et xenodochii[f] sanctorum Cosme et Damiani[3] quod Romanorum dicitur et aliorum tuorum beneficiorum vel patrimoniorum[g] infra vel extra civitatem Mediolanensem constitutorum fideli devotione totoque mentis conanime pro pristino statu et vigore atque restitutione sanctę Mediolanensis ecclesię ter quaterque in obsequio Ansperti reverentissimi archiepiscopi tui atque confratris nostri devotum atque in omnibus fidelissimum permanere atque decertare omnino et evidenter comperimus et legationem[h] Ambrosianę ecclesię catholica[i] fide te, prout vires suppleverunt, ardentissimo amore explere crebro cognovimus[k] et ob[l] hoc aliquos contumacię livore adversum tuam commotos esse dilectionem vel ob aliis causis invidię, qui et modo labiis dolosis zeli contra te concitati et postmodum

a) verbi *R.* b) scribtis *R.*

269. a) patrifamilias *R.* b) *corr. ex* conspicimur *al. man. R.* c) v *corr. ex* b *R.* d) benerabilem *R.* e) v *corr. ex* b *R.* f) ex senedochio *R.* g) alia tua beneficia vel patrimonia *R.* h) *corr. ex* legati *al. man. R.* i) catholicę *R.* k) cognovimur *R.* l) ab *R.*

1) *Hodie 'S. Protaso ad monacos', cf. 'Cenni sull' origine della chiesa di S. Protaso ad Monacos, aggiuntevi infine alcune notizie sullo scoprimento e sul luogo ove sono sepolti i corpi de' ss. martiri Protasio e Gervasio (Milano 1829)'.* 2) *Antiquissima haec monachorum ord. s. Benedicti ecclesia, in qua iam saec. VII episcopi sepulti sunt (cf. MG. SS. VIII, 103), inscriptionem saec. IX marmoream etiamnunc servat (ed. Forcella 'Iscrizioni delle chiese di Milano' IV, 102).* 3) *Duas huius tituli ecclesias recenset Forcella l. l. I, 191 et IV, 217.*

callidis argumentis nocivam tibi molliuntur, nostro[a] statuto decernimus atque Dei omnipotentis auctoritate beatique Petri apostolorum principis et nostra sanctione statuimus nulli umquam archiepiscoporum vel sacerdotum aut cuiuslibet ordinis clericorum eiusdem sanctę Mediolanensis ecclesię nec aliarum ecclesiarum neque alicui magne parveque persone cuiuscumque honoris prędite dignitate esse licitum pro tue laudabilis devotionis affectu et pro tue fidei sinceritate atque caritatis certamine, quod pro ipsius ecclesię utilitate nostris te[b] diebus habuisse[c] cognovimus, aliquam tibi quocumque modo vel sub ecclesiasticarum[d] rerum obtentu[e] inferre calumniam aut his prefatis, quę pro tui digni laboris merito retines, beneficiis et patrimoniis vel aliquibus[f] propriis rebus mobilibus[g] privare, sed diebus vitę tuę secundum auctoritatis[h] nostrę decretum pro amore Dei et mercede animę nostrę tuaque fidelitate, quam tuę te novimus[i] habere ecclesię, liceat tibi sub apostolicę sedis successorumque nostrorum tutamine cum propriis beneficiis et cum omnibus tuis hominibus utriusque ordinis manere quietum atque securum. Porro quicumque contra hoc[k] nostrum statutum temerario ausu agere teque pro huiusmodi negotio calumniare presumpserit, omni eum ecclesiastica iudicamus communione carere, quousque per congruam satisfactionem in nostra successorumque nostrorum presentia, quod perperam leserat[l], emendare curaverit. Et ideo nostra etiam apostolica auctoritate precipimus te nusquam cuiuslibet episcopi vel sacerdotis subiacere iudicio, quousque in nostram vel successorum nostrorum libere ac securiter sine alicuius obstaculo vel inpedimento presentiam venias.

DATA UT SUPRA.

270.

Iohannes VIII. papa Ansperto Mediolanensi archiepiscopo pro Ioseph de Vercellensi ecclesia deiecto, nunc permissu Karoli (III.) regis in Astensi ecclesia electo episcopo, assensum apostolicum petenti annuit. *881 Feb. 15.*

Cod.: R f. 107 n. 272.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 481 n. 260. Mansi Conc. coll. XVII, 192 n. 260. Migne Patr. lat. CXXVI, 920 n. 310. — Jaffé Reg. 3334 (2557).

ANSPERTO MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO.

Consultationis tuę, qua nos super Ioseph nuper in Bercellensi[a] ecclesia ordinati[1] nova nunc electione vel ordinatione in ecclesia Astensi consulere voluisti, perspectis suggestionibus, quibus[b] super hoc nostrę auctoritatis consultum requiris, canonicum iudicamus et nostris tibi decretis convenienter propitia divinitate respondimus[c]. Fuerat autem de illo primum, ut ipse mecum advertis, quoddam[d] inregulariter institutum, sed nos apud beatum Petrum apostolum cum sancta synodo[2] residentes salubri potiti consilio et animositatem illius correximus, et misericordię fomenta gratia sancti Spiritus revelante protinus adhibuimus, scilicet ut eo in pristinum ordinem reducto, si alium episcopatum ei concedere voluisses et cleri vel populi vota hunc sibi concorditer in episcopum expeterent, et eligeretur et, sicut qui nichil ab ordinatore prius acceperit, in episcopum crearetur. Interea accidit, ut Astensis ecclesię rectore proprio obeunte[3] permissu Karoli gloriosi regis[4] idem Ioseph post electionem cleri et expetitionem populi in eadem ecclesia

a) nostri *R.* b) $\overline{nr}$ iste *R.* c) abuisse *R.* d) -st- *in ras.*, -carum *corr. ex* -cum *R.* e) b *corr. ex* p *R.* f) a quibus *R.* g) mouilibus *R.* h) -is *in ras. R.* i) v *corr. ex* b *R.* k) *add. supra lineam al. man. R.* l) iesserat *R.*

270. a) bercellensis *R.* b) -bus *in ras. R.* c) *in ras. al. man. R.* d) quidam *R.*

1) *Cf. nn. 247, 248.* 2) *D. 15. Octobris 879 celebrata.* 3) *Aldovino c. 878—81.* 4) *Scil. tunc rege, qui tamen paucis, ante quam haec epistola scriberetur, diebus in imperatorem coronatus erat, cf. Mühlbacher Reg.*[2] *1609 (1566) a.*

deberet ordinari episcopus, tua fraternitas tam nostra absolutione quam etiam ipsius regis exhortata monitionibus hoc libenter admisit[a] et canonice iussa complere conata est. Quod quia nunc sententiam nostram tu quoque secutus et regalem permissionem devote, sicut condecet[b], es amplexatus, pręfatum Ioseph presbyterum sanctę ecclesię Astensi episcopum pręfecisti, et ordinationem illius ratam haberi decernimus, et omnium ora contra hoc quoquo modo mussitantia[c] apostolica auctoritate obstruimus, quia, sicut de irregulariter quibuslibet habitis nos ad hęc corrigenda zelus iustitię excitat, ita de bonorum virorum laudabilibus factis gratia divina lętificat. Nam et sedes apostolica, iuxta quod sanctus Leo papa scribit[1], hanc temperantiam servat, ut et sęverius[d] agat cum obduratis, et veniam cupiat pręstare correctis. Et ideo his omissis de prelibati Ioseph iterata creatione sanctitas tua in nullo penitus hesitet, quia hanc et nos approbatam admittimus, et ab omnibus admittendam esse mandamus, quia, quod non ostenditur per inpositionem manus illius, qui tempore suę ligationis, quod dare visus est, ut ita dixerim, non habuit gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum.

DATA XV. KALENDAS MARTII, INDICTIONE XIIII.

271.

Iohannes VIII. papa Anselmo archidiacono Mediolanensi praecipit, ut ad gremium ecclesiae suae redire festinet. *881 (Feb.)*

Cod.: R f. 107' n. 273.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 482 n. 261. Mansi Conc. coll. XVII, 193 n. 261. Migne Patr. lat. CXXVI, 922 n. 312. — Jaffé Reg. 3335 (2559).

ANSELMO ARCHIDIACONO MEDIOLANENSI[2].

Missa presulatui nostro suggestione Anspertus sanctę Mediolanensis ecclesię reverentissimus archiepiscopus, cuius minister esse videris, super te questus est, quod inter ceteras perturbationis[a] molestias[b] a te sibi temere illatas et post rerum[c] suarum damna non modica nunc propria derelicta[d] ecclesia ab eius te obsequio et consortio separare et velut scismaticus per alienas parroechias contra canonica statuta[3] commorare presumpseris[e] necnon et aput principalem[f] potentiam properando noxias illi preparare[g] insidias callida[h] persuasione decertes. Unde[i] his nostris apostolicis litteris dilectionem tuam paterno affectu convenimus, nichilominus et cum omni iubemus[k] imperio, ut de presenti ad sinum et gremium sanctę Mediolanensis ecclesię matris tue, quam furibundo animo reliquisti, valde devotus redire festines atque[l] sub proprii pastoris regimine vel pręsentia esse omni mentis alacritate decertes[m] et utpote idoneus minister humili prorsus devotione debitum iuxta ordinis tui locum reverenter inpendas obsequium et obedientię famulatum, quatenus eius gratia potitus[n] omnipotenti Domino de officii tui assiduitate semper placere valeas. Quodsi aliter contra precipuas et non violandas

a) amisit *R.* b) condocet *R.* c) musitantia *R.* d) -ius *in ras. R.*

271. a) b *corr. ex* u *R.* b) modestias *R.* c) *in ras. al. man. R.* d) *in ras. al. man. R.* e) -s *in ras. R.* f) *corr. ex* principales *al. man. R.* g) -ra- *corr. ex* -re- *R.* h) *secundum* a *corr. ex* e *R.* i) Undes *R.* k) b *corr. ex* u *R.* l) t *corr. ex* d *R.* m) *corr. ex* decertas *al. man. R.* n) -titus *in ras. al. man. R.*

1) *Epist. ad Pulcheriam aug. c. 2 (Migne LIV, 787) Jaffé Reg. 425 (203).* 2) *Idem verisimiliter est, qui defuncto Ansperto d. 7. Decembris 881 (cf. Ughelli Italia sacra IV, 88) m. Martio 882 in cathedram archiepiscopalem exaltatus est, cf. Fumagalli-Amoretti 'Cod. dipl. Sant'Ambrogiano (Milano 1805)' p. 530, et infra n. 310.* 3) *Cf. can. apost. XV (XIV), ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 804.*

sanctorum patrum institutiones atque[a] contra hanc nostram saluberrimam iussionem agere presumpseris et ad tuam ecclesiam tuumque pastorem, sicut regula ecclesiastica docet, redire contempseris, scias te Dei omnipotentis virtute et beati Petri apostolorum principis nostraque auctoritate atque[b] canonico[c] patrum iudicio fore omni ecclesiastica communione[d] privatum, quousque, ut predictum est, ad[e] tuam ecclesiam redire tuoque pastori humilitatis colla subdere omnino studueris, quoniam ferro necesse est ut abscidantur vulnera, quę utillimam[f] fomentorum non senserint[g] medicinam.

272.

Iohannes VIII. papa Attoni excommunicato praecipit, ut ad obedientiam Ansperti archiepiscopi cum complicibus suis redeat. *881 Feb. 15.*

Cod.: R f. 108 n. 274.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 482 n. 262. Mansi Conc. coll. XVII, 193 n. 262. Migne Patr. lat. CXXVI, 921 n. 311. — Jaffé Reg. 3336 (2558).

ATTONI EXCOMMUNICATO.

Missa presulatui nostro ab Ansperto sanctę Mediolanensis ecclesię archiepiscopo relatione atque suggestione didicimus te multa[a] per horrendę temeritatis inpudentiam sive audaciam egisse illicita et in contemptu beati Ambrosii atque ipsius antistitis contrarietatem in locis et rebus ei pertinentibus mala et quęque poteras inormiter una cum filiis tuis commisisse adversa. A quorum scilicet perpetratione assidua te quasi ovem gregis[b] Dominice multis iam vicibus arguendo obsecrando et increpando convenire atque removere curavit, ne antiqui hostis callida persuasione semel deceptum in profundę mortis baratrum lapsum iacere omitteret. Sed quia sanctę ammonitionis verbis[c] salu- [cf. Ps. 57, 5.] bribus humili prorsus devotione non obędire neque aurem cordis velut aspidem surdam inclinare vel adquiescere nolle aspiciens[d], post tot correptiones una cum venerabilium coepiscoporum cętu a sacrosancti corporis et sanguinis Domini secundum institutionis paternę censuram communione separavit et ab ecclesię Dei societate merito removit [cf. Rom. 2, 5.] et adhuc in eadem sorde iniquitatis fetidum et vulneratum te dolet iacere cordeque[e] inpęnitenti nolle ad te percutientem reverti aspiciens, clamat, ut per salutis medicamen animi tui valeat vulnera male inflicta sanare. Unde et nos pastorali sollicitudine atque confratris[f] nostri archiepiscopi hoc presenti dilectione commoti auctoritatis nostrę [cf. Marc. 10, 5; 16, 14.] statuto iubemus, ut tanta perversitate et cordis duritia iam procul abiecta, quoniam hactenus[g] Dei timore postposito multos tuę iniquitatis lepra coinquinasti et tantorum malorum auctor esse non dubitasti, precipimus te cum omni celeritate reverti ad veram prefati pontificis tui satisfactionem cum filiis et tuis omnibus complicibus, quorum incentor adhuc malorum post tantas correctiones esse non timuisti, et eius salubribus monitis subditus et subiectus existas[h], omnibus tamen ecclesię depredationibus in integrum restitutis et secundum ipsius ecclesię privilegium emendatis[i] atque solutis. Quodsi post huius nostrę preceptionis relectam epistolam in tua iniqua obstinatione perdurans, ut dictum est, ad prefatum pontificem tuum redire satisfaciendo contempseris, ex auctoritate Dei Patris et Filii ac Spiritus sancti virtute beatorumque apostolorum Petri ac Pauli et omnium sanctorum patrum nostraque apostolica sanctione secundum iamdicti dilecti

---

a) *corr. ex* adque *al. man. R.* b) *corr. ex* adque *al. man. R.* c) canonicum *R.* d) *corr. ex* communionem *R.* e) *corr. ex* at *al. man. R.* f) *corr. ex* ut illi manum *al. man. R.* g) *corr. ex* senserit *R.*

272. a) *corr. ex* mulenta *R.* b) -gi- *in ras. R.* c) r *corr. ex* l *R.* d) -ens *in ras. R.* e) *corr. ex* corde quę *R.* f) *corr. ex* confri *R.* g) actenus *R.* h) *corr. ex* existat *R.* i) *corr. ex* hemendatis *R.*

confratris nostri archiepiscopi et episcoporum sententiam iam olim in te prolatam iubemus te cum filiis et complicibus[a] tuis omni ecclesiastica esse communione privatum et a cetu atque societate omnium Christianorum utpote tantorum malorum perpetratores inconvertibiles seclusos et damnatos existere, quousque omnia, quę perperam gessistis, emendando kanoniceque satisfaciendo veniam condignam percipere mereamini.

DATA XV. KALENDAS MARTII, INDICTIONE XIIII.

273.

Iohannes VIII. papa Athanasium episcopum Neapolitanum instantius imprecatur, ut foedus cum Saracenis factum tandem dissolvat, neve eis, qui in Berolassi commorantur, faveat. *881 Mart. 14.*

Cod.: R f. 108' n. 275.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 485 n. 265. Mansi Conc. coll. XVII, 196 n. 265. Migne Patr. lat. CXXVI, 927 n. 318. — Jaffé Reg. 3343 (2565).

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Iam quia te lactantium et ab ipsis cunabulis educantium sanctę matris tuę Romanę ecclesię oblitus es uberum, vel nostrę benivolentię[a] non debueras oblivisci, quam tibi paternaliter exhibentes et salutis tuę consulta previdimus et in temporalibus commodis iuxta qualitatem temporis presidia quęque contulimus. Et quoniam cooperatorem nostrum in his, quę Dei sunt, te habere volentes[b] nimisque tuam sanctimoniam diligentes[b], monemus, ut vel nunc ad cor redeas, ut prava queque iuxta tuum ministerium diluas et inimicorum cf. Is. 46, 8.
Christianorum nominis fędus execrando devites[1], quatenus et animę tuę lucrum adquiras et nostris magis ac magis affectibus perfrui valeas et blasphemiis ac maledictionibus reliquiarum populi Christiani divinitate propitia careas. Memento, quęso, quid es, memento quid, si non resipueris, eris et iudiciorum Domini memor esto, ne pro tantis Deo rationem reddere cogaris, quanti per tuam desidiam interempti sunt et captivi ducti diversis mortibus[c] perierunt. De quorum crudelitate quid dicere possumus? Cum tanta hinc flenda sint et lugenda, ut, si scribere volumus, et lacrimarum rivuli crescent, et primum charta quam verba deficient. Denique apud Kaietam* olim nobis necessario constitutis[2] legati tui promiserant[d], ut intra spatium viginti dierum non solum cum Agarenis habitum pactum dissolveres, verum etiam Saracenos caperes et nobis eos transmitteres. Sed ecce, quod promissum est, fide hactenus caruit et omnium sponsionum tuarum dicta cassata sunt et, ut apparet, frustrata. Unde, sicut diximus, cesset iam, cesset hęc inmanissima pestis, ut reliquię Christianę funditus non depereant et tu animę tuę dispendia non incurras[e], quia, si populo Dei compassus fueris, et Deum tibi propitium facies et nostram paternitatem solito more percipies et ministerium tuum custodies; alioquin non solum nostra tibi non dimittemus, sed etiam canonicam in te sententiam iuxta nostrum ministerium iaciemus. Sed et hoc nostri apostolatus auctoritate monemus et excommunicando modis omnibus interdicimus, ut, quia 'ecce tempus acceptabile est, 2. Cor. 6, 2.
ecce nunc dies salutis', nullam seditionem, nullam commotionem, nulla discrimina vel

*) *In marg. add. manu correctoris* N(ota) Caietam *R; cf. NA. XXXVI, 97.*

a) cumplicibus *R.*

273. a) uenivolentię *R.* b) *sic R; cf. n. 254, p. 222 l. 5.* c) b *corr. ex* s *R.* d) *corr. ex* promiserat *R.* e) *corr. ex* incuras *R.*

1) *Athanasius igitur ad foedus Saracenicum, quod a. 879 ruperat (cf. nn. 230, 249), a. 880 continuo redierat.* 2) *Hoc iter Caietanum, quod etiam in ep. n. 279 laudatur, ad a. 880 referri debet (cf. annot. 1), non ad iter illud Traiectum et Capuam m. Octobri 879 factum (cf. nn. 213—216, 256).*

lesionem cum his, qui in Berolassi[a][1] commorantur, aut facias aut facientibus omnino consentias, quatenus pacem sectando ab omni nequitia purgatus munus Deo immaculatum offeras et caritatem Dei in tuo vase diffusam cohabitare permittas, quia nos, quibus de omnibus cura est, Deo iuvante[b] congruenter illuc properabimus et inter vos te potissimum cooperante pacem et amicitiam reformabimus.

DATA PRIDIE IDUS MARTII INDICTIONE XIIII.

274.

Iohannes VIII. papa Adelchisio episcopo Tridentino nuntiat se causam eius, invasionis scilicet rerum Veronensis ecclesiae, quibusdam episcopis diffiniendam tradidisse.

881 (Mart. in.)

Cod.: R f. 109 n. 276.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 486 n. 266. Mansi Conc. coll. XVII, 197 n. 266. Migne Patr. lat. CXXVI, 923 n. 314. — Jaffé Reg. 3339 (2561).

ADELCHISIO EPISCOPO TRIENTANO[2].

Suggerente coepiscopo nostro Adelardo Veronensi episcopo[3] didicimus sanctitatem tuam aliter egisse quam se canonica immo Christiana observantia habere videtur, quia scilicet contempto precedentium patrum iudicio, cui ipse interfuisse dinosceris[4], res quasdam ad sanctam Veronensem ecclesiam pertinentes invasisse diceris et contra manus tuę subscriptionem te egisse quodammodo suspicaris. In quarum rerum diffinitione, si sedis apostolicę legati non interessent, speraremus adhuc posse nos aliorum certificari super hoc actestationibus; sed quia hoc non esse oportunum previdimus[a], Iohanni Bononiensi[5], Egilulfo Mantuano[6], Eikardo Vicentino[7] et Viatori Ferrariensi[8] venerabilibus episcopis ad hoc secundum Deum providendum et, quantum ad contemptum inobędientium pertinet, rursum diffiniendum, vicem nostram super hac questione commisimus, ut in[b] id ipsum convenientes hoc litigium cum sanctitate tua[c] determinent et irreprehensibiliter Deo pre oculis habito diffinire procurent. Quapropter fraterno te amore monemus, ut in hoc ita peragas, quatenus[d] a nobis merito reprehendi non possis et canonicam sententiam non excipias, verumtamen ad locum, quem predicti venerabiles episcopi tibi significaverint, occurrere non omittas. Et de eisdem rebus Asianę villę[9] respondeas[e], ut ex hoc iam nulla questio prorsus remaneat vel renascatur.

DATA UT SUPRA.

275.

Iohannes VIII. papa Iohanni Bononiensi, Egilulfo Mantuano, Eicardo Vicentino, Viatori Ferrariensi episcopis controversiam inter Adelardum Veronensem et Adelchisium Tridentinum episcopos de villa Asiana diffiniendam committit. 881 Mart. 4.

Cod.: R f. 109' n. 277.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 487 n. 267. Mansi Conc. coll. XVII, 198 n. 267. Migne Patr. lat. CXXVI, 923 n. 313. — Jaffé Reg. 3338 (2560).

a) uere lasus *R.* b) v *corr. ex* b *R.*

274. a) *in ras. al. man. R.* b) i- *in ras. R.* c) *corr. ex* tuam *R.* d) e *corr. ex* i *R.* e) *in ras. R.*

1) *Hoc nomine idem territorium Capuae veteris significatur, quod in divisione episcopatus Landulfus episcopus sub titulo s. Mariae Suricorum accepit (cf. n. 256); de significatione et etymologia allegatis priorum auctorum opinionibus ultimus fusius egit N. Teti, 'Frammenti storici della Capua vetere' (1902) p. 295 sq.* 2) *Hodie 'Trient', 874—81.* 3) *De quo cf. supra nn. 10, 48—50.* 4) *In synodo Ticinensi a. 876, cf. n. 275, p. 243 annot. 4.* 5) *Cf. n. 261, p. 232 annot. 1.* 6) *† 894.* 7) *872—82.* 8) *Qui sedit inde ab a. ca. 870.* 9) *Cf. p. 243 annot. 2.*

IOHANNI BONONIENSI, EGILULFO MANTUANO, EIKARDO VICENTINO ET VIATORI FERRARIENSI EPISCOPIS[1].

Sanctitatem vestram nolumus ignorare quoddam olim inter sanctam Veronensem ecclesiam et Trientanam de quibusdam rebus Asianę villę[2] exortum fuisse litigium, quas Veronensi ecclesię pertinuisse probavimus[a], sicut a legatis nostris, qui tempore illo in Italię[b] partibus legationis[c] nostrę fungebantur officio[3], veraci relatione comperimus. Quorum et iudicii diffinitionem vidimus et eorum subscriptiones manuum lectione percurrimus, quo manifestius declaratur, easdem res ad sanctam Veronensem ecclesiam iuste pertinuisse et eas in perpetuum possidendas diffinitum fuisse. Sed quia sępe contentio solet generare discordiam, nunc, sicut dicitur, Adelchisius venerabilis Trientanus episcopus contra diffinitionem ipsam peragens atque contra professionem manusque suę subscriptionem movere presumpsit, reverentię vestrę super hoc negotio vicem nostram committimus, ut ad illas partes accedentes[d] cum Adelardo et eodem Adelchisio venerabilibus episcopis hoc litigium, licet hoc, quia cum legatis nostris deliberatum est, superfluum iudicemus, rursum audientes deliberetis et ad legitimum finem perducere modis omnibus satagatis. Quo rite et secundum seriem scripturarum suarum peracto, quicquid illud fuerit, nostro apostolatui scriptis vestris volumus intimari, ut nos et libenter accipiamus et nostra auctoritate stabilire non omittamus[e], quia et primum coram apostolicis missis aliisque reverentissimis episcopis in synodo Ticinensi[4] et post in Tridentina ecclesia nichilominus coram nostris legatis et aliis imperialibus iudicibus de hoc iudicatum fuit et legaliter diffinitum.

DATA IIII. NONAS MARTII, INDICTIONE XIIII.

276.

Iohannes VIII. papa Methodio archiepiscopo (Moraviae) propter fidei orthodoxae cultum strenuum gratias agit, ad conquestiones eius (de Wichino episcopo) respondet se nihil aliud illi, praeter quod in litteris Sventapulco principi directis continetur, iniunxisse.

881 Mart. 23.

Cod.: R f. 110 n. 278.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 488 n. 268. Mansi Conc. coll. XVII, 199 n. 268. Migne Patr. lat. CXXVI, 928 n. 319. Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 217. Boczek Cod. dipl. Moraviae I (1836) p. 44 n. 60 = Ginzel 'Gesch. d. Slawenapostel Cyrill u. Method' app. p. 62 n. 6. Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I (1904) p. 21 n. 25. — Jaffé Reg. 3344 (2566).

METHODIO ARCHIEPISCOPO PRO FIDE[5].

Pastoralis sollicitudinis tuę curam, quam in lucrandis animabus fidelium domino Deo nostro exhibes, approbantes et orthodoxę fidei te cultorem strenuum existere contemplantes nimis in eodem Domino iocundamur et ei inmensas laudes et gratias agere non cessamus, qui te magis ac magis in suis mandatis accendat et ad sanctę suę ecclesię profectum ab omnibus adversitatibus clementer eripiat. Verum auditis per tuas litteras[6]

275. a) b *corr. ex* u, u *corr. ex* b *R.* b) *corr. ex* intalię *R.* c) legatio *R.* d) accendentes *R.* e) *secundum* m *corr. ex* t *R.*

1) *Cf. n. 274.* 2) *'Azzano', non quidem, ut videtur, unus ex pluribus huius nominis vicis Lombardiae, quae a Veronensi et Tridentina regione admodum distant, sed fortasse castellum quoddam huius nominis non iam existens, quod inter castella regionis Veronensis medii aevi recensetur a Scolari 'Dei castelli del Veronese' in 'Arch. stor. Veronese' IX (1881) p. 124.* 3) *Cf. annot. 4.* 4) *A. 876 Febr. celebrata, in qua legati apostolicae sedis affuerunt et subscripserunt Iohannes Tuscanensis, Ansegisus Senonensis, Iohannes Aretinus episcopi (cf. Mansi XVII, 329).* 5) *De re cf. n. 255, Dümmler l. l. III², 196.* 6) *Quae non exstant.*

variis casibus vel eventibus tuis, quanta conpassione tibi condoluerimus, ex hoc advertere poteris, in quo te coram nobis positum[1] sanctę Romanę ecclesię doctrinam iuxta sanctorum patrum probabilem traditionem sequi debere monuimus et tam symbolum quam rectam fidem a te docendam et predicandam subdidimus[a] nostrisque apostolicis litteris[2] glorioso principi Sphentopulcho, quas ei asseris fuisse delatas, hoc ipsum significavimus, et neque alię litterę nostrę ad eum directę sunt, neque episcopo illi[3] palam vel secreto aliud faciendum iniunximus, et aliud[b] a te peragendum decrevimus, quanto minus credendum est, ut sacramentum ab eodem[c] episcopo exigeremus[d], quem saltem levi sermone super hoc negotio allocuti non fuimus. Ideoque cesset ista dubietas et Deo cooperante, sicut evangelica et apostolica se habet doctrina, orthodoxę fidei cultum fidelibus cunctis inculca, ut de labore tui certaminis domino Iesu Christo fructum afferas abundantem et gratia eius remuneratus mercedem recipias competentem. Ceterum de aliis temptationibus, quas diverso modo perpessus es[e], noli tristari, quin potius hoc secundum apostolum (cf. Iac. 1, 2.) omne gaudium prorsus existima[f], quia, si Deus pro te, nemo esse poterit contra te. (cf. Rom. 8, 31.) Tamen cum Deo duce reversus[g] fueris, quicquid inormiter[h] adversum te est commissum, quicquid iamdictus episcopus[i] contra suum ministerium in te exercuit, utramque audientiam coram nobis discussam adiuvante Domino legitimo fini trademus et illius pertinaciam[k] iudicii[l] nostri sententia corripere non omittemus[m].

DATA X. KALENDAS APRELIS, INDICTIONE XIIII.

277.

Iohannes VIII. papa Iohanni episcopo Ficoclensi visitationem Faventinae ecclesiae delegat. *881 Iul. 17.*

Cod.: R f. 110' n. 279.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 514 n. 308. Mansi Conc. coll. XVII, 224 n. 308. Migne Patr. lat. CXXVI, 931 n. 326. — Jaffé Reg. 3350 (2573).

IOHANNI EPISCOPO FICOCLENSI[4].

Obitum Romani Faventinę civitatis[5] antistitis directa dudum relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutę ecclesię fraternitati tuę operam sollempniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nichil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem[a] ecclesię, a quoquam presumatur[a]. Et ideo [fraternitas][b] tua ad predictam ecclesiam ire procuret, ut, quicquid utilitati illius congruit, interim sollerti[c] cura prevideat, quousque, qualiter se habeat electio vel ordinatio succedentis[d] episcopi, coram nobis synodali discutiatur[e] examine et apostolica terminetur Deo iuvante censura.

DATA XVI. KALENDAS AUGUSTI, INDICTIONE XIIII.

276. a) subdimus *R.* b) *corr. ex* aliut *al. man. R.* c) habeodem *R.* d) exhigeremus *R.* e) est *R.* f) exhistima *R.* g) *corr. ex* ducere versus *R.* h) inhormiter *R.* i) iamdictis epistolis *R.* k) pertinacia *R.* l) -i *in ras. R.* m) amittemus *corr. ex* amittamus *R.*

277. a) eiusdem a quoquam presumatur ecclesię *R.* b) eccla *R.* c) *corr. ex* sollertis *R.* d) e *in fine del. R.* e) *corr. ex* synodalis cutiatur *al. man. R.*

1) *A. 880, cf. n. 255, p. 222 l. 30.* 2) *Scil. n. 255.* 3) *Scil. Wichino Nitrensi, adversa contra Methodium molienti, cuius nomen, ut videtur, in minuta, quam descripsit registrator, adhuc deerat, cf. NA. XXXVI, 116.* 4) *Hodie 'Cervia'. Iohannes episcopus iam a. 862/63 apostolica legatione in Gallia functus erat, cf. Dümmler l. l. II², 62.* 5) *Hodie 'Faenza', 858—81.*

278.

Iohannes VIII. papa Karolum (III.) imperatorem imprecatur, ut exercitum suum quantocius ad succurrendum Romanae ecclesiae contra Saracenos transmittat; palmam benedictam ei dirigit. *881 Mart. 29.*

Cod.: R f. 110' n. 280.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 488 n. 269. Mansi Conc. coll. XVII, 199 n. 269. Migne Patr. lat. CXXVI, 929 n. 320. — Jaffé Reg. 3345 (2567).

KAROLO IMPERATORI[1].

Multarum oppressionum nostrarum, fili karissimę, vobis oblivisci non convenit et calamitatum nostrarum, quas sancta mater vestra Romana ecclesia patitur, oportet vos reminisci et tunc demum ad aliquam consolationem nostram manum vestrę pietatis porrigere et auxilium nobis prębere quantocius debetis. Scitis namque, quę quanta[a] et qualia pręcipuę a paganis mala quantasque etiam miserias patimur, et in nobis commissis quantum cotidie affligamur, et vos[b] estis experti, et nos partim vestrę clementię paulo ante significavimus[2]. Et cum quotidie hęc eadem mala non minui, sed magis ac[c] magis crescere ac[d] dilatari cernamus, dolor et gemitus ac[e] sine fine tristitia imminet ac[f] per hoc libet magis mori, quam, pro dolor! iam talia tolerare. Proinde, spiritalis fili semperque augustę, gloriam vestram summopere[g] deprecamur[h], ut pro amore Dei omnipotentis et reverentia principum apostolorum Petri ac Pauli hostilem exercitum, quem[i] istas in partes venturum esse dixistis, moram perpeti non sinatis, sed cum omni velocitate ad auxilium nostrum, quęsumus, dirigatis, ut Domino adiuvante ad respirationem nostram Agarenos[k]* expugnet et nobis quantulamcumque de ipsis paganis tranquillitatem valeat ferre. Sed et e latere vestro, qui eidem exercitui pręesse possit, tam strenuum[l] tamque[m] idoneum missum modis omnibus tribuatis, qui et ductor[n] exercitus vestri existat et quam defensionem vel adiutorium nobis faciant, ipse prevideat et, quicquid vestra vice est peragendum, potestativę perficiat[o]; alioquin non solum ex hoc maxima neglegentia erit et omnis vestra utilitas deperiet, sed etiam novissima[p] nostra erunt[q] peiora prioribus et vos, quantum ex hoc habeatis[r] peccatum, dici non potest[s]. Ideoque propter Deum succurrite nobis, succurrite, ut non dicant[t] in circuitu nationes: Ubi est imperator eorum?[3] Preterea honorificentię[u] vestrę cum benedictione apostolica palmam, per quam signum datur victorię, ecce[v] ex more direximus[4], exoptantes per omnipotentem Deum deprecantes, ut hanc cum letitia vos in die tante sollempnitatis gestare faciat atque permittat[w] et ad omnium nostrum utilitatem sive profectum aures precordiorum vestrorum divinitus inclinare dignetur.

cf. Luc. 11, 26.

DATA IIII. KALENDAS APRILIS, INDICTIONE XIIII.

*) .R. *add. supra lineam man. correctoris R.*

278. a) *in ras. al. man. R.* b) votis *R.* c) hac *R.* d) hac *R.* e) *corr. ex* hac, -ac *in ras. al. man. R.* f) *corr. ex* hac *R.* g) de *ante* summopere *del. R.* h) pre- *in ras. al. man.*, -camur *corr. ex* -ramus *al. man. (olim* desideramus?*) R.* i) *corr. ex* q; *al. man. R.* k) agere non *R.* l) *corr. ex* strenuius *R.* m) *corr. ex* tamquam *R.* n) eductor *R.* o) -t *in ras. R.* p) *in ras. R.* q) eurunt *corr. ex* eum *al. man. R.* r) abeatis *R.* s) -test *in ras. R.* t) *corr. ex* dicat *R.* u) -ę *corr. ex* -a *R.* v) hecce *R.* w) *corr. ex* permittas *al. man. R.*

1) *Iam m. Martio in Italiam superiorem reverso, cf. Mühlbacher Reg.*² *1612 (1569).* 2) *Scil. cum Karolus m. Februario Romae adesset, cf. n. 268, p. 236 annot. 5.* 3) *Cf. Ps. 78, 10:* Ne forte dicant in gentibus: 'Ubi est Deus eorum?' 4) *Apud Mühlbacher Reg.*² *1622 (1579)a (cf. Dümmler l. l. III*², *182) interrogatur, nonne epistola nostra ad a. 880 potius reicienda sit, in quo dominica palmarum, qua palmarum benedictiones de solito fiebant, in d. 27. Martii cecidit. Sed aliis quoque anni temporibus palmas missas esse ex ep. n. 32 manifestum est et titulus 'imperator' obstat.*

279.

Iohannes VIII. papa omnibus episcopis vicinis nuntiat Athanasium episcopum Neapolitanum ob foedus cum Saracenis factum nec disruptum, praecipue ob argentum ex praeda eorum acceptum, excommunicatum esse. *881 Apr.*

Cod.: R f. 111 n. 281.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 489 n. 270. Mansi Conc. coll. XVII, 200 n. 270. Migne Patr. lat. CXXVI, 930 n. 321. — Jaffé Reg. 3346 (2568).

AD OMNIBUS EPISCOPIS GAIETAM[A*††] NEAPOLIM CAPUAM[B] BEROLASIM[C1] ET AMALFIM[D] BENEVENTUM[aE] ET SALERNUM A PARIBUS[b].

Quę et quanta ab Athanasio Neapolitano episcopo Christi ecclesia patiatur adversa, optaremus vobis non esse[c**], nisi essent supra modum gravia[F]. Ecce[dG] enim, ut ipsi iam ex maxima parte non ignoratis, ad perditionem totius Christianitatis a multis retro temporibus cum filiis Hismahel[eH], Deo scilicet odibilibus Saracenis, pactum faciens omnem istam terram ita[I] ad nichilum redegit[fK], ut iam non sit, qui eam prorsus inhabitet. Super quo scelere cum sepissime commonuimus[g] et corpori nostro omnimodo non parcentes usque Neapolim properavimus[h2] multaque argenti ei contulimus[3] et rogavimus, ut ab eorum[i] se societate[k] divideret et tandem aliquando resipiscens tantam pestem doleret. Qui, ut ita dixerim, inprobitatem[lL] nostram licet ficte non tolerans promisit[4] se ita esse[mM] facturum[n] et pactum cum Saracenis habitum solviturum, sub ea dumtaxat condicione, ut, si deinceps hoc malo se quocumque modo misceret, et sacerdotio esset[o] privatus[N] et anathemati subiaceret. Sed, eheu![pO] pro turpis lucri commodo, quod est[qP***] ipsis Sarracenis, de prȩda eorum partes recipiendo[Q], huius promissionis oblitus[R] noluit adimplere, quod multis corampositis scriptis et verbis promisit. Rursum nobis non modici argenti adauctis[rS†] ponderibus et aput Kaietam[T] pervenientibus[5], per suos legatos ei mandavimus, ut[s], si intra triginta dierum spatia cum Sarracenis habitum[t] fȩdus non rumperet aut ea, quȩ[u] nobis tergiversando abstulerat, non retransmitteret, nostro iudicio iterum sententiam, quam ipse in se protulit[vU], prorsus exciperet. Sed tam varia iuramenta quam absolutas promissiones postponens[V] nos de die in diem delusit et foris omnibus dissipatis, intus vero per suam calliditatem multis nostris ablatis hactenus nec cum Sarracenis habitum pactum dissolvit, nec reliquię Dei populi voluit misereri,

*) *In marg. man. correctoris add.* N(ota) Caietam *R; cf. NA. XXXVI, 97.*
**) ·R· *add. supra lineam man. correctoris R.*
***) ·R· *add. in marg. man. corrȩctoris R.*
†) ·R· *add. in marg. man. correctoris R.*

279. a) BENEBENTUM *R.* b) PARISIUS *R.* c) *excidit* intimanda *vel* explicanda *vel simile quid R.* d) *corr. ex* hecce *R.* e) et *post* Hismahel *del. R.* f) *corr. ex* redigit *R.* g) communuimus *R.* h) v *corr. ex* b *R.* i) -orum *in ras. al. man. R.* k) m *in fine eras. R.* l) b *corr. ex* u *R.* m) -t *in fine eras. R.* n) *corr. ex* factum *R.* o) *corr. ex* esse *al. man. R.* p) e- *in ras. R.* q) et *R.* r) audactis *R.* s) et *R.* t) habitu *R.* u) *corr. ex* eaq; *R.* v) pertulit *R.*

Variae lectiones copiae n. 288 (v. infra p. 253):

††) *In marg. man. correctoris add.* N(ota) Caietam *R; cf. NA. XXXVI, 97.*

A) KAIETAM *R.* B) CAPUA *R.* C) BEROLASI *R.* D) AMALFI *R.* E) VENEVENTU *R.* F) v *corr. ex* b *R.* G) ęcce *R.* H) et *add. R.* I) *om. R.* K) redigit *R.* L) inprouitatem *R.* M) esset *R.* N) v *corr. in* b *et iterum in* v *R.* O) heu *R.* P) et *(add. supra lineam) R.* Q) recipienda *R.* R) -li- *in ras. R.* S) audactis *corr. in* adauctis *R.* T) Caietam *R.* U) ꝑtulit *R.* V) *hic desinit copia n. 288.*

1) *Cf. p. 242 annot. 1.* 2) *M. Ianuario 877, cf. nn. 31, 42.* 3) *Cf. n. 76, 77.* 4) *In litteris supra n. 249 laudatis, cf. p. 218 annot. 1.* 5) *A. 880, cf. n. 273, p. 241 annot. 2.*

quin potius cum ipsis conversans[a] de ipsis malis[b] in peius crevit et Dei mandata contempnens, sacerdotii etiam sui oblitus non solum similis illis[c] effectus est, sed etiam in multis deterior. Huius rei gratia aput beatum Petrum apostolum synodice[1] in eum sententiam protulimus et cum omnibus sibi consentientibus sive faventibus omni ecclesiastica communione sub anathematis interpositione privavimus[d]. Modus autem excommunicationis hic est: Athanasyum Neapolitanum episcopum sepissimę ammonitionibus et multis argenti[e] ponderibus datis, ut pactum cum Sarracenis habitum disrumperet[f], ammonuimus. ille autem idem pactum se omnimodo solviturum[g] et ab eorum societate separaturum esse promittens sub ea condicione, ut, si denuo cum illis quolibet[h] modo fędus habuisset, omni esset sacerdotali honore privatus et anathematizatus. sed hęc omnia parvipendentem et ad perditionem Christianorum cum eis pactum habentem et nos sepissime deludentem et de pręda eorum partem recipientem iudicio et auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri ac Pauli simul et nostra cum omnibus sequacibus suis et omni ecclesiastica communione privamus, et, quousque se ab ipsis Sarracenis pęnitus separaverit, velut totius Christianitatis inimicum anathematizamus.

DATA MENSE APRILI, INDICTIONE XIIII.

280.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati obicit, quod per Albericum comitem nobiles cives distringere praesumpserit, Dominicum archidiaconum latorem praesentium in episcopum Faventinum consecrari iubet. *881 (Apr.)*

Cod.: R f. 111' n. 282.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 490 n. 271. Mansi Conc. coll. XVII, 201 n. 171 [l. 271]. Migne Patr. lat. CXXVI, 931 n. 322. — Jaffé Reg. 3347 (2569). Kehr Italia pontificia V, 46 n. 134.

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI[a].

Ea, quę nostro pręsulatui pro utilitate et necessaria[b] sanctę[c] Ravennatis ecclesię restitutione perficienda mandasti, lucifluis antecessorum nostrorum informati exemplis congruum et oportunum eidem ecclesię libenter volumus Deo favente prębere[d] solacium et defensionis auxilium, pręcipue cum ipsius nos tibi commissum habeamus regimen[2]. Sed quia multi nobilium Ravennantium crebris dumtaxat querimoniis apostolatus nostri aures pulsare non desinunt, circa te clementię[e] nostrę benivolentia[f] commota non inmerito habetur. Nam, ut cetera omittamus, quia Albericum comitem[3] quasi ex parte imperiali Ravennam adsciscere et nobiles[g] cives ipsius nobis inconsultis ausu temerario distringere innormiter coegisti, miramur[h], eo quod te adversum tuam promissionem iureiurando coram nobis et sede apostolica prolatam penitus egisse cognoscimus. Pro quo nimirum te valde cavere oportet, ne pro talibus tua te sententia velut transgressorem ulciscatur. Nos enim te gregem Domini pascere non perturbare, salvare et non

a) *corr. ex* conversas *al. man. R.* b) -is *in ras. al. man. R.* c) *corr. ex* illi *al. man. R.* d) *corr. ex* pribavimus *R.* e) argentis *R.* f) *corr. ex* disrumperat *R.* g) *corr. ex* soliturum *al. man. R.* h) *corr. ex* colibet *al. man. R.*

280. a) RAVENNATIS *R.* b) necessari, *in fine eras.* os (?) *R.* c) -ę *in ras. R.* d) b *corr. ex* u *R.* e) -mentię *in ras. R.* f) *corr. ex* uenibolentia *R.* g) nouiles *R.* h) I *in initio del. R.*

1) *Synodus haec m. Aprili habita esse videtur (cf. Jaffé Reg.² I, 418), nam d. 14 Martii Athanasius adhuc commonetur, ut acquiescat, cf. n. 273.* 2) *M. Decembri 878, cf. nn. 131, 144, p. 123 annot. 5.* 3) *Fortasse idem est ac Albericus comes, cuius mentio fit in privilegio Karoli III. a. 880 Mart. 21 pro monasterio s. Ambrosii Mediolanensi, Mühlbacher Reg.² 1600 (1557), neque enim de Alberico comite, qui c. a. 897 Widone (IV.) interfecto marchio Spoletinus fuit, cogitandum esse videtur.*

perdere statuimus. Tamen cum nos Deo volente a Neapolim, quo nunc proficiscimur[1], fuerimus reversi et aut tu secundum nostram tibi iussionem directam Romam veneris, aut nos vel missus noster istas[a] in partes venerimus, plenariam de omnibus, quę tuę ecclesię cognoverimus esse necessaria, iustitiam omnimodo faciemus[b]. Defuncto preterea ecclesię Faventine episcopo[2], pręvidimus hunc Dominicum venerabilem archidiaconum sedis ipsius honore episcopali dignum existere. Hoc auctoritatis nostrę statuto presenti dilectioni tuę precipimus, ut absque omni mora vel protelatione eundem archidiaconum studeas secundum morem episcopum consecrare. Nam si aliqua temeritate depravatus hoc contra tuę sponsionis iuratoriam paginam presentaliter facere contempseris, pro certo scias, quia nos ipsius ecclesię curam et sollicitudinem habentes iamfatum archidiaconum ad nos ex nostra preceptione[c] ilico revertentem episcopum consecrabimus[d].

DATA UT SUPRA.

281.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem ad synodum d. 24. Septembris celebrandam responsurum de accusationibus Deusdedit ducis venire iubet.

881 (Iul.)

Cod.: R f. 112 n. 283.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 491 n. 272. Mansi Conc. coll. XVII, 202 n. 172 [l. 272]. Migne Patr. lat. CXXVI, 932 n. 323. — Jaffé Reg. 3348 (2570). Kehr Italia pontificia V, 46 n. 135 ad 881 apr.

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI[a].
MISSA PER DELTONEM VENERABILEM EPISCOPUM[3].

Inter cetera, quę de te audivimus, veniens Deusdedit[b] dux[4] retulit nobis, quod uxorem illius[5], de qua legaliter diffinitum est, ad te callide venire fecisses et alteri viro raptori in stupro[c] utique tradidisses. Quod nimirum tanti flagitii scelus te iuxta tuum ministerium omnimodis prohibere ac[d] funditus resecare oportebat, tu autem consensum illicite prębuisti. Cognoscimus etiam multis indiciis, quod ausu[e] temerario contra sanctam et dominam tuam Romanam ecclesiam recalcitrare et contra tuę iuratorię sponsionis tenorem luculentissimę agere nullatenus dubitasti. Unde auctoritate Dei et beati Petri ac[f] nostra tibi precipimus et[g] pręsenti statuto iubemus, ut[h] nullam omnino sacerdotalem ordinationem pro talibus, quibus es[i] irretitus, criminibus facere quoquomodo presumas, donec octavo[k] kalendas Octobris futurę quintę decimę indictionis[6] ad synodum, quam Deo favente pro ecclesiasticis videlicet utilitatibus secundum sanctorum patrum statuta[7] cęlebraturi erimus[l], omni postposita occasione venire procures, quatenus sinodali decreto ea, quę de te didicimus, examinata kanonicum finem percipiant.

DATA UT SUPRA.

---

a) histas *R.* b) *corr. ex* faciamus *R.* c) preceptionem *R.* d) b *corr. ex* u *R.*

281. a) RAVENNATIS *R.* b) dšdedi *R.* c) strupo *R.* d) hac *R.* e) *corr. ex* ausum *R.* f) hac *R.* g) *corr. ex* ut *R.* h) *in ras. al. man. R.* i) eis, -is *in ras. R.* k) octaba *R.* l) eri- *in ras. R.*

1) *Aliae notitiae de hoc itinere a. 881, quod Jaffé et Ewald perperam cum alio a. 880 confundunt (cf. Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 354 annot. 5, NA. XXXVI, 155 annot. 1), desunt.* 2) *Cf. n. 277. Sed haec epistola n. 280 prior esse videtur ac nn. 277, 284, quia de intruso Constantino (cf. n. 284) nulla adhuc mentio fit.* 3) *Ariminensem, cf. nn. 26, 228. — Cf. secundam et tertiam vocationem nn. 283, 285.* 4) *De quo cf. nn. 95, 134, 261.* 5) *Mariam, de qua iam a. 880 quaestio orta erat, cf. n. 261.* 6) *I. e. d. 24. Septembris 881.* 7) *Cf. c. 5. Nicaen. conc. (Mansi Conc. coll. II, 670).*

282.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati praecipit, ut clericos Placentinae ecclesiae, sine commendaticiis litteris ad eum fugientes, quos contra statuta patrum receperit, ad suam ecclesiam remittat. *881 Iul.*

Cod.: R f. 112 n. 284.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 492 n. 273. Mansi Conc. coll. XVII, 203 n. 273. Migne Patr. lat. CXXVI, 933 n. 324. — Jaffé Reg. 3349 (2571).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI.

Inter ceteras proprii affectus rationes incongruas, quibus te ipsum cotidie mente inprovida[a] inretiri[b] non dubitas, Paulo carissimę Placentinae ecclesię antistite[1] ad aures apostolatus nostri humiliter reclamante didicimus, quod clericos ipsius ecclesię regulę normam sectare nolentes et idcirco sine commendaticiis[c] utique litteris ad te confugientes[d], contra sacra beatorum patrum statuta[2] recepisses receptosque[e] tibimet famulari decernas. Quod nimirum propter multam[f] perturbationem et seditiones, quę sępe fiunt, auctoritate apostolica et sanctorum patrum precipua institutione amputare volentes, reverentię tuę iubemus prędicte ecclesię Placentinę[g] clericos, quos penes te innormiter habere videris, et pręcipuę Gausum diaconum, de pręsenti suo reddere vel dirigere procures episcopo. Quia non[3] licet quemlibet clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua ab initio extitit, et ad quam confugit quasi ad potiorem ob inanis glorię cupiditatem. Et ideo eos ad suam ecclesiam revocari decernimus et de illis amplius nullo modo recipias, te autem[h] aliquid amplius agere cavere prorsus oportet, ne sanctorum patrum iudicio, quod contra huius regulę transgressores prolatum est, damnari omnino merearis. At si aliquid inter eos adversi exortum fuerit, canonice inter eos diffinias, salvo[i] sedis apostolicę honore atque vigore salvoque tuę ecclesię privilegio. Et pręterea sacerdotes et clericos Placentinę ecclesię, quos excommunicastis[k], ut ab eadem excommunicatione absolvas, quousque tempore congruo tu cum eis Romam ad synodum[4] pariter veniatis.

DATA MENSE IULIO, INDICTIONE XIIII.

283.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem iam primum (n. 281) per Deltonem episcopum vocatum iterum per Iohannem Calliensem episcopum ad synodum d. 24. Sept. Romae celebrandam vocat. *881 Iul. 27.*

Cod.: R f. 112' n. 285.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 493 n. 275. Mansi Conc. coll. XVII, 204 n. 275. Migne Patr. lat. CXXVI, 934 n. 327. — Jaffé Reg. 3352 (2574).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ROMANO ARCHIEPISCOPO.

Quia iam pridem missis tibi per Deltonem venerabilem episcopum[5] apostolatus nostri litteris ad sinodale te collegium pro ecclesiasticis dumtaxat utilitatibus nobiscum

---

282. a) v *corr. ex* b *R.* b) insertiri *R.* c) -ti- *add. supra lineam R.* d) u *in ras. R.* e) deceptosque *R.* f) *corr. ex* multum *R.* g) Faventinę *R.* h) te *post* autem *del. R.* i) *corr. ex* salva *R.* k) -castis *et sequentia usque ad finem in ras. R.*

1) *C. 870—884.* 2) *Can. apost. XXXIV (XXXII) (ed. Hefele Conciliengesch. I, 810).* 3) *Can. 10 conc. Chalcedon. (interpr. Dionysio Exiguo Cod. canon. eccl. univ. c. 188), ed. Mansi Conc. coll. VII, 376.* 4) *Ad quam vocatur epistola praecedenti n. 281.* 5) *Ariminensem ('Rimini'), cf. n. 281.*

pariter cęlebraturum occurrere[a] iussimus[1], et tuam nobis contempsisti pręsentiam exhibere, nunc multis te criminibus irretitum multorumque hominum accusationibus horrendis impetitum et pręcipuę manifesto periurio esse pollutum agnoscentes[b], et hac secundę vocationis nostrę auctoritate ad venerabilem sinodum, quam Deo favente octavo[c] kalendas Octobris futurę quintedecimę indictionis erimus cęlebraturi, omni occasione vel mora postposita una cum omnibus suffraganeis tuis episcopis venire iubemus, quatenus ibi coram fraterno et venerabili episcoporum cętu pro omnibus tibi obiectis rite examinatis ore proprio valeas respondere et innoxium demonstrare. Nam si aliqua temeritate tumidus vel inobedientię[d] stimulis motus hanc nostram apostolicam et kanonicam vocationem, quam tibi per Iohannem Callivensem[2] episcopum direximus, parvipendendo ad prefatam sinodum venire contempseris, scias pro certo, quoniam omni te communione ecclesiastica privabimus et fugiendo tue damnationis sententiam tuique honoris patieris iacturam.

DATA VI. KALENDAS AUGUSTI, INDICTIONE XIIII.

284.

Iohannes VIII. papa Constantinum sacerdotem Faventinum a Romano Ravennate archiepiscopo illicite in episcopum promotum excommunicat et ad synodum d. 24. Sept. Romae celebrandam venire iubet. *881 Iul. 17.*

Cod.: R f. 112' n. 286.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 492 n. 274. Mansi Conc. coll. XVII, 203 n. 274. Migne Patr. lat. CXXVI, 933 n. 325. — Jaffé Reg. 3351 (2572). Kehr Italia pontificia V, 148 n. 2.

CONSTANTINO SACERDOTI ECCLESIĘ FAVENTINĘ DE PLEBE SANCTI PETRI TRANSILVAM[3].

Audientes te esse quasi ad episcopalem honorem a Romano Ravennati archiepiscopo, sine nostri pontificii auctoritate[a] seu licentia[b], et absque canonicę institutionis regula innormiter[c] promotum[4], his apostolatus nostri litteris ex Dei omnipotentis sanctorumque Petri ac Pauli[d] apostolorum principum auctoritate nostroque apostolico iure te excommunicamus, ut nullo modo habeas licentiam aliquid de episcopali[e] officio peragere aut ipsam Faventinam ecclesiam quoquomodo invadere, neque in plebibus vel rebus seu hominibus ecclesię aliquod dominium agere vel presumas[f], usquequo cum eodem Romano archiepiscopo tuo, [in synodo][g] octavo[h] kalendas Octobris, quam Deo favente cęlebraturi Rome[i] erimus[5] tuam specialem[k] nobis[l] presentiam exhibere procures. Nam si contra hanc nostram apostolicam iussionem et post huius nostrę excommunicationis sententiam aliquid de ipso episcopali ministerio agere presumpseris vel in omnibus quę ad eundem episcopatum pertinent, temerario te ausu intromittere temptaveris atque ad[m] denominatam[m] synodum occurrere postposueris, scias pro certo, quia non solum omni ecclesiastica te communione privabimus, sed etiam synodali decreto sacerdotali honore te sanciemus alienum existere.

DATA XVI. KALENDAS AUGUSTI, INDICTIONE XIIII.

---

283. a) hoccurrere *R.* b) agnoscentem *R.* c) octabo *R.* d) inhobedientię *R.*

284. a) aucto- *in ras. R.* b) *corr. ex* licentiam *R.* c) normiter *R.* d) -uli *in ras. R.* e) -iscopali *in ras. al. man. R.* f) -re- *in ras. R.* g) *om. R.* h) octabo *corr. ex* octaba *R.* i) -i Rome *in ras. al. man. R.* k) spale *R.* l) rebus *R.* m) ad de- *in ras.*, nomi- *add. in marg. R.*

1) *Cf. n. 281.* 2) *Hodie 'Cagli'.* 3) *In oppido 'Bagnacavallo', cf. E. Biondi 'La chiesa di S. Pietro in Sylvis di Bagnacavallo (Firenze 1903)', Kehr l. l. p. 154.* 4) *In Faventina, ut videtur, ecclesia pastore destituta (cf. n. 277), cui Dominicum quendam archidiaconum praeficiendum esse papa in ep. n. 280 statuerat.* 5) *Cf. nn. 281, 283.*

285.

Iohannes VIII. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem primum per Deltonem (Ariminensem) episcopum, iterum per Iohannem Calliensem episcopum [tertio per Iohannem Feretranum episcopum] vocatum ad synodum d. 24. Septembris Romae celebrandam citat.

881 (Aug.)

Cod.: *R f. 113 n. 287.*

Edd.: *om.; cf. Levi l. l. p. 174 et supra n. 283. — Reg. Kehr Italia pontificia V, 46 n. 138.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ROMANO ARCHIEPISCOPO[1].

Quia iam pridem missis tibi per Iohannem venerabilem episcopum Monteferetranum[a 2] apostolatus nostri litteris ad synodale[b] te collegium pro ecclesiasticis dumtaxat utilitatibus nobiscum pariter celebraturum occurrere iussimus et tuam nobis contempsisti presentiam exhibere, nunc multis te criminibus irretitum multorumque hominum accusationibus horrendis[c] impetitum et precipue manifesto peiurio esse pollutum agnoscentes, et hac secunde[3] vocationis nostrę auctoritate ad venerabilem synodum, quam[d] Deo favente octavo[e] kalendas Octobris futurę quinte decimę indictionis erimus cęlebraturi, omni occasione vel mora postposita una cum omnibus suffraganeis tuis episcopis venire iubemus, quatinus ibi coram fraterno et venerabili episcoporum cętu pro omnibus tibi obiectis rite examinatis ore proprio valeas respondere et innoxium demonstrare. Nam si aliqua temeritate tumidus vel inobędientię stimulis motus hanc nostram apostolicam et canonicam vocationem, quam tibi primitus per Deltonem seu et modo per Iohannem Callensem venerabiles episcopos direximus, parvipendendo ad prefatam synodum venire contempseris, scias pro certo, quoniam omni te communione ecclesiastica privabimus et fugiendo tuę damnationis sententiam tuique honoris patieris iacturam.

DATA UT SUPRA.

286.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati et Leoni episcopo (Gabinensi) misso suo aliisque nuntiat Deusdedit ducem, cuius matrimonium ipse Romanus incestum iudicaverat, in synodo Romana d. 8. Novembris habita se innocentem probavisse.

880 (Nov.)

Cod.: *R f. 113 n. 288.*

Edd.: *Editio Romana (1591) III, 493 n. 276. Mansi Conc. coll. XVII, 204 n. 276. Migne Patr. lat. CXXVI, 915 n. 302. — Jaffé Reg. 3328 (2549). Kehr Italia pontificia V, 45 n. 132.*

285. a) Monteferetrano *R.* b) synodalem *R.* c) orrendis *R.* d) quan *R.* e) octabo *R.*

1) *Contextus verbotenus fere sequitur epistolam n. 283, ex qua etiam verba* hac secunde vocationis nostrę auctoritate *(l. 13) repetuntur, unde aliud eiusdem epistolae exemplar esse censentes omiserunt editores. Sed verba illa minime concordant cum levibus contextus mutationibus in nostra epistola. In fine enim loco solius Iohannis Calliensis episcopi, et Deltonis et Iohannis mentio fit, in initio vero loco Deltonis, Iohannis Feretrani episcopi. Tres igitur laudantur latores citationum, unde nostram tertiam potius citationem esse patet de verbo ad verbum fere secundam sequentem et ex minuta illius, in qua corrector quidam in margine mutationes quibus pro tertia Feretrani episcopi citatione opus fuit, addiderat, male descriptam a registratore. Nam quae in initio de Feretrano episcopo novae latore citationis, ut videtur, scripta erant, perperam correctionem pro Deltone episcopo esse censuit registrator nec verba* hac secunde vocationis nostrę auctoritate, *sicut oportuit, mutavit, cf. NA. XXXVI, 114 sq.* 2) *Hodie 'Montefeltre', c. 880—85. Hic forte legendum est potius* Deltonem venerabilem episcopum *sicut in n. 283, cf. annot. 1.* 3) *Legendum est* tertię, *cf. annot. 1.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI (PRO CAUSA DEUSDEDIT[a] RAVENNATIS)[b] ET LEONI VENERABILI EPISCOPO[1] MISSO ET APOCRISIARIO SUMMĘ SEDIS NOSTRĘ APOSTOLICĘ NECNON QUIBUSVIS[c] MISSIS IMPERATORIS ET OMNIBUS IUDICIBUS ET POPULIS ROMANI[d] TERRITORII CONSTITUTIS CUNCTISQUE[e] FIDELIBUS SANCTĘ DEI ECCLESIĘ PRĘSENTIBUS SCILICET ATQUE FUTURIS.

Omnium reverentiam omniumque industriam scire hortamur[f], quod Ravennas Romanus archiepiscopus et ore, cum Ravennatim fueramus[2], dixerit et[g] scriptis transmiserit[g], quod nonnulla incesta[h] coniugia in sua parrochia fuissent et quotidie fierent. Deinde per suum legatum, Dominicum videlicet presbyterum, ut ipsi triginta et duo essent, dicendo significavit, suggerens, ut nostra auctoritate ipsi eos liceret canonicę omnes iudicare. Qui omnibus dimissis, quos etiam nominatim dixerat, et sola inductus invidia, ut[i] remur et postea in sancta[k] patuit synodo[3], Deusdedit[l] fidelem nostrum, qui, dum Ravennę fuimus, ipse pęnes nos cotidie fuit et coram me et ipso archiepiscopo causas, ut debuerat, iudicavit, postquam sedem apostolicam appellavit[m], excommunicare non formidavit. Ipse Deusdedit vero dux pro nostra fidelitate his obedivit et ad[n] apostolicam pręsentiam venire modis omnibus festinavit. Nos suam causam audientes et, qui eum accusare[o] debuerant[p], ex parte archiepiscopi non invenientes, poteramus ipsum absolvere, sed noluimus[q], usquequo archiepiscopo misissemus, immo cui misimus[4], dicentes, ut ipse archiepiscopus pro statutis[r] sanctarum Dei ecclesiarum, sexto[s] idus Novembris ad synodum cęlebrandam[t] [5] veniret deferens secum accusatores et testes, quatinus his delatis negotium Deusdedit inter alia canonicę finissemus. Qui pro se sui cardinis Dominicum presbyterum et Iohannem[u] diaconem misit transmittens cum illis scriptas accusationes. Quibus[v] scriptis coram sancta synodo lectis, ad ea Deusdedit respondit[w] et se incestum atque nefarium commisisse[x] negavit, sed coram omnibus se innocentem ostendit et divini mundanique iuris auctoritate se coniunctum probavit. Quapropter una cum sancta synodo illum absolvimus et eum communioni[y] nostrę recepimus et Mariam coniugem suam illi uxorem esse legitimam firmavimus cum benedictione Dei omnipotentis[z] et nostra[6]. Et si prefatus archiepiscopus aut ministri eius in rebus suis suorumque hominum invasionem et fortiam facere voluerit, vos Ravennates pro ipso[a] illum in suis defendite.

DATA UT SUPRA, INDICTIONE XIIII.

287.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) imperatori nuntiat se secundum commune placitum Petrum superistam et Zachariam episcopum (Anagninum) et bibliothecarium pro recipiendis iusticiis et emendationibus et terrae s. Petri salute direxisse. *(881.)*

Cod.: R f. 113' n. 289.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 494 n. 276 [l. 277]. Mansi Conc. coll. XVII, 205 n. 277. Migne Patr. lat. CXXVI, 935 n. 328. — Jaffé Reg. 3353 (2575).

---

286. a) DEUSDEDI *R.* b) *haec verba ex margine introducta esse videntur, cf. etiam inscriptionem ep. n. 204.* c) QUIBUS NRIS *R.* d) ROMANIS *R.* e) CONCTISQUE *R.* f) ortamur *R.* g) *add. in marg. al. man. R.* h) incessta *R.* i) -t *in ras. al. man. R.* k) *add. supra lineam al. man. R.* l) Deusded- *in ras. R.* m) a- *in ras. al. man. R.* n) *add. supra lineam al. man. R.* o) accussare *R.* p) non debuerant *R.* q) nolumus *R.* r) -is *in ras. R.* s) *corr. ex* sexta *R.* t) celebrandum *R.* u) io†em *R.* v) -tiones quibus *in ras. R.* w) Rpdit *in ras. al. man. R.* x) commissę *R.* y) *corr. ex* communione *R.* z) oiptis *corr. ex* oips *R.* a) *corr. ex* ipsus *R.*

1) *Gabinensi, ut videtur, pluries legatione functo cf. nn. 4, 211a.* 2) *M. Ianuario 880, cf. n. 224, p. 199 annot. 3.* 3) *Cf. infra l. 20 et annot. 5.* 4) *Cf. n. 261.* 5) *I. e. ad d. 8. Novembris a. 880 (cf. n. 261); epistola haec paulo post scripta esse videtur; seriem registri recte iam Ewald hic mutavit.* 6) *Nihilominus Romanus matrimonium impugnare non cessavit, cf. n. 281.*

KAROLO IMPERATORI.

Quia nunc eadem omnibus vobis iam Deo favente per humilitatis nostrę officium regnantibus ubique patimur et sustinemus adversa, quę ante vestrę imperialis glorię provectionem[a] nos sustinuisse cottidie recordamur, his apostolatus nostri apicibus directis dignum duximus augustali serenitati vestrę pro utilitate ac[b] multiplici necessitate ecclesię universalis, cui per Dei gratiam presidemus, suggerere atque cognitum omnimodis facere, quoniam secundum commune placitum atque decretum direximus Petrum insignem[c] palatii nostri superistam[d][1], diliciosum consiliarium nostrum communemque fidelem, cum Zacharia venerabili episcopo[e][2] et bibliothecario[f] sedis nostrę pro recipiendis de omnibus, quę hactenus[g] perperam acta fuerant, iustitiis et emendationibus ac[h] pro totius terrę sancti Petri salute pristinaque[i] restitutione, quatenus in presentia[k] missorum vestrorum ea, quę necessario emendanda et corrigenda erant, iure legitimo corrigerentur, ut tam diuturnum malum finem acciperet.

288.

Iterum copiatur epistola n. 279 usque ad promissiones postponens, *ubi desinit media in sententia*[3].

Cod.: R f. 114 n. 290.
Edd.: V. n. 279.

289.

Iohannes VIII. papa Ravennatibus excommunicationem Romani archiepiscopi in synodo (d. 24. Septembris) factam annuntiat. *881 Oct. 4.*

Cod.: R f. 114 n. 291.
Edd.: Editio Romana (1591) III, 495 n. 278. Mansi Conc. coll. XVII, 206 n. 278. Migne Patr. lat. CXXVI, 935 n. 329. — Jaffé Reg. 3354 (2576).

OMNIBUS VENERABILIBUS SACERDOTIBUS ET CLERO ATQUE UNIVERSIS IUDICIBUS POPULOQUE RAVENNATI.

Nosse volumus fidelitatem et unanimitatem vestram, quia Romanum archiepiscopum vestrum pro peiurii reatu manifeste pollutum aliisque nefandis criminibus impetitum et idcirco ad synodum[4] pro sui purgatione[a] vocatum, occurrere contempnentem, omni ecclesiastica communione una cum sanctę synodi decreto privavimus[b], quousque suam specialem studuerit nobis exhibere presentiam. Quam ob rem his apostolatus nostri litteris vobis iubemus et ex auctoritate Dei et beati Petri[c] apostolorum principis et nostra precipimus, ut omnes vos ab illius consortio et communione modis omnibus separetis, donec per nostrę apostolicę miserationis officium ab huius excommunicationis vinculo eum cognoveritis absolutum existere. Quicumque autem ei ante audientiam et absolutionem nostram aliquatenus communicare presumpserit, eodem excommunicationis laqueo secundum sanctorum patrum institutionem[5] maneat irretitus[d], usque dum a nobis fuerit misericorditer absolutus.

DATA MENSE OCTUBRIS DIE IIII., INDICTIONE XV.

---

287. a) provectione *R.* b) *corr. ex* hac *R.* c) *corr. ex* insignes *R.* d) super ista *corr. ex* super istam *R.* e) -o *in ras. R.* f) *corr. ex* bibliothecarium *R.* g) actenus *R.* h) *corr. ex* hac *R.* i) *corr. ex* pristinamque *R.* k) p̄sentiam *R.*

289. a) purgationem *R.* b) *secundum* v *corr. ex* b *R.* c) *corr. ex* Petris *R.* d) -rretitus *in ras. al. man. R.*

1) *Cf. n. 94, p. 89 annot. 7.* 2) *Anagnino, cf. n. 83, p. 79 annot. 3.* 3) *Cuius apographi varias lectiones in annotationibus ad ep. n. 279 praebuimus.* 4) *D. 24. Septembris celebratam, cf. nn. 281, 283—85.* 5) *Can. 7 conc. Carth. a. 390, Dionysii Cod. can. Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 9 (ed. Migne LXVII, 188).*

290.

Iohannes VIII. papa Karolo (III.) imperatori gratias agit de nuntiato sibi adventu Papiam, adiutorium eius exposcit, praecipue contra Widonem 'Rabiam' (marchionem Spoletinum). (881) Nov. 11.

Cod.: R f. 114' n. 292.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 495 n. 279. Mansi Conc. coll. XVII, 206 n. 279. Migne Patr. lat. CXXVI, 957 n. 365. — Jaffé Reg. 3355 (2612).

KAROLO IMPERATORI.

Cognoscentes de vestra incolomitate, quod oppido* videbamus[a], Deo gratias egimus et, ut magis ac magis prosperitatibus et innumeris gaudiis fulciamini, maiestatem divinam supplicibus votis omnimodo flagitavimus, scientes et multis experimentis discentes, quod vos eadem vultis, eadem quippe desideratis, quoniam, si nostra mediocritas viguerit et valuerit, illa vos facturos hortabitur, unde et sanctę Romanę ecclesię matris vestrę defensio augmentabitur, et vobis copiosa merces in cęlo in perpetuum reponetur. Quod autem dicitis, ut postpositis ceteris curis iter vestrum in Italiam recto itinere ordinatum habeatis, grato animo suscepimus et, ut utinam non solum Papię[1], verum etiam propius essetis, necessitas maxima deposcit. Ideoque, quod cepistis, cum Dei adiutorio velociter vestra sublimitas perficere studeat et ad defensionem, immo securitatem sanctę matris vestrę Romanę ecclesię[b], sicut dixistis, ceteris curis postpositis mente et brachio potenter occurrat, quia, quantis affligatur et conculcetur angustiis, iam dicere non valemus. Ceterum de Uuidone Rabia[2], invasore scilicet et rapaci, vestra gloria[c] subveniat et eum de finibus nostris, ut aliquantulum populus noster relevari valeat, eicere modis omnibus iubeatis.

DATA III. IDUS NOVEMBRIS.

291.

Iohannes VIII. papa Liutwardum episcopum (Vercellensem) hortatur, ne instigare Karolum imperatorem, ut sibi succurrat, cesset. 881 (Nov.)

Cod.: R f. 114' n. 293.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 496 n. 270 [l. 280]. Mansi Conc. coll. XVII, 207 n. 280. Migne Patr. lat. CXXVI, 958 n. 366. — Jaffé Reg. 3356 (2613).

LIUTUUARDO EPISCOPO[3].

Studio tuo, quod cum spiritali filia nostra imperatrice[4], sicut asseris, ut domnus imperator pro defensione sanctę Romanę ecclesię ingrederetur Italiam[5], habuisti, gratias agimus[a] et, ut, quod deest, [pre]stet[b][6], quod te minime latet, tua instantia perficiat,

*) ·R· *in marg. add. manu correctoris R, cf. NA. XXXVI, 89 annot. 1.*

290. a) videbam *R.* b) *primum* c *add. supra lineam R.* c) vestrę glorię *R.*
291. a) egimus *R.* b) stet *R.*

1) *Cf. Mühlbacher Reg.² 1624 (1581) b, ubi ex sequentibus privilegiis m. Decembri a. 881 apud Mediolanum datis evidenter apparet, epistolam nostram ad a. 881, servata registri serie, nec ad a. 882, sicut Jaffé (I. 2612), quem sequitur Dümmler III², 189, ponendam esse, tunc enim Karolus in Germania erat, cf. Mühlbacher l. l. 1641 (1598) sq. et Lapôtre, 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 187 annot. 2.* 2) *Scil. Widone (II. vel III.) Spoletino (cf. Hofmeister l. l. 365 annot. 4), cui nomen illud derisorie, ut solent Italici, additur; Widonem III., non II. significari putat Lapôtre l. l.* 3) *Vercellensi, cf. supra nn. 224, 253.* 4) *Riccardi, uxore Karoli III., non Angilberga, quae nonnisi autumno a. 882 ab exilio Romam reversa est, cf. Mühlbacher Reg. 1635 (1592) a.* 5) *Ad idem igitur tempus ac praecedens epistola n. 290 haec quoque referri debet.* 6) *Karolus Papia Mediolanum et postea Ravennam iverat, cf. Mühlbacher Reg.² 1625 (1582) sq., nec Romam venerat.*

multum hortamur[a], quia tantum nobis necesse est, quantum[a] dicere non valemus. Unde ita age, ut tibi magis ac magis gratias referamus et in temporalibus commodis vicissitudinem reddere invitemur[b].

292.

Iohannes VIII. papa clero et populo Genevensi nuntiat se electum eorum Aptadum in episcopum consecravisse. *882 (Febr.)*

Cod.: R f. 115 n. 294.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 496 n. 281 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 516 n. 69. Mansi Conc. coll. XVII, 207 n. 271 [l. 281]. Migne Patr. lat. CXXVI, 947 n. 353. — Jaffé Reg. 3357 (2600).

CLERO ET POPULO GENEVENSIS[a] ECCLESIĘ[1].

Dilectissimi filii nostri Karoli imperatoris principumque ipsius relatu[2] vestram ecclesiam viduatam cognoscentes pastore et propter dissensionem Bosonis[3], cui sociatus eiusdem sedis videtur metropolitanus[4], ordinationem electi vestri Aptadi[b] differre auctoritate et potestate apostolica secundum deprecationem eiusdem serenissimi imperatoris, filii scilicet nostri spiritalis Karoli, atque optimatum eius precognita vestra omnium in eodem Aptado* electione et qualiter isdem serenissimus imperator eidem ecclesię electionem perenniter[c] de proprio clero donaverat, diutius ipsa ecclesia ne viduata maneret pastore, consecravimus eum sancti Spiritus gratia et ad regendum vos pastoraliter instructum direximus. Quem devote et unanimiter suscipientes, obędientes ei utpote proprio patri spiritali sitis in omnibus, salvo deinceps eiusdem loci privilegio antiquo proprie metropolis. Sancimus, ut[d], quicumque huic nostrę auctoritati et apostolicę deliberationi contra stare[e]** aut resistere[f] aut non obędire vel, quod absit, electionem ipsius ecclesię aliquando pervertere aut infringere, quam Deo propitio iuste est assecuta, temptaverit, gladio utique canonice disciplinę noverit se feriendum atque omnipotentis Dei vindictam non evasurum, si digna celeriter non fuerit satisfactione sanatus. Confirmamus denique nostri apostolatus auctoritate omnes res eiusdem ecclesię pacifice ac quiete perpetualiter possidere et quicumque easdem invadere ac dissipare ausus fuerit[g], postquam a proprio episcopo canonicę ammonitus fuerit, si secundum divinas et humanas leges non emendaverit, sub anathemate sit damnatus.

293.

Iohannes VIII. papa omnibus episcopis et comitibus Italici regni nuntiat Karolum (III.) imperatorem pro reducenda Romam Angilberga imperatrice instanter se adiisse; ut adiutorium sibi praestent, rogat. *(881 Mart.)*

Cod.: R f. 115 n. 295.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 497 n. 282. Mansi Conc. coll. XVII, 208 n. 282. Migne Patr. lat. CXXVI, 925 n. 316. — Jaffé Reg. 3341 (2563).

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*
**) .R. *add. supra lineam man. correctoris R.*

a) hortamur — quantum *in ras. R.* b) invitemus *R.*
292. a) GENS *R.* b) *corr. in* aptam *al. man. R.* c) perhenniter *R.* d) *in ras. al. man. R.* e) constrare *R.* f) ressistere *R.* g) *corr. ex* fueris *R.*

1) *Hodie 'Genève'.* 2) *Haec Dümmler l. l. III², 186 annot. 3 apte ad conventum Ravennatem m. Feb. 882 (cf. nn. 297, 304, Mühlbacher Reg.² 1627 [1584] b) refert.* 3) *Qui a. 879 regiam sibi dignitatem usurpaverat, cf. p. 226 annot. 3.* 4) *Scil. Viennensis archiepiscopus Otramnus, cf. n. 117, p. 107 annot. 4.*

OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS HUIUS ITALICI [REGNI ET][a] OMNIBUS GLORIOSIS COMITIBUS FILII NOSTRI IMPERATORIS[1].

Si ea, que[b] saluti et utilitati proximorum necessaria sunt, secundum sollicitudinem et curam gregis Dominici nobis ad bene regendum commissi[c] divinę pietatis memores agere studemus, omnipotentem Dominum in his, quibus et ipsi ex humana infirmitate cotidie indigemus, habebimus omnino propitium et in bonis omnibus procul dubio adiutorem. Igitur sanctitatem vestram nosse[d] volumus, quoniam missis et apostolatus nostri litteris[2] dilecti ac spiritualis filii nostri Karoli gloriosissimi imperatoris clementiam obnixe rogamus, ut Angelbergam[3] filiam nostram, quam divę memorię Hludovicus rex pater imperatoris[4] et Hludovicus imperator, vir eius[5], nobis Veronę[6] commendaverunt ac postmodum ipsa se sancto Petro tradidit et de ipsius altaris confessione tuendam recepimus, de loco, in quo nunc esse constat[7], pro amore[e] Iesu Christi domini nostri et pro sanctorum apostolorum Petri ac Pauli reverentia nostraque paterna dilectione presentaliter reduci et ad nos eam dirigere iubeat. Unde vos fratres et comministros nostros pio mentis convenimus atque hortamur affectu, quatenus in huius feminę reversione vel salute nobiscum cooperari pariterque desudare studeatis, ut vestro consilio vestroque instanti[f] hortatu ipse augustus[g] nostrę petitionis affectum more parentum[h] suorum libenti perficiat[i] voluntate. Nam sicut illud regnum[8], in quo nunc illa sub custodia manet, eius est, ita et istud[9], et sicut ibi custoditur, ne aliquod solacium vel consilium dare facereque possit Bosoni[10], ita et nos eam[k] in tali loco habitare faciemus[11], quo nichil adversi moliri[l] nichilque valeat machinare contrarium ad huius regni et[m] imperii perturbationem. Et si contra eius ac nostram voluntatem aliquatenus eam agere aut velle cognoverimus, illico[n] ad imperialem remittemus presentiam nec nostro erit amplius adiuta consilio. Quod nimirum ut nobis sine omni dubitatione credatur, unum ex his legatis nostris venerabilibus episcopis[12], quos pro ea imperatori direximus, satisfaciendo repromittere iussimus ita nos esse incunctanter[o] facturos, neque enim, sicut cum coepiscopis et primatibus eius promissum est, nullum temporale adiutorium [vel][p] consilium iamfato se fore prębituram[q] Bosoni, eo quod, sicut prediximus, diligentissime custodita non poterit de his omnibus quicquam agere. Idcirco per Dominum vos adiuramus, ut toto conamine in hoc opere nobiscum pro amore Dei desudare eique manum porrigere procuretis, ut et nos in vestris proficuis utilitatibus et necessitatibus esse prompti possimus et, cui manum porrigere volueritis, vobiscum omnimodis porrigamus dignasque vestrę Deo dilecte sanctitati[r] pro vestro labore atque devotione gratias habere valeamus.

294.

Iohannes VIII. papa Williberto archiepiscopo Coloniensi quendam presbyterum ante undecim annos, quia cum Ingiltrude, Bosonis quondam comitis excommunicata coniuge, communicaverat, excommunicatum, absolutum remittit, causam Gedeonis et uxoris inquirendam committit. *(881—82)*

293. a) *om. R.* b) eaq; *R.* c) commisi *R.* d) -e *in ras. R.* e) *ras. in fine R.* f) -ti *add. supra lineam al. man. R.* g) aūgustus *R.* h) *in ras. al. man. R.* i) -t *add. al. man. R.* k) ea *R.* l) -ri *in ras. R.* m) de *post* et *del. R.* n) *corr. ex* ilico *R.* o) incunctater *R.* p) *om. R.* q) prębiturum *R.* r) s̄citatati *R.*

1) *Hanc epistolam contra seriem registri prope epistolam n. 268 eiusdem argumenti collocandam recte censuerunt omnes praeter Levi l. l. p. 184.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Imperatricem, viduam Ludovici II.* 4) *Cogn. Germanicus († 876).* 5) *II. († 875).* 6) *A. 874 Mai., cf. Mühlbacher Reg.*[2] *1263 (1228) b, 1504 (1462) b.* 7) *Scil. de exilio Alamannico, cf. n. 268, p. 236 annot. 7.* 8) *Scil. Teutonicum.* 9) *Scil. Italicum.* 10) *Cf. n. 268, p. 236 annot. 8.* 11) *Eadem etiam in n. 268 promittit.* 12) *Quinam fuerint, nescimus.*

Cod.: R f. 115' n. 296.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 498 n. 283. Mansi Conc. coll. XVII, 209 n. 283. Migne Patr. lat. CXXVI, 936 n. 331. — Jaffé Reg. 3358 (2578).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO UUILLIBERTO ARCHIEPISCOPO AGGRIPPINENSI[1].

Almitatis tuę prudentiam sacerdotali vigilantia pro gregis Dominici sibi commissi salute atque de fauce hostis maligni, qui semper incautos ad ęternę mortis profunda pertrahere avide certat, liberatione iuxta pastorale magisterium reverentię tuę divinitus delegatum sollicitam fore litteris vestris[2] inspectis luculenter agnoscentes laudamus, cum apostolicę sedis privilegium perspicaci mentis intuitu conservando hunc tuę dioeceseos presbyterum nomine talem[3] Ingiltrudę Bosonis quondam comitis uxori torum[a] coniugalem contra divinę legis precepta relinquenti[4] et idcirco ab antecessore nostro beatę memorię papa Nikolao legitime excommunicatę[5] inprovide communicasse repperiens, sacra iam olim communione privasti. Quem scilicet cum tuę fidelis devotionis attestatione nostro presulatui dirigens professus es per annos undecim illatam sibi excommunicationis[b] sententiam humiliter sustinuisse et, quod ex pollutę consortio feminę nevum adtraxerat, longa pęnitentię satisfactione purgasse, a vinculo suę obligationis ut absolveremus, mandasti[c]. Nos vero misericordię intuitu precibus tuis inclinati, interni arbitrium iudicis sequentes ab ipsius excommunicationis vinculo, si ita est, eum absolvimus[d] et omne officium vel ministerium sacerdotale iuxta precedentem consuetudinem iubemus sollemniter ac libere cum Domini semper timore[e] peragere. Preterea de Gedeone, cuius uxorem cum germano istius adulterium perpetrasse fateris, ex parte dubii existentes, utrum[f] verum sit, quod de hoc dicitur, necne, dilectioni tuę committimus, ut omni ex parte diligentique cura rei huius veritate comperta, quid super hoc excellentissimus[g] doctor beatus Augustinus in libris[h] de adulterinis coniugiis ad Pollentium[6] dixerit, quidque beatus Innocentius papa vicesimo sexto capitulo[7] statuerit[i] relegens, secundum horum sanctionem ita diffinire procuret, quatenus animabus eorum per pęnitentię remedia subveniri[k] possit et corpora per tuę[l] sanctitatis providentiam secundum Deum in omnibus dirigantur.

295.

Iohannes VIII. papa Branimiro comiti (Chrobatorum) gratias agit de fidelitate servata, in qua ut perseveret, hortatur. *(881—82.)*

Cod.: R f. 116 n. 297.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 499 n. 284. Mansi Conc. coll. XVII, 209 n. 284. Migne Patr. lat. CXXVI, 918 n. 307. — Jaffé Reg. 3359 (2554).

---

294. a) o *corr. ex* a *R.* b) -ti- *add. supra lineam R.* c) *corr. ex* mandatis *al. man. R.* d) -imus *in ras. R.* e) *corr. ex* timere *R.* f) *corr. ex* virum *al. man. R.* g) -mus *corr. ex* -mis *R.* h) in li-, -ris *in ras. R.* i) *corr. ex* statueris *R.* k) *corr. ex* subvenire *R.* l) *corr. ex* tua *R.*

1) *870—89.* 2) *Quae non exstant.* 3) *Ex minuta igitur, in qua nomen presbyteri nondum scriptum erat, apographum registri fluxit, cf. NA. XXXVI, 116.* 4) *Qua de causa cf. nn. 111, 129.* 5) *In synodo Romana a. 863, cf. supra n. 111, p. 103 annot. 3.* 6) *Ed. Migne Patr. lat. XL, 451 sq.* 7) *Dionysii Coll. decr. Innocentii c. 26 (ed. Migne LXVII, 247):* Quod hi, qui intercedente repudio divortium pertulerunt aliisque se vinxerunt nuptiis, adulteri esse monstrentur *(Epist. ad Exuperium ep. Tolosanum, Reg. Jaffé 293 [90]).*

EXCELLENTISSIMO VIRO BARNIMERO GLORIOSO COMITI[1] ET DILECTO FILIO NOSTRO ATQUE OMNIBUS RELIGIOSIS SACERDOTIBUS ET HONORABILIBUS IUDICIBUS CUNCTOQUE POPULO PAX ET GRATIA A DOMINO IESU CHRISTO[a].

Audita per Theodosium venerabilem episcopum[2] vestrum fide et devotione, quam circa sedem[b] beati Petri apostoli et nostri pontificii vos habere cognoscimus, immensas Deo gratias referentes magno gaudio sumus repleti, qui vos nunc ad tantam gratiam perducere et inter oves suas connumerare dignatus est, secundum quod Dominus ipsi
Io. 21, 17. principi apostolorum commisit dicens: 'Si diligis me, Simon Petre, pasce oves meas.'
Unde vestram fidelitatem et Christianissimam devotionem his nostris apostolicis litteris ammonemus et exhortamur, ut, sicut divina inspiratione agere cępistis, usque ad finem perficere et observare non prętermittatis, quatenus[c] sub ala et regimine atque defensione beati Petri apostoli et nostra toto conamine vos subdere atque in eius servitio perseverare quasi dilecti filii procurastis, apertius hoc ostendatis atque inpleatis, ut Dominus
Matth. 5, 16. in evangelio dicit: 'Sic luceat lux[d] vestra coram hominibus, ut videant bona opera[e] vestra et glorificent[e] patrem vestrum, qui in cęlis est', et ut ita hoc per orbem terrarum vestrę sponsionis diffametur, ut auxiliante Domino et sanctorum apostolorum suffragantibus meritis ea, quę[f] saluti et utilitati omnium vestrum proficua sunt, possimus[g] ad honorem et exaltationem sanctę sedis apostolicę incunctanter perficere, sicut nomine vestro scripta
cf. Luc. 10, 20; Phil. 4, 3. nobis mandastis, ita in libro cęlesti scripta permaneant[h]. Quapropter mandamus, ut revertente ad vos dilecto[i] episcopo vestro idoneos legatos vestros pręsentaliter ad nos dirigere non prętermittatis[k], qui pro parte omnium vestrum nos et[l] sedem apostolicam certificent[m]* de his que mandastis, ut et nos cum illis missum nostrum dirigamus ad vos, quibus secundum morem et[n] consuetudinem ecclesię nostrę universus populus[o] vester fidelitatem promittat. Interim monemus, ut constantes permaneatis, quoniam scriptum
Eccle. 5, 4. est: 'Melius est votum non vovere, quam post votum promissa non implere.' Spiritus
cf. Sap. 1, 7. Domini, qui orbem terre replevit, repleat vestrum cor omni pace et gaudio in Christo Iesu, Domino nostro.

296.

Iohannes VIII. papa (Romanum archiepiscopum Ravennatem) pro causa ecclesiae eius Romam venire iubet. *(882.)*

Cod.: R f. 116' n. 298.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 499 n. 285. Mansi Conc. coll. XVII, 210 n. 285. Migne Patr. lat. CXXVI, 946 n. 351. — Jaffé Reg. 3361 (2598). Kehr Italia pontificia V, 47 n. 141.

[a]Sicut nobis per litteras tuas[b] et verbotenus per Deusdedit religiosum[c] presbyterum tuum mandasti, ut fidem et devotionem, quam[d] circa sedem apostolicam[e] habere debes, te velle[f] toto conamine conservare indiminutam asseris, gratanter suscepimus. Unde te omnimodis admonemus et his apostolicis litteris exhortamur, ut nulla inimicorum calliditas

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

295. a) *haec inscriptio in eundem modum ac contextus epistolae nigro atramento scripta est R.* b) *corr. ex* sede *al. man. R.* c) *excidit* sicut *aut simile quid R.* d) opera *R.* e) opera — glori- *in ras. R.* f) *corr. ex* eaq; *al. man. R.* g) *corr. ex* possumus *R.* h) *corr. ex* permaneat *R.* i) filecto *R.* k) -a- *corr. ex* -en- *R.* l) *corr. ex* es *R.* m) corrificant *R.* n) ad *R.* o) o *corr. ex* u *R.*

296. a) Romano archiepiscopo Ravennatis *suprascr. man. recens saec. XVII. R, cf. NA. XXXVI, 91 annot. 3.* b) tuis *R.* c) *corr. ex* religiosus *al. man. R.* d) *corr. ex* qua *al. man. R.* e) h *in initio eras. R.* f) v *corr. ex* b *R.*

1) *Chrobatorum, de quo cf. n. 190, p. 152 annot. 1.* 2) *Nonensem, a. 879 a papa consecratum, cf. n. 191.*

vel seductio amplius[a] a nostra fidelitate quoquomodo[b] valeat te[c] removere, sed secundum sponsionis tuę tenorem in ea devotissime permanere procures[d]. Quapropter scito, quia sine omni dubietate inter dilectos nostros te retinere volentes, volumus etiam et precipimus[e], ut et pro necessitate ecclesię tuę et pro tuę causa utilitatis Romę ad nostram apostolicam pręsentiam pręsentaliter venire indubitanter procures[1], quia et statum sanctę Ravennatis[f] ecclesię incolumem conservare tuumque[g] profectum et honorem[h] perficere auxiliante Domino cupimus.

297.

Iohannes VIII. papa (Karolo III.) imperatori ad conventum Ravennam d. 2. Februarii (882) cum litteris per Iohannem Papiensem episcopum delatis invitanti respondet se quarto ante illum die cum eo convenire velle. *(882 Ian.)*[2]

Cod.: R f. 116' n. 299.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 500 n. 286. Mansi Conc. coll. XVII, 211 n. 286. Migne Patr. lat. CXXVI, 936 n. 330. — Jaffé Reg. 3362 (2577).

AD IMPERATOREM[3].

Receptis serenitatis vestrę litteris atque perlectis ac, sicut nobis per Iohannem venerabilem Ticinensem episcopum[4] verbotenus mandastis, quia cognovimus vos honorem sanctę Romanę ecclesię matris vestrę et salutem terrę ipsius toto conamine velle perficere, exultante[a] sumus animo gavisi. Porro sicut mandastis, ut die purificationis beate Marię semper[b] virginis[5] Ravennam te veniente[c][6] simul coniuncti fuissemus ad[d] considerandum[e] cum Dei auxilio et[f] peragendum profectum sanctę Dei ecclesię et statum imperii vestri, nos autem et hoc libenti animo recipientes volumus quarto die ante iamdictam festivitatem vos ibi adesse, quia et nos ita[g] desiderantissime[h] cupimus vobiscum simul coniungi et vestram petitionem libenter adimplere, si Domino annuente[i] sanitas[k] corporis divinitus concessa fuerit. Et quoniam, sicut audivimus, vos laborem[l] atque certamen pro ecclesiarum Dei statu[m] et imperii vestri incolumitate atque communi Christianorum salute pio affectu cupitis[n] perficere, his apostolatus nostri litteris admonemus et exhortamur[o], ut magis ac magis in hoc vestra imperialis sollicitudo proficiat, quatenus*[p] . . . . Et hoc gloriam vestram obsecramus et[q] magnitudinem vestram, ut, cum in has partes venire ceperitis, Supponem gloriosum comitem[7] et communem fidelem vobiscum venire iubeatis.

---

*) .R. *add. supra lineam man. correctoris R.*

a) li *corr. ex* u *al. man. R.* b) quomodo *R.* c) *add. in marg. al. man. R.* d) *corr. ex* procuras *R.* e) *secundum* p *corr. ex* n *al. man. R.* f) raū *R.* g) *corr. ex* tum | tumque *al. man. R.* h) onorem *corr. ex* onoremus *R.*

* 297. a) *corr. ex* exultantem *R.* b) sep *R.* c) *corr. ex* Ravennate venientes *al. man R.* d) pro *del. ante* ad *R.* e) considerandam *R.* f) *add. supra lineam al. man. R.* g) ita de *R.* h) -rantis- *in ras. in marg. al. man. R.* i) annute *R.* k) si *del. ante* sanitas *R.* l) uolaborem, b *corr. ex* u *R.* m) *corr. ex* statum *R.* n) *add. supra lineam al. man. R.* o) exhortamus *R.* p) *finis epistolae deesse videtur, nam sequentem sententiam perperam hic subiunctam esse patet, quae forte in minuta in margine posita erat R.* q) *corr. ex* etiam *R.*

1) *Haec citationis epistola minime, ut habet Ewald, ad a. 881, ex quo iam tres habemus acriores admodum citationes (nn. 281, 283, 285), verum ad a. 882 referri debet, quo Romanus se ab excommunicatione in synodo d. 4. Octobris 881 prolata (cf. n. 289) iam solvisse videtur, cf. nn. 311, 312.* 2) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 155 annot. 4.* 3) *Scil. Karolum III.* 4) *De quo cf. nn. 144—46.* 5) *I. e. d. 2. Februarii 882.* 6) *Quo de conventu cf. Mühlbacher Reg.² 1627 (1584) b.* 7) *Idem esse videtur ac Suppo comes in ep. n. 239 laudatus, cf. p. 211 annot. 1.*

298.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum admonet, ut missos idoneos, quod iam longe praetermiserit, Romam pro utilitatibus ecclesiae eius transmittat. *(881—82.)*

Cod.: R f. 117 n. 300.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 500 n. 287. Mansi Conc. coll. XVII, 211 n. 287. Migne Patr. lat. CXXVI, 919 n. 308. — Jaffé Reg. 3360 (2555).

DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAHELI GLORIOSO REGI[a] UULGARIORUM[1] GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATRE ET DOMINO IESU CHRISTO[b].

Miramur, quod tanto iam tempore transacto missos vestros ad sanctam Romanam[c] ecclesiam matrem vestram et ad nos non transmisistis. Modo vero, sicut nobis retulit Theodosius venerabilis episcopus[2], missos[d] tuos cum eo dirigere promiseras, sed pro qua causa eos dirigere pretermiseris[e], ignoramus. Unde vos iam recognoscere oportebat,
cf. 1. Petr. 2, 25. ut[f] iam[f] ad pastorem et pontificem animarum vestrarum[g] reverti tota[d] devotione deberetis[h]. Unde[i] his nostris apostolicis litteris vos quasi karissimos filios ammonemus et exhortamur, ut de presenti vestros idoneos[k] missos nobis transmittere non dubitetis, quatenus ab uberibus matris vestrę, sanctę videlicet Romane[l] ecclesie, satiemini omnique bono repleamini, quia nos more paterno ulnis extensis vos amplecti[m] et quasi oves Christi nobis commissas alere et salvare parati existimus, secundum quod Dominus dicit
Io. 21, 17. beato Petro: 'Pasce oves meas'. Quicquid enim vobis dirigimus, credere omnino potestis, quia pro salute vestra semper agere ac perficere incunctanter cupimus. Optamus vos in Christo nunc et semper bene valere.

299.

Iohannes VIII. papa Otrammum (archi)episcopum Viennensem a consortio fautorum Bosonis dehortatur, Romam eum venire iubet. *(882.)*

Cod.: R f. 117 n. 301.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 501 n. 288 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 516 n. 70. Mansi Conc. coll. XVII, 212 n. 288. Migne Patr. lat. CXXVI, 917 n. 306. — Jaffé Reg. 3370 (2553).

OTERAMO BIENNENSI EPISCOPO[3].

Inter eximios nunc usque Christi Dei nostri sacerdotes te habere tenereque[a] omnino voluimus; sed quia ecclesiasticę paci et utilitati[b] te[c] contraria agere audimus, valde miramur, nichilominus et turbati existimus, eo quod, sicut[d] fidelium relatu comperimus, his[e], qui cum Bosone[f] pręsumptore et regni perturbatore[g][4] tyrannidem exercere non cessant, ausu temerario favere eorumque malis operibus communicare pręsumas et[h] in superbiam eorum sequax existens falsa opinione sanctam nostram Romanam ecclesiam infamare non dubitas, quod ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere te certifices[5];

298. a) *add. postea al. man. R.* b) *haec inscriptio sicut in ep. n. 295 scripta est R.* c) romam *R.* d) missos — tota *(l. 13), integrae quattuor lineae, in ras. R.* e) *corr. ex* pretermisseris *R.* f) etiam *R.* g) nrarum *R.* h) *corr. ex* debueritis *R.* i) un- *in ras. al. man. R.* k) reoneos *R.* l) -ane *in ras. al. man. R.* m) *corr. ex* amplectere *al. man. R.*

299. a) *secundum* e *add. supra lineam R.* b) *corr. ex* utilitate *al. man. R.* c) *add. supra lineam al. man. R.* d) ut *post* sicut *del. R.* e) *add. supra lineam al. man. R.* f) bolsone *R.* g) -tore *in ras. R.* h) *add. supra lineam al. man. R.*

1) *De quo cf. nn. 66, 192, 198.* 2) *Nonensis, qui simul etiam de Branimiro Chrobatorum duce notitias papae detulit, cf. n. 295.* 3) *Cf. nn. 117, 292.* 4) *Cf. p. 226 annot. 3.* 5) *Cf. Poupardin 'Le royaume de Provence' p. 100 annot. 8.*

quod quam evidenter ostendere non poteris, pro qua scilicet Romana ecclesia te murum opponere omnibus inique[a] agentibus debueras. Pro quibus nimirum[b] tot malis tantisque prȩsumptionibus tibi ex auctoritate Dei et sanctorum apostolorum ac nostra prȩcipimus, ut de presenti Romam ad limina sanctorum apostolorum nostramque prȩsentiam venire procures, ut de talibus te criminibus secundum auctoritatem sanctorum patrum coram nobis et sede apostolica satisfaciendo purgare valeas, quatenus te inter fratres et consacerdotes retinere valeamus. Nam, quod non credimus, si aliter feceris et venire distuleris, donec hanc nostram iussionem inpleveris, scias te omni episcopali[c] officio esse privandum. cf. Ezech. 13, 5.

300.

Iohannes VIII. papa Leoni episcopo Teanensi, Landulfo episcopo, Landoni gastaldio (Capuanis) praecipit, operam dent, ut Atenulfus Capuanus filium Auxentii, hominem apostolicae sedis proprium, violenter detentum patri redderet. *(882.)*

Cod.: R f. 117' n. 302.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 502 n. 289. Mansi Conc. coll. XVII, 212 n. 289. Migne Patr. lat. CXXVI, 937 n. 332. — Jaffé Reg. 3371 (2579).

LEONI EPISCOPO THIANENSI[1] ITEM LANDULFO EPISCOPO[2] ET LANDONI GASTALDIO PATRI EIUS[a 3].

Auditu certiori comperimus, quod filium Auxentii Capuani, nostrum dumtaxat proprium hominem, Attenulfus[4] caperet et non bene tractans eum violenter teneret[b], quod admodum admiramur[c] et, quod tale quid presumpserit agere, moleste quippe accepimus. Unde vobis nostri apostolatus litteris iniungere dignum duximus, ut omnem operam detis et ex nostra parte ipsi Attenulfo tamdiu insistatis, quousque eundem Auxentii filium, hominem scilicet nostrum, patri suo salvum restituat et cum suis hominibus reddat illȩsum; alioquin sententiam nostram evadere non poterit, qui nostrum hominem tam simpliciter ambulantem affligere non contempsit. Vos tamen, rogamus, tam strenuȩ agite, ut vobis gratias referamus et maiora vobis committere invitemur[d].

301.

Iohannes VIII. papa Ludovico (III.) et Karolomanno regibus (occidentalis Franciae) gratias agit pro transmissa sibi eorum devotione per episcopum quendam, cui responsa sua transferenda commiserit. *(882.)*

Cod.: R f. 117' n. 303.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 502 n. 290 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 517 n. 71. Mansi Conc. coll. XVII, 213 n. 290. Migne Patr. lat. CXXVI, 895 n. 277. — Jaffé Reg. 3372 (2524).

---

a) inque *R.* b) ni- *in ras. al. man. R.* c) episcopale *R.*

300. a) *haec quoque inscriptio sicut in nn. 295, 298 scripta est, praeter primam vocem* LEONI *R.* b) *corr. ex* tenerent *R.* c) *primum* r *in ras. 2—3 litt. R.* d) finit *corr. ex* finitus *add. R.*

1) *Hodie 'Teano', cf. n. 215, p. 193 annot. 1.* 2) *II., Capuano, cf. n. 216, p. 193 annot. 8.* 3) *III., cf. ibid. et p. 191 annot. 5.* 4) *Idem fortasse est ac Atenulfus, fil. Landenulfi Teanensis, frater Landonis III., qui a. 887 comes Capuanus, a. 899 etiam princeps Beneventanus factus est.*

DILECTISSIMIS FILIIS HLUDOUUICO ET KARLOMANNO GLORIOSISSIMIS REGIBUS[a][1].

Audita per[b] venerabilem episcopum devotione vestra, quam circa sanctam Romanam ecclesiam habere totoque conamine exercere cupitis, maximas Deo et vobis gratias agimus. Unde a nostra parte vos certos existere volumus, quia, sicut domnus Karolus[2] divę memorię imperator avus vester ac postmodum genitor vester[c] Hludouuicus[3] rex sub protectione Romanę ecclesię nostraque apostolica tuitione[d] vos commendaverunt[e], ita nostrum apostolicum affectum circa vos in omnibus ostendere vosque adiuvare ac protegere paterna dilectione atque amore semper parati existimus. Preterea de his, quę per iamdictum coepiscopum verbotenus mandastis, ita vobis per eum dictis respondendo direximus. Nam ea, que[f] nostro consilio repperimus et vobis innotescendo mandavimus, ad vestrum honorem proficua esse omnimodo credite.

302.

Iohannes VIII. papa Hugoni abbati (s. Germani Autissiodorensis) et Bernaldo (Arvernico), Guitoni, Albuino comitibus gratias agit pro fidelitate erga Ludovicum et Karolomannum reges probata. *(882.)*

Cod.: R f. 117' n. 304.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 502 n. 291 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 517 n. 72. Mansi Conc. coll. XVII, 213 n. 291. Migne Patr. lat. CXXVI, 895 n. 278. — Jaffé Reg. 3373 (2525).

UGONI[a] EXIMIO ABBATI[4] SEU BERNALDO GUITONI ET ALUUINO[b] GLORIOSIS COMITIBUS[c][5].

Audientes bonam famam de vobis, quod protectores defensores atque fideles Hludouuico et Carlomanno excellentissimis[d] regibus, qui nobis a progenitoribus suis commissi sunt, in omnibus existitis[e], gratias referimus maximas. Quapropter his apostolicis nostris litteris magnificentiam vestram exhortamur[f], ut more fidelium parentum vestrorum magis ac magis circa eos vestram sincerissimam devotionem ostendatis, quoniam et nos Deo propitio in eorum adiutorio vobiscum pariter in omnibus promti[g] existimus, ut dignam exinde vos a Deo et a nobis, verum etiam et ab illis retributionem percipere mereamini.

303.

Iohannes VIII. papa Otramno archiepiscopo Viennensi praecipit, ut Aptadum episcopum Genevensem turpiter ab eo captum et in custodiam retrusum propriae sedi restituat et Romam ad synodum d. 24. Septembris celebrandam veniat. *(882 Mai.—Iul.)*[6]

Cod.: R f. 118 n. 305.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 503 n. 292 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 517 n. 73. Mansi Conc. coll. XVII, 213 n. 292. Migne Patr. lat. CXXVI, 952 n. 357. — Jaffé Reg. 3374 (2604).

---

301. a) *inscriptio sicut in n. 295 scripta est R.* b) *spatium relictum in R pro omisso nomine, quod aut in minuta deerat aut a scriptore legi non potuit, cf. NA. XXXVI, 116 annot. 4.* c) n̄r *R.* d) tuitio- *in ras. in marg. al. man. R.* e) -runt *in ras. al. man. R.* f) *corr. ex* eaq; *R.*

302. a) -ONI *in ras. R.* b) ali | uni *corr. ex* alii | iuni *R.* c) *haec inscriptio sicut in n. 295 scripta est.* d) -mis *corr. ex* -mus *R.* e) *primum* i *add. supra lineam R.* f) *corr. ex* exhortamus *al. man. R.* g) promti *R.*

1) *Cf. n. 268.* 2) *II. Calvus.* 3) *II. Balbus.* 4) *S. Germani Autissiodorensis, cf. nn. 105, 219, 220, 268.* 5) *Bernardus comes Arvernicus (cf. etiam n. 140) et Albuinus comes una cum Hugone abbate in Hincmari Ann. ad a. 879 (ed. Waitz p. 147) laudantur. De Guitone nihil constat.* 6) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 156 annot. 3.*

OPTERAMO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[1].

Relatu veraci didicimus sanctimoniam vestram in Genovensi[a] ecclesia episcopum consecrasse, cui nos necessaria temporum qualitate perspecta iam primum clericis eiusdem ecclesię suggerentibus auctoritate apostolica prefeceramus episcopum nomine Aptadum[2]. Quo audito audaciam et temeritatem[b] vestram nimium admirantes ob id maxime turbati sumus, eo quod non solum super ordinationem nostram obices manus habuistis, sed etiam ad contemptum et iniuriam sedis apostolicę pręfatum episcopum turpiter capientes arta custodia retrusistis et rebus omnibusque supellectilibus eius direptis hactenus retrusum affligitis et contra omne ministerium vestrum, quod nulli[c] Christiano licet, sacerdotem Domini tetro carcere maceratis, non habentes pre oculis scilicet, quod sacerdotes Domini sacra Scriptura aliquando deos, aliquando angelos nominet, et qui eos tangit, tangat pupillam oculi Domini. Quapropter auctoritate Dei omnipotentis et principum apostolorum Petri et Pauli simulque nostra vobis pręcipimus, ut accepta hac nostra epistola aut quoquomodo tenore illius audito, si intra octo dierum spatia iamdictum episcopum proprie sędi proprioque honori et dignitati reddere restituereque contempseritis, a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis in hoc facto[d] faventibus sitis prorsus extorres, quousque iuxta hanc nostram dispositionem perficere sategeritis[e]. Et quia alia multa vobis a quibusdam obiciuntur, quę synodali discussione sunt corrigenda, decernimus, ut omni excusatione remota octavo[f] kalendas Octobris futurę primę indictionis[3] Romam ad synodum occurrere non omittatis, ut tunc et de vobis obiectis[g] rationem reddatis et, si adversus eundem episcopum a nobis consecratum aliquam quęrimoniam habetis, kanonico valeamus, quicquid illud fuerit, Deo iuvante libramine diffinire; hoc autem scientes, quia, si ad eandem synodum pręfato tempore venire distuleris, kanonicę in vos censuram[h] sententię proferemus.

cf. Ps. 81, 6; Io. 10, 34; Luc. 20, 36. cf. Zach. 2, 8.

304.

Iohannes VIII. papa (Karolo III. imperatori) queritur, quod Wido II. et III. marchiones possessiones s. Petri in Pentapoli sitas non restituerint. (882 Mart.)[4]

Cod.: R f. 118 n. 306.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 504 n. 293. Mansi Conc. coll. XVII, 214 n. 293. Migne Patr. lat. CXXVI, 948 n. 354. — Jaffé Reg. 3377 (2601).

Cum et ante[a] susceptum imperium et post augustale sceptrum per humilitatis nostrę[b] ministerium vobis divinitus adtributum nos quidem multotiens pro innumeris necessitatibus et multiplicibus obpressionibus, quas sancta mater vestra Romana ecclesia cotidię[c] patitur, ingenti merore afflicti reclamassemus, nullum usque adhuc optate consolationis valuimus promereri auxilium vel defensionis solacium, quia de omnibus immobilibus[d] rebus territorii sancti Petri, quas nobis Ravennę consistentibus[5] in presentia[e] serenitatis vestrę uterque Uuido marcio[6] per reinvestitionem reddidit, nec unum recepimus

303. a) *corr. in* Genuensi *R.* b) -meri- *in ras. R.* c) *corr. ex* nulla *R.* d) *bis scriptum et cancellatum R.* e) *corr. ex* satageritis *R.* f) octabo *R.* g) -bis o- *in ras. R.* h) *in ras. al. man. R.*

304. a) *corr. ex* tante *R.* b) ūrę *R.* c) co- *in ras. R.* d) immouilibus *R.* e) impresentia *R.*

1) *Cf. nn. 117, 292, 299.* 2) *Cf. n. 292.* 3) *I. e. d. 24. Septembris 882.* 4) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 156 annot. 2.* 5) *In conventu m. Februario 882 habito, cf. Mühlbacher Reg.² 1624 (1584) b.* 6) *Scil. Wido III. et patruus eius Wido II., cf. Hofmeister 'Mitt. d. Inst. f. oest. Geschichtsforsch., Ergbd. VII', 366.*

locum, sed ipsi et homines eorum contra ius[a] et ęquitatem omnia retinere pręsumunt. Nam nobis in Pentapoli[b], hoc est in urbe Fano, consistentibus Adelardus reverentissimus episcopus[1] et diliciosus vester communisque fidelis[c] secundum vestrę delegationis iussum advenit et ibi pręfati Uuidonis et satellitum eius, qui nostra violenter tulerunt ac retinent, presentiam pręstolati sumus, quatenus vel inde omnis emendationis et iustitię cepto initio per ceteras urbes de omnibus iuxta clementię vestrę decretum recipiendo coram legato vestro iustitias pariter proficisceremur. Sed illo semper fugiendo iudicium et vestrę iussionis piissimam sanctionem callide declinando non veniente, quia nobis sine profectu aliquo per ipsas civitates, quę[d] illorum gravamine opprimuntur, proficisci[e] evidenter extitit manifestum, direximus cum eodem Adelardo venerabili[f] episcopo misso vestro Uualpertum reverentissimum episcopum[2] et fidelem consiliarium nostrum, qui vice nostra recepisset ea[g] loca iam bis nobis in vestra pręsentia reddita et legitimam de aliis omnibus emendationem. Qui videlicet profecti nullum iustitię fructum recipientes ad nos reversi sunt, nos autem omnem[h] excusationis eorum defensionem penitus auferre volentes decrevimus eos iterum mittere, ut saltem postmodum reciperemus iustitiam. Qui cum ad prędictum Uuidonem rursum abissent[i], nichil emendationis nichilque redditionis ab eo vel sequacibus eius, sicut promissum fuerat, recipere potuerunt, sed ut antea sine aliquo ad nos effectu et[k] noster[k]* reversus est et vester ad vos absque iustitię contemplatione omnimodo rediit, quamvis ingenti et fideli devotione ipse confrater[l] noster Adelardus ad iustitiam exigendam multimodis decertasset. Nunc igitur pro certo scientes nullam nos de tantis malis posse habere iustitiam et emendationem per quemlibet celsitudinis vestrę legatum, nisi per vestram imperialem pręsentiam, rogamus obnixe atque per omnipotentem Dominum adiuramus, ut ad defendendam et liberandam de manibus malefactorum, qui eam atrociter devorant, ecclesiam, beati Petri apostolorum principis vobis commissam, quę[m] vos divino nutu[n] adiutores ac defensores in omnibus elegit habere, ipsi Deo auxiliante venire libenter dignemini, quatenus Dei et vestro solacio freta, quę sua sunt, valeat securiter retinere cum pristinę dignitatis decore ad laudem et perpetuam animę vestrę mercedem.

305.

Iohannes VIII. papa Athanasio episcopo Neapolitano solutionem e vinculo anathematis promittit, si foedus cum Saracenis tandem solverit. *(882.)*

Cod.: R f. 118' n. 307.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 505 n. 294. Mansi Conc. coll. XVII, 215 n. 294. Migne Patr. lat. CXXVI, 946 n. 352. — Jaffé Reg. 3378 (2599).

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO.

cf. Matth. 18, 12; Luc. 15, 4. cf. Matth. 11, 30.

Boni pastoris eximio informati[a] exemplo, qui venit quęrere et salvare, quod perierat, tanto tempore te per devia errantem, abiecto Christi levi iugo cum infidelibus iugum obscena cupiditate ducere non dubitantem, quamvis sero ad te percutientem reverti velle mandasti[b] [3], alacriter recipimus, et inter ceteros consacerdotes nostros

---

*) .R. *in marg. add. man. correctoris R.*

a) *corr. ex* contrarius *R.* b) Pentapolim *R.* c) -s *in ras. R.* d) *corr. ex* q; *al. man. R.* e) proficisci (s *suprascr.*) *R.* f) venerauili *R.* g) *corr. ex* et *al. man. R.* h) oīe' *R.* i) b *corr. ex* u *R.* k) es n̄r *del. al. man. R.* l) c̄fr̄r *R.* m) commisamq; *corr. in* -q̄ę *al. man. R.* n) mutu *R.*

305. a) -or- *in ras. R.* b) *corr. ex* mundasti *R.*

1) *Veronensis, cf. supra nn. 10, 48—50, 274.* 2) *Portuensem, cf. nn. 23, 141, 211a.* 3) *Post ultimam excommunicationem m. Aprili 881 prolatam (cf. n. 279) iterum (cf. n. 249) papa reconciliando scripsisse videtur.*

precipuę honorabilem cupimus retinere, prout ipse nos iam olim fecisse procul dubio reminisceris. Sed quia tua exigente sceleris tanti audacia sancti Spiritus iudicio te a consortio nostro divini misterii iure submovimus, nunc secundum preces tuas et relationem Petri venerabilis diaconi tui, si modo pactum, quod hactenus cum impiis Agarenis habuisti, manifesta devotione fregeris et ab eorum nequissima societate toto conamine separaveris atque si pręsentibus his missis nostris, Marino videlicet reverentissimo episcopo[a 1] et sanctę sedis nostrę arcario et Siconi egregio viro, maiores Saracenorum quantos melius potes, quos nominatim quęrimus, cum aliis omnibus cęperis et iugulatis aliis eos nobis direxeris, a vinculo excommunicationis absolvimus et iuxta pręcedentem consuetudinem episcopale officium reddimus, eo scilicet modo vel tenore, ut captis et traditis antea, ut dictum est, Sarracenis, deinceps nullum cum eis ulterius fędus in quoquo modo inire presumas. Nam si cum illis iterum pactum aliquod facere temtaveris, in eadem te excommunicatione manere sanccimus et auctoritate Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis et nostra omni episcopali honore te privandum et perpetuo anathemate damnandum esse decernimus.

306.

Iohannes VIII. papa Otramno Viennensi archiepiscopo praecipit, ut propter causam Aptadi a se in episcopum Genevensis ecclesiae consecrati, in qua alium ipse consecrare non sit veritus, Romam d. 24. Septembris veniat. *(882 Mai.—Iul.)*

Cod.: R f. 119 n. 308.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 505 n. 295 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 518 n. 74. Mansi Conc. coll. XVII, 216 n. 295. Migne Patr. lat. CXXVI, 952 n. 358. — Jaffé Reg. 3375 (2605).

OTTRAMNO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[2].

Susceptis vestrę fraternitatis apicibus, quod essent[a] alicuius, ut ita dixerim, rectitudinis[b] zelo compositi[c], satis ubertim cognovimus, quia post plurima in ecclesia Genevensi fatemini vos consecrasse episcopum et quidam Aptadus nomine clericus adveniret, qui ecclesię Genevensis nec baptizatus, clericatus, ordinatus, acclamatus, eruditus umquam extiterat, ecclesiam illam invaserit, multipliciter admiramur, cur illa nescire vos dicitis, quę totus, ut remur, Occidens non ignorat. Pręcedenti siquidem tempore nobis fuerat nuntiatum, ut vos in eadem ecclesia episcopum consecrare contempseritis, ideo nos necessaria temporum qualitate perspecta clericis eiusdem ecclesię suggerentibus auctoritate apostolica illic episcopum Aptadum nomine consecravimus. Qua ex re non bene vos fecisse probamus, qui super ordinationem nostram obices manus habuistis et alterum episcopum ibidem ordinastis[d]. De hoc autem, quod dicitis, quod ipse Aptadus Genevensis ecclesię nec baptizatus, clericatus, ordinatus, acclamatus, eruditus umquam extiterit, interim silentio est tegendum, eo quod, cum karitate vestra loquamur, nichil horum vestra sanctitas in Viennensi[e] ecclesia est consecuta. Verumtamen his interim necessario[f] pretermissis sanctimoniam vestram iam dudum litteris nostris monuimus, ut, quia quędam vobis a quibusdam obiciuntur, quę synodali discussione sunt corrigenda, omni excusatione remota octavo kalendas Octobris future indic-

---

a) *corr. ex* reverentissimos episcopos *R.*

306. a) -d essent *in ras. al. man. R.* b) *bis scriptum et deletum R.* c) compositos *R.* d) *corr. ex* ordinatis *R.* e) *corr. in* ienuensi *R.* f) *corr. ex* necesario *R.*

1) *Cf. n. 224, p. 200 annot. 1.* 2) *Cf. nn. 292, 303. Haec epistola prior videtur esse citatio, cp. n. 303 posterior, in qua etiam de perpetrata violentia Otramni agitur, cf. NA. XXXVI, 156 annot. 3.*

tionis Romam ad synodum occurrere studeretis. Nichilominus autem iterato decernimus, ut eodem tempore apostolicę nostre vos pręsentetis pręsentię, ut tunc et de vobis obiectis rationem reddatis et, si adversus eundem episcopum a nobis consecratum aliquam quęrelam habetis, nos kanonico valeamus, quicquid illud fuerit, Deo iuvante libramine diffinire. Ceterum Adalberto Mauriennensis ecclesię episcopo[1] auctoritatis nostrę litteras, quas ei a vobis dari mandamus, ecce transmisimus[2], ut cum Barnerio Gratianopolitanę[a] sedis episcopo[3] eodem octavo[b] kalendas Octobris Romam occurrat, quatenus de his, quę ei inreverenter tam temerario ausu sui ordinis immemor intulit, coram nobis plenissimam satisfactionem exhibeat.

307.

Iohannes VIII. papa Adelbertum Morianensem episcopum propter violentiam Barnerio Gratianopolitano episcopo illatam Romam d. 24. Septembris venire iubet.

(882 Mai.—Iul.)

Cod.: R f. 119 n. 309.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 506 n. 296 = Sirmond Conc. ant. Galliae III, 518 n. 75. Mansi Conc. coll. XVII, 216 n. 296. Migne Patr. lat. CXXVI, 953 n. 359. — Jaffé Reg. 3376 (2606).

ADELBERTO[a] MAURIENNENSI EPISCOPO[4].

Tristis nos nuntius perculit, quando audivimus, quod tu ordinis tui immemor Barnerium Gratianopolitanę[5] sedis episcopum hora matutinali in ecclesia sua publice agentem officium cum multitudine populi et armata manu absque reverentia ecclesiam ingrediens, nulla ab eo[b] tibi culpa illata, inreverenter tecum abstuleris et ignominiose tractaveris[6], quod tantum nobis displicuit, quantum te temere egisse modis omnibus comprobamus. Ideoque nostri apostolatus litteris tibi mandamus, ut omni excusatione remota octavo[c] kalendas Octobris future prime indictionis[7] cum eodem Barnerio venerabili episcopo Romam ad synodum nostram occurras, ut, quicquid inter vos litigii est exortum, nos equitatis regula potiti Deo iuvante discutere et diffinire ad[d] liquidum studeamus.

308.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum admonet, ut fidelitatis, quam Romanae ecclesiae spoponderit, memor sit et correctis, quae male gesserit, legatum mittat.

(882.)

Cod.: R f. 119' n. 310.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 507 n. 297. Mansi Conc. coll. XVII, 217 n. 297. Migne Patr. lat. CXXVI, 938 n. 333. — Jaffé Reg. 3379 (2580).

MICHAHELI REGI UULGARUM[8].

cf. 2. Cor. 4, 6. Cum non tam initia sint in bonis laudanda quam finis, Deo omnipotenti[a] factori omnium visibilium[b] et invisibilium[c] gratias agimus, qui vestrum bene velle hactenus in soliditate vere fidei solidavit et sui amatorem[d] efficiens tamquam re vera ex tenebris

a) *corr. ex* -no *R.* b) v *corr. ex* b *R.*

307. a) ADERBERTO *R.* b) nullam habeo *R.* c) octabo *R.* d) *corr. ex* a *al. man. R.*

308. a) *corr. ex* omnipotentis *R.* b) visiuilium *R.* c) invisiuilium *R.* d) *corr. ex* a maiorem *al. man. R.*

1) *Hodie 'S. Jean de Maurienne', cf. n. 117, p. 107 annot. 3.* 2) *V. n. 307.* 3) *Hodie 'Grenoble', cf. n. 117, p. 107 annot. 2.* 4) *Cf. n. 306, supra annot. 1.* 5) *Hodie 'Grenoble'; cf. n. 306.* 6) *Barnerius papam iam a. 878 ante synodum Trecensem libello supplici contra Adelbertum adierat, cf. n. 117, sed causa absente adversario tunc non diffinita erat.* 7) *I. e. d. 24. Septembris 882.* 8) *Cf. nn. 66, 192, 198, 298.*

olim lumen splendescere fecit et ad salutem multorum benignissimum cor vestrum gratia suę potentię illustravit[a]. Sed et hinc devotioni vestrę dignum duximus congruas grates referre, quod partim finis ostendit, quam fidelitatem erga sanctam Romanam ecclesiam omnium terrarum matrem et caput observare curetis, cum hanc et initio vestrę conversionis quęsieritis[1] et ad pręsens auxiliatricem[b] habere ad perpetuam scilicet vestram salvationem monstrare non omiseritis, sanctos videlicet apostolos visitando et eorum[c], ut diximus, suffragia postulando. Igitur absurdum valde est ac inconveniens, quod pia vestra voluntas aliter se post habere voluit, quam, sicut omnibus notum est, primum. Vos enim divinitus inspirati matrem omnis religionis, sanctam quippe[d] Romanam ecclesiam, ductricem et viam, per quam ad eternitatis pascua duceremini, merito expetistis et illa, quia omnibus fidelibus viscera materna prębet[e] ac prebuit, vos expansis[f] ad Deum ulnis Christo gratias agens recepit. Consequens fuit, ut a recti gressu itineris in partem non flecteremini nec manum mittentes in aratrum retroaspicere cuiuscumque (cf. Luc. 9, 62.) forte suasionibus niteremini. Numquid non, fili karissimę, sanctum evangelium surda aure auditis, quo legitur: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'? (Matth. 10, 22.) Aut si audistis et obauditis, redite ad mentem vestram, 'redite ad cor' et[g] vestrę sponsionis (Isai. 46, 8.) ręminiscimini, quia plus amor et timor Dei vos fecit esse credulum apostolici privilegii, quam, ut ita dixerim, exempla multorum. Si enim, quod quicumque Deo vovit, hoc debet et reddere, valde oportet, ut vos, quod sanctę Romanę ecclesię sponte vovistis, finetenus reddere studeatis, non ignorantes, quod beatus Petrus apostolus regni cęlestis (cf. Matth. 16, 19.) claves a domino Iesu Christo acceperit et quibusque fidelibus aperiendi[h], aliis autem claudendi[i] promeruerit potestatem. Hac igitur, sicut et nostri precessores, nos potestate licet indigni utentes cogimur, utsi non emendaveritis[k] quod[l] gessistis[m], et ad pręsens vos in hoc sęculo digne corripere et, ut in futuro, quantum in nobis est, maledictionibus repleamini, non preterire. Huius rei gratia, fili karissimę, festinate corrigere, quod inique gessistis, et omni occasione omnique mora postposita nobis per vestrum legatum, quicquid super hoc emendare vultis, mandate, quia nos Deo iuvante omnem voluntatem vestrę correctionis implebimus[n] et vos anima et corpore salvos existere cupientes causam secundum Deum ordinare studebimus[o].

309.

Iohannes VIII. papa Richardi imperatrici et Liutwardo Vercellensi episcopo graves sibi a Saracenis imminentes oppressiones nuntiat; rogat, ut ab imperatore auxilium sibi expetant, Petrum episcopum latorem praesentium commendat, de reditu Angilbergae imperatricis iterum petit. *(882 Mart.)*[2]

Cod.: R f. 120 n. 311.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 508 n. 298. Mansi Conc. coll. XVII, 218 n. 298. Migne Patr. lat. CXXVI, 949 n. 355. — Jaffé Reg. 3380 (2602).

RICHARDI AUGUSTĘ[3] SEU LIUTUUARDO VERCELLENSI[a] EPISCOPO[4] A PARIBUS[5].

[T]anta[b] cordis angustia tantusque dolor et gemitus hinc et inde cum inriguis lacrimarum rivulis nostram ętatem quatiunt et conquassant tantusque etiam luctus pro

a) *ras. post* u *R.* b) auxiatricem *R.* c) etoʒ *R.* d) quoque *R.* e) b *corr. ex* u *R.* f) *corr. in* expassis *R.* g) *corr. ex* e *R.* h) *corr. ex* aperiendis *R.* i) *corr. ex* laudendi *al. man. R.* k) *corr. ex* emendaveris *R.* l) *add. supra lineam al. man. R.* m) exgessistis *R.* n) b *corr. ex* u *R.* o) b *corr. ex* u *R.*

309. a) v *corr. ex* b *R.* b) *littera initialis deest R.*

1) *Sed cf. n. 66, p. 59 annot. 1.* 2) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 156 annot. 2.* 3) *Uxori Karoli III. imperatoris.* 4) *Cf. supra nn. 224, 253, 291.* 5) *Sed praesentem tenorem epistolae ad imperatricem tantum directum esse manifestum est.*

desolatione terrę istius, quam iam funditus a Christiani nominis inimicis et Deo odibilibus Saracenis depredatam cernimus, nos afficit et intima nostra dissolvit, ut et somnus ab Ier. 9, 1. oculis et a gustu cibus effugiat. Etiam cum Hieremia decantare compellor: 'Quis dabit capiti meo aquam aut oculis meis fontem lacrimarum?' et reliqua. Siquidem expectavimus lucem, et ecce tenebras, quesivimus adiutorium, et[a] iam[a] muros Urbis egredi non audemus. Nam ante vestrum Romam adventum qualiscumque nobis erat tranquillitas, modo vero intolerabilis et importabilis persecutionis extat tempestas, quia neque spiritalis filius noster augustus neque alicuius alterius gentis homo nobis confert auxilium et, nisi divinitas summa subveniat, aut in desperationem aliquam lapsi, quia non solum[b] cf. Ezech. 21, 14. duplum, sicut Dominus dicit, sed etiam triplum et quadruplum exercitum contra nos venire conspicimus, ea, que[c]* pacis sunt, postulabimus, aut certe non solum iugo illorum coacti[d] subdemur, sed[e] etiam ab eis capti impie iugulabimur[e], quia, sicut scitis, sepissime reclamavimus et neque ipse augustus, ut prętulimus, qualemcumque defensionem[f] nobis exhibuit, neque homines civitatum nostrarum, qui contra Deum et contra omne privilegium nostrum ab alienigenis, acsi nostri non fuerint, detinentur[g], ad servitium[h]** sanctę Romanę ecclesię faciendum, sicut solitum erat, ab eorundem alienigenarum iugo subtraxit. His ergo, karissima filia, clamoribus ac eiulatibus[i] nostris auditis, quia sapientibus loquimur, continuo propter Deum et propter sanctos eius apostolos iamdicto spiritali filio nostro augusto flexo poplite suggere, ut omnibus omnino necessitatibus aut omissis[k] aut certe suspensis sanctę matris sue calamitati subveniat et conculcationem, immo perditionem illius advertens, antequam pereamus, citissimum conferat adiutorium aut congruum sine mora donet consilium, quia vita nostra nobis non prodest et in extremo positi, etiamsi non optaremus, iam mors se palam prębet videndam. Pręsenti quoque Petro venerabili episcopo[1] valde nobis credulo et dilectissimo familiari nostro summam benivolentiam[l], quęsumus, exhibe et ei utpote a tanta sede directo familiaritatis locum apud domnum augustum congruentissimum tribue atque ut nobismetipsis illi credulitatem penitus adhibens ea, quę verbis[m] retulerit, studio tuo operibus impleantur. Sed et hoc deprecamur, ut pro eo, quod apud Ticinum eodem episcopo[2] ea, quę nos illi commiseramus, ipsi augusto necessario exponente animus illius contra hunc est turbatus, tua instantia, quicquid illud[n] fuerit, omnino aboleatur[o][3] et ad hunc eundem episcopum pie tractandum imperialis animus placabilis in cunctis reddatur, quoniam non hęc contumaciter aut contra augustalem dignitatem protulerat, sed zelo Dei ductus ad nos inefficax[p] redire nolebat. Postremo, Christi cultrix[q] et Deo amabilis filia, moleste accipimus, cur multotiens depręcantes[4] spiritali filię nostrę Angelberge nullam per vos potuimus conferre medelam, ut dissoluto exilio ad sanctum Petrum apostolum eam reducere faceremus. Unde etiam nunc summopere deprecamur, ut pro amore Dei et nostro sancta sedes apostolica de hoc honoretur et, sicut iamdictus augustus vobiscum pariter repromisit, a captivitate, qua frustra tenetur, salva et incolumis

---

*) .R. *add. supra lineam man. correctoris R.*

**) .R. *add. in marg. man. correctoris R.*

a) etiam *R.* b) solu *R.* c) eaque *R.* d) -i *corr. ex* -u *R.* e) sed — iugulabimur *in marg. add. al. man. R.* f) *corr. ex* defensione *al. man. R.* g) detinetur *R.* h) serviti *R.* i) heiulatibus *R.* k) omisis *R.* l) uenivolentiam *R.* m) ea — verbis *in ras. al. man. R.* n) u *corr. ex* i *R.* o) *corr. ex* aboletur *al. man. R.* p) *secundum* f *add. supra lineam R.* q) *corr. ex* cultris *al. man. R.*

1) *Senogalliensi, ut videtur, cf. n. 224, p. 200 annot. 2.* 2) *Scil. Petro, cuius legatio Papiam ad imperatorem ad m. Martium 882 circiter referenda est, cf. Mühlbacher Reg.*[2] *1635 (1592) a.* 3) *Qua de re hic agatur nescimus.* 4) *Cf. nn. 268, 293.*

reducatur, quia, postquam nobis, quibus fuerat commendata et defensioni[a] sancti Petri apostoli protectoris tui commissa, reddita fuerit, nullam de ea sinistram quis habere poterit, crede nobis, suspicionem[1].

310.

Iohannes VIII. papa Anselmum archiepiscopum Mediolanensem ad sustentandam semper Romanam ecclesiam hortatur, rapinas et iniurias a Widonis marchionis (Spoletini) hominibus sibi illatas nuntiat. *882 Aug.*

Cod.: R f. 121 n. 312.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 509 n. 299. Mansi Conc. coll. XVII, 219 n. 299. Migne Patr. lat. CXXVI, 954 n. 360. — Jaffé Reg. 3382 (2607).

ANSELMO ARCHIEPISCOPO SANCTĘ MEDIOLANENSIS ECCLESIĘ[2].

Privilegii sanę auctoritatem ecclesię vestrę eo, quo fraternitas tua poposcit, modo pernecessario apostolica fulti moderatione libenti annuimus animi caritate simulque optantes, ut semper ea, quę ad animę tuę salvationem tuique gregis custodiam sunt congrua atque proficua, Spiritus sancti infusione postulare querere[a] atque operari[b] ne desinas, ut ante tribunal ęterni iudicis dignam gratia suę misericordię cooperante ratiocinationem positurus meritum perennis vitę cum sanctis accipias. Inter hęc dilectionem tuę fraternitatis hortamur, sanctę matris vestrę Romanę ecclesię, quę pro vobis omnibus vestraque salute utpote caput pro suis membris laborare non cessat, toto annisu mentis omnique devotione fideles existere omnimodis satagatis, quoniam in eius exaltatione atque incolomitate sicut ab initio erit omnium vestrum apud Deum et pręsens seculum certa salvatio. Nos enim in hac terra tam paganorum quam malignantium Cristianorum tantas persecutiones patimur, ut hęc verbis explicare non valemus. Inter innumeras rapinas deprędationes et mala quamplurima ad augmentum doloris nostri quidam sceleratus Langobardus nomine[3], homo Uuidonis marchionis[4], octoginta tres homines[c] manibus singulis detruncatis apud Narniensem civitatem, plures ex tali sunt incisione sine[d] mora perempti. Unde communi ad Dominum prece[e] supplicemus, ut ille ecclesiam[f] suam sanctam de pręsentibus malis eripiat, pro qua unigenito filio suo non pepercit, cf. Rom. 8, 32.
nosque pastorali sollicitudine baculum manibus[g] tenentes lupis rapacibus Domino protegente resistere[h] non omittamus.

DATA MENSE AUGUSTO, INDICTIONE XV.

311.

Iohannes VIII. papa Romano archiepiscopo Ravennati mandat, ut Iohanni diacono, commendato suo, qui ad sedem apostolicam appellaverat, res in praeiudicium ei ablatas restituat et Iohanni diacono et cartulario Ravennati monasterium s. Martini reddat. *882 Sept. 1.*

Cod.: R f. 121' n. 313.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 510 n. 300. Mansi Conc. coll. XVII, 220 n. 300. Migne Patr. lat. CXXVI, 954 n. 361. — Jaffé Reg. 3383 (2608). Kehr Italia pontificia V, 48 n. 144.

---

a) defensione *R.*

310. a) *primum* e *in ras. al. man. R.* b) -ri *in ras. plurium litt. al. man. R.* c) *excidit* cepit *aut simile quid R.* d) *add. supra lineam al. man. R.* e) preces *R.* f) *corr. ex* ecclę *R.* g) m *supra ras. add. R.* h) *corr. ex* restere *R.*

1) *Angilberga nonnisi autumno a. 882 e custodia liberata est, cf. Hincmari Ann. ad a. 882 (ed. Waitz p. 153), sed iam d. 17. Apr. privilegio Karoli III. imp. possessiones in alta Italia sitae ei restitutae sunt, cf. Mühlbacher Reg.² 1636 (1593) haud dubie ad instantiam praesentis epistolae, quae in fine m. Martii scripta esse videtur, cf. Mühlbacher l. l.* 2) *882—96, cf. n. 271, p. 239 annot. 2.* 3) *Ipsum nomen excidisse aut in registro ex minutis descripto defuisse videtur, cf. NA. XXXVI, 116 annot. 4.* 4) *Spoletini, cf. n. 304.*

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI.

Quia non solum tempore ordinationis tuę te scriptis[1] et verbis secundum morem et canonicam sanctionem, sed postmodum sepissime[2] ammonere curavimus, quatinus cum filiis et membris sanctę tuę ecclesię tranquilla semper mente et alacri affectione ceu idoneus pastor existeres, valde miramur dilectionem tuam monita nostra contemnendo eis preiudicium, sicut audivimus, et inportabiles gravitates inferre minime recusasse[a]. Unde iterum presenti apostolatus nostri statuto iubemus fraternitati tuę, ut huic Iohanni venerabili diacono commendito nostro, qui ad nostram apostolicam sedem confugiens, preiudicium a te sibi illatum ferre non valens nostro se petiit apostolico[b] pręsidio adiuvari, et ideo nos solita misericordia moti apostolica tibi benignitate[c] mandamus, ut eum in gremio sanctę tuę ecclesię benigne recipias et monasteria seu et res[d], quas[e] illi tui occupaverunt ministri[3], libenti animo pro amore nostro pręsentaliter reddas et, que de ipsis rebus a tuis ablata sunt, modis omnibus restituas, ita sane ut ei deinceps ad nostras apostolicas aures non sit necessarium reclamare. Simili etiam modo tibi mandamus, ut Iohanni venerabili diacono et cartulario ecclesię tuę monasterium sancti Martini[4], quod a[f] te dudum promeruit optinere, de presenti reddere studeas, nos enim hoc patienter ad te peragendum apostolica benignitate direximus. Verum, quod non credimus, si aliter fraternitas tua peregerit, hi nostri legati[5] nostra apostolica fulti auctoritate hoc procul dubio explere studebunt, quoniam iustum fore decernimus, eos post longa obsequia et diuturna servitia, quę in sancta Ravennate ecclesia peregerunt, non solum[g] digna remuneratione non[h] privari, sed potius adquisitis beneficiis alacriter gratulari. Et in hoc ita peragat fraternitas tua, ut, quę[i] a nobis pro ecclesię tuę utilitate petieris, assequi[k] omnimodis valeas.

DATA KALENDIS SEPTEMBRIS[6], INDICTIONE XV.

312.

Iohannes VIII. papa clero Ravennati iterum praecipit, ut Maimbertum Bononiensem clericum incessanter eos iniuriis affligentem aut Romam mittant aut comprehensum misso suo et Iohanni duci Romam deducendum contradant. *882 Aug. 28.*

Cod.: R *f. 121' n. 314.*

Edd.: Editio Romana (1591) III, 510 n. 301. Mansi Conc. coll. XVII, 220 n. 301. Migne Patr. lat. CXXVI, 955 n. 362. — Jaffé Reg. 3384 (2609). Kehr Italia pontificia V, 92 n. 34.

OMNIBUS VENERABILIBUS SACERDOTIBUS SEU SUBDIACONIBUS ET UNIVERSO CLERO SANCTĘ RAVENNATIS ECCLESIĘ.

Audita sępe afflictione atque miseria vestra, quam per Maimbertum Bononiensem clericum[a] incessanter[b] patimini, iam pridem nostram apostolicam misimus vobis auctori-

311. a) *corr. ex* recusases *R.* b) a- *in ras. R.* c) uenignitate *R.* d) et seu | ures, ures *in ras. R.* e) quasi *R.* f) *in ras. al. man. R.* g) *add. supra lineam al. man. R.* h) *add. in marg. al. man. R.* i) *corr. ex* q; *al. man. R.* k) *corr. ex* adsequi *R.*

312. a) clrm *R.* b) incensanter *R.*

1) *Cf. n. 131.* 2) *Cf. nn. 161, 162, 226, 235, 261, 280, 281, 282, 283, 285, 286, 296.* 3) *Nomina in minuta, quam descripsit registrator, nondum posita erant, cf. NA. XXXVI, 116.* 4) *Monialium ord. s. Benedicti prope ecclesiam maiorem situm, quod in documentis inde a saec. X occurrit (cf. Fantuzzi Mon. Ravenn. I, 121 n. 19, 126 n. 21 etc.).* 5) *In sequentibus epistolis unius tantum missi, cuius nomen aeque tacetur, mentio fit (cf. n. 312, p. 271 l. 9, n. 313, p. 271 l. 32. 34, n. 314, p. 272 l. 15. 19); una cum legatis Iohannes diaconus, qui Romanam sedem appellaverat, Ravennam rediit (cf. supra l. 7, n. 314, p. 272 l. 24); Ravennae Iohannes quidam dux morabatur (cf. n. 314, p. 272 l. 19), non quidem dux Ravennas huius nominis, cui dirigitur epistola n. 313 (nam cf. ibid. p. 271 l. 34), sed idem forte, qui etiam in Stephani V quodam rescripto JE. 3410 occurrit (cf. Kehr l. l. p. 92 n. 36 annot.), cui una cum misso mandata apostolica explenda traduntur (cf. n. 312, p. 271 l. 9, n. 313, p. 271 l. 34, n. 314, p. 272 l. 15).* 6) *Ewald emendandum esse putat* V. kal. Sept. *ad instar ep. nn. 312, 313, sed cf. NA. XXXVI, 132 annot. 3.*

tatem[1] per Iohannem diaconum et chartolarium[2], pręcipientes, ut omnes uno animo constantique devotione prędictum Maimbertum, manifestissimum zizaniorum seminatorem, ab archiepiscopo et a vestra sancta ecclesia tamquam ovem morbidam expelleretis, sed miramur, quare hactenus[a] a vobis hoc pretermissum sit. Unde nunc vestra iterum petitione moti et divino amore succensi per hanc nostram apostolicam auctoritatem vobis omnibus pręcipimus, ut relecta priori epistola[3] unanimiter[b] iuncti et cum presenti misso nostro fideliter conglobati eundem Maibertum adversatorem vestrum, si sponte venire ad nos contempserit vel in partem aliquam ire voluerit, audacter conpręhendere studetote et huic misso nostro seu et Iohanni duci fideli nostro[4] ad exigendum ab eo* secundum nostram iussionem nobis ad deducendum contradite, sicut gratiam Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum et nostram vultis habere. Nam si quis vestrum in hoc se quoquo modo subtrahens pro cuiuslibet rei gratia[c] hanc nostram iussionem pro statu et pace sanctę Ravennatis ecclesię directam gratanter ad effectum[d] perducere contempserit, et ex Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, et[e] ex nostra apostolica auctoritate a vino et cocto, etiam et a proprio ministerio suspensus maneat usque ad nostram pręsentiam.

DATA V. KALENDAS SEPTEMBRIS, INDICTIONE XV.

313.

Iohannes VIII. papa Martino Iohanni Demetrio Romano ducibus Ravennatibus sub poena centum aureorum praecipit de Maimberto Bononiensi clerico ut supra n. 312.

882 Aug. 28.

Cod.: R f. 122 n. 315.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 511 n. 302. Mansi Conc. coll. XVII, 221 n. 302. Migne Patr. lat. CXXVI, 956 n. 363. — Jaffé Reg. 3385 (2610). Kehr Italia pontificia V, 92 n. 35.

SERVUS SERVORUM DEI[a] MARTINO IOHANNI SEU DEMETRIO ATQUE ROMANO GLORIOSIS DUCIBUS[5] NECNON ET ALIIS FIDELIBUS NOSTRIS[b].

Omnium vestrum[c] noscat fidelitas[d], quia sepissime[e] Romanum archiepiscopum tam per venerabiles episcopos quamque etiam nostris apostolicis litteris admonuimus, ut Maimbertum Bononiensem clericum[f] [6] a sua superstitiosissima familiaritate separasset et ad propriam ecclesiam, ut canonicum est[7], remisisset, et ipse[g] Maimbertus multotiens, ut recederet, a nobis est[h] protestatus, sed minime adquiescere nostrę voluerunt apostolicę iussioni. Idcirco pręcipientes pręcipimus et iubentes expresse iubemus, ut unanimes iuncti simul cum isto fideli[i] misso nostro[8] omni occasione postposita et dilatione remota predictum Maimbertum compręhendatis, etiam vi coactum[k] ab archiepiscopo separetis et huic nostro misso simul et[l] Iohanni duci[9] ad explendum secundum nostram apostolicam

---

*) .R. *add. supra lineam man. correctoris R.*

a) actenus *R.* b) uni|animiter; *primum* i *corr. in* a *R.* c) *cf. annot. e.* d) affectum *R.* e) et *hic omissum sequitur post* gratia *(l. 11) in R (cf. annot. c), e margine falso loco introductum.*

313. a) *sic R.* b) HOC NOBIS CREDERE CONVENIT *sequitur in R; quae verba, errore hic posita, in margine forte addita erant in minuta, nescio quo loco inserenda.* c) -m *in ras. R.* d) -tas *in ras. R.* e) -e *corr. ex* -a *R.* f) *in ras. al. man. R.* g) -e *in ras. al. man. R.* h) et *R.* i) fidele *R.* k) *corr. ex* coactus *al. man. R.* l) *in ras. R.*

1) *Quae non exstat.* 2) *Cf. nn. 124, 311.* 3) *Cf. annot. 1.* 4) *Cf. p. 270 annot. 5.* 5) *E quibus praeter Iohannem (cf. etiam supra nn. 95, 131, 134, p. 118 annot. 7) solus Martinus etiam in documentis Ravennatibus ab a. 870 ad a. 896 occurrit (cf. Fantuzzi Monum. Ravenn. I, 88 n. 3, 90 n. 4, 92 n. 5 etc.).* 6) *Cf. n. 312.* 7) *Cf. can. apost. XV (XIV) (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 804).* 8) *Cf. p. 270 annot. 5.* 9) *Cf. ibid.*

auctoritatem validissime contradatis; quodsi in hoc neglegentes vos, quorum nomina suprascripta sunt, fueritis et ipse quoquomodo effugerit a vobis, scitote per unumquemque vestrum centum aureos dabitis nostrę parti, insuper ex Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli et nostra apostolica auctoritate a vino et cocto[a] suspensi manete usque ad nostram presentiam, ceteri vero, si hoc quod iubemus adsequi noluerint aut subtrahendo quoquo modo se huc illuc diverterint et usque ad effectum rei non perseveraverint, superiori excommunicationi subiaceant.

DATA V. KALENDAS SEPTEMBRIS, INDICTIONE XV.

314.

Iohannes VIII. papa Iohanni duci et misso suo praecipit, ut Maimbertum (Bononiensem clericum) Romam deducendum curent et epistolam suam Romano archiepiscopo directam (n. 311) coram sacerdotibus et iudicibus legi faciant. *882 (Aug.)*

Cod.: R f. 122' n. 316.

Edd.: Editio Romana (1591) III, 512 n. 303. Mansi Conc. coll. XVII, 222 n. 303. Migne Patr. lat. CXXVI, 956 n. 364. — Jaffé Reg. 3386 (2611). Kehr Italia pontificia V, 92 n. 36.

SERVUS SERVORUM DEI[a] IOHANNI DUCI DILICIOSO FIDELI SEU ET MISSO NOSTRO[1].

Gratulatos nos non modice[b] credas, eo quod fidelitatem tuam[c] erga sanctam Romanam ecclesiam nostrumque apostolatum[d] constanter repperimus vigilare. Et ideo per hos nostros apostolicos apices tuę fidelitati iubemus, ut de Maimberto modis omnibus, sicut misisti, pariter cum isto misso nostro explere decertes, ut nullo modo effugere[e] possit, sed separatum[f] ab archiepiscopo, vi coactum[g], postquam ab eo omnia sua constanter exigeritis[h], ad nostram presentiam districtum deducere studetote. Etiam et illas mulieres, quas nunc in sua mansione collectas detinet, in nostro rectorio eas[i] retinere iubemus usque ad nostram notitiam. Epistolam vero, quam Romano archiepiscopo mittimus[2], ut res aut monasteria, quę ab isto Iohanne diacono fideli[k] commendito nostro[3] quoquo modo occupavit, ut investire eum in omnibus studeat, et quę[l] de rebus eius sui famuli[m] abstulerunt[n], reddere huic per omnia faciat, ipsi archiepiscopo deportate et coram sacerdotibus et iudicibus ipsam legere facite. Similiter autem et monasterium sancti Martini[o] secundum nostram iussionem Iohanni diacono et cartulario[4] pro nostro reddat amore. Nam et mansionem, quam Maimbertus ab ipso diacono suam per fraudulentiam abstulit, simili modo eum cum Petro nepote suo investire studete.

DATA UT SUPRA, INDICTIONE XV.

---

a) cocta *R.*

314. a) *sic R; cf. n. 313.* b) *corr. ex* nomodice *R.* c) fidelitas tua *R.* d) nostroque apostolatui *R.* e) u *corr. ex* i *al. man. R.* f) separatus *R.* g) coactus *R.* h) *corr. ex* exigeretis *R.* i) e *add. supra lineam al. man. R.* k) fidele *R.* l) *corr. ex* q; *al. man. R.* m) familia *R.* n) abst- *in ras. R.* o) Martino *R.*

1) *Cf. p. 270 annot. 5.* 2) *N. 311.* 3) *Cf. n. 311, p. 270 l. 7 cum annot. 5.* 4) *Cf. n. 311, p. 270 l. 15.*

APPENDIX.

FRAGMENTA REGISTRI IOHANNIS VIII. PAPAE
IND. VI–IX (A. 872–876).

Congesta sunt ex his collectionibus canonum:

A = *Collectio Britannica, London Brit. Mus. Additional Mss. 8873, s. XII, descr. v. cl. E. Bishop, cont. v. cl. K. Hampe.*

B = *Deusdedit card. Collectio canonum, edd.* ^{1}*Martinucci (Venetiis 1869);* ^{2}*Wolf von Glanvell I (Paderborn 1905).*

C = *Anselmi Lucensis ep. Collectio canonum, ed. F. Thaner fasc. I (Oeniponti 1906).*

D = *Ivonis Carnotensis ep. Decretum, ed. I. Fronto Ivonis Carnotensis ep. Opera omnia 1 (Parisiis 1647).*

D^1 = *Ivonis Carnotensis ep. Panormia, ed. Migne Patr. lat. CLXI, 1037 sq. (ex editione Melch. a Vosmediano, Lovanii 1557).*

E = *Collectio trium partium, cod. Berol. fol. 197, s. XII.*

F = *Collectio canonum codicis Taurinensis 903 (E V 44, olim F IV 7), s. XII.*

F^1 = *Collectio minor centum canonum eiusdem codicis f. 71 sq.*[1]

G = *Gratiani Decretum.*

1.

Iohannes VIII. papa Bertharium abbatem (Casinensem) vituperat, quod improbe vitae decessoris sui (Hadriani II.) derogaverit. *(872 Dec.—873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 120 ep. 1.
2: D lib. IV c. 102 (ed. Fronto p. 119).

Edd.: Loewenfeld Epistolae pontificum Romanorum ineditae (Lipsiae 1885) p. 24 n. 45 ex A. — Migne Patr. lat. CXXVI, 944 n. 349 ex D. — Jaffé Reg. 2954 (2596).

---

1) *Solam hanc partem codicis sub veteri signatura F IV 7 adhibuit iam J. D. Mansi Conc. coll. XVII, 264.* F^1 *continet praeter n.* $21^{2.3}$ *(cf. infra p. 284) canones quosdam concilii Ravennatensis a. 877 (Mansi XVII, 338) videlicet:*

f. 74 c. 23: C. VI Iohannis VIII. pape. Si quis *etc. = can. 5 conc. Ravenn.*

f. 76 c. 43: Iohannis VIII. pape. Administratores *etc. (ed. Mansi XVII, 264) = can. 13 conc. Ravenn.*

f. 80 c. 87: Cap̄. XIIII Iohannis octavi pape. Presides *etc. (ed. Mansi XVII, 264). Quod fragmentum similiter ad concilium quoddam, et fortasse ad idem Ravennatense a. 877, cuius acta non integra exstant (cf. l. l. can. 15), pertinere verisimile est, sicut iam numerus* Cap̄. XIIII *indicat.*

Epistolas Iohannis VIII. in prima parte codicis Taurinensis (f. 47 sq.) exstantes (JE. 2994. 3024. 3025. 3026. 3029. 3030. 3031), quae aut admodum dubiae fidei aut certo spuriae sunt, in fine epistolarum Iohannis VIII. passim collectarum (tom. VII p. II) collocabimus.

IOHANNES VIII. BERTARI ABBATI*[1].

(1) Epistola tue religionis[a] accepta diligentique curiositate scrutata[b], quasi zeli reppereris obtentu longius a tue professionis proposito recessisse, quin potius a Christiane religionis[c] regula enormiter deviasse, dum scilicet improbe vite decessoris nostri[2] derogare dinosceris et ipsius quodammodo carnes rodere conprobaris[3]. Quid enim detrahentes cf. Prov. 23, 20. faciunt, nisi, ut proverbiator innuit, carnes ad vescendum conferunt? Cum enim vitam hominum vituperationis morsibus laniant, quid aliud agunt, nisi carnes eorum canino more decerpunt? Quanto ergo prestantius esset te carnes porcorum quam carnes hominum mandere et ab istis potius quam ab illis perpetualiter abstinere? Et certe Rom. 14, 4. apostolus te tuosque consimiles arguens dicit: 'Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit'. Quod si super quolibet mortali sentiendum est, tu quis es, qui [de][d] tanto pontifice talia perhibere presumis et temere de eo, qui migravit ad Dominum[e], iudicare contendis?

(2) Item**. Absit autem[f] piis mentibus quid de tanti[g] culminis pontifice sinistrum sentire, cum beato Ennodio confessore, Ticinensis urbis antistite[h], scribente[4] doceamur, quia Deus omnipotens aut claros ad tanta fastigia erigit, aut certe quos elegit illustrat.

2.

Iohannes VIII. papa Supponi comiti Waliarium in Lunensi ecclesia episcopum constituendum commendat. *(872 Dec.—873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 120' ep. 2.

Ed.: Ewald NA. V, 298 n. 2 ex A. — Jaffé-Ewald Reg. 2955.

SUPONI[a] COMITI***[5].

Obiisse Lunensis aecclesie[6] presulem[7] audientes ad ipsius successionem satis nobis idoneus et aptus presentium gerulus litterarum Waliarius[8] nomine visus est; quodcirca dilectionem tuam valde precamur, ut ita diligentius apud serenissimos filios nostros magnos imperatores[9] agat, quo eorum quoque favore[b] . . . . .†

---

*) *Hic apponitur* CXVIII *in A, et in indice, qui Collectioni Britannicae praefigitur (usque ad n. CXXII i. e. ad quartam Iohannis VIII. in collectione epistolam tantum perductus, cf. NA. V, 280 sq.), haec epistola signatur:* CXVIII De eo, qui abrogabat Romane sedi.

**) *Lemma in D:* Item de eodem Ioannes VIII. Berrario *[al.* Bercari*]* abbati.

***) *Hic apponitur* CXVIIII *et in indice (v. supra annot. *) legitur:* CXVIIII. De commendatione Lunensis episcopi.

†) *In indice sequuntur epistolae hae:* CXX. De eo, quod intercedunt pontifices Romani ad reges pro episcopis.[10] CXXI. De clamore Adelberti diaconi.[11]

1. a) relligionis *A.* b) *post* c *del.* i *A.* c) relligionis *A.* d) *om. A.* e) *iterum scriptum est* teme *et del. A.* f) a *D.* g) Romani *D.* h) ante *A.*

2. a) Supono *A.* b) *hic desinit pagina et quaternio in A; finis huius epistolae et duae sequentes, quas indicat index (v. annot. †), cum sequenti folio perierunt.*

1) *Casinensi, 856—84, de quo cf. Traube in MG. Poet. lat. III, 389 sq.* 2) *Hadriani II. (867—72).* 3) *Qua de re cf. Lapôtre l. l. p. 227 sq.* 4) *In libello pro synodo (MG. Auct. ant. VII, 52 c. 25).* 5) *De quo cf. supra n. 116, p. 106 annot. 1.* 6) *'Luni (Sarzana)'.* 7) *Fortasse Theodolasium, qui occurrit a. 867 (cf. Ughelli Italia sacra I, 835).* 8) *Idem videtur esse ac Gualcherius ep., cui Karolus III. imp. privilegium dedisse traditur (cf. Mühlbacher Reg.*[2] *'Verlorene Urk.' n. 284).* 9) *At solus tunc Ludovicus II. imperabat.* 10) *Cf. Jaffé Reg. 2956.* 11) *Cf. Jaffé Reg. 2957. — Haec epistola ad eandem rem forte sese referebat, de qua etiam infra in n. 25 agitur.*

3.

Iohannes VIII. papa Honorato abbati praecipit, ut Sindulfum presbyterum a regimine suspiciosae cellae sequestret. *(872 Dec.—873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 121 ep. 3.
Ed.: Loewenfeld Epist. p. 25 n. 46 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 299 n. 3. Jaffé-Ewald Reg. 2958.

IOHANNES HONORATO[a] ABBATI[*][1].

Sindulfus presbiter et ministerialis celle Modiani[b] missa peticione nos adiit, ut interventu apostolico de loco suspecti periculi per[c] tuę[c] largitatis benivolentiam commutetur. Ergo quia inter infestos ac inimicissimos absque certo animarum lucro servum Dei habitare non convenit et tam beatus apostolus, gentium predicator, ne sine lucro cf. Act. 9, 25. moreretur, in sporta per murum diffugit, quam etiam sanctus Benedictus, monachice[d] vestrę discipline repertor, mores suos cum aliquorum moribus non convenire professus locum dedisse racionabili prorsus intencione videtur[2], ne scilicet diabolo[e] locus daretur, religiositatem tuam his apostolicis litteris exhortamur, ut pro amore Dei nostroque prefatum presbiterum, premissa dumtaxat, si forsitan opus est, rerum satisfactione, a regimine suspiciose illius celle sequestrans, ubi racionabilius ac securius provideris, in ministerio[f] fratrum[g] constituatur[h], quatinus in una eiusdemque hominis permutacione et huius securitas procuretur[i], et occasio sevientium perimatur[k] et devotionis tue obedientia circa sedem sanctam apostolicam, sicut nos credimus, palam omnibus indicetur.

4.

Iohannes VIII. papa (Docibilem ducem Caietanum?) excommunicatum ob iniurias adversus legatos apostolicos patratas et concisionem apostolicae epistolae vituperat. *(872 Dec.—873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 121 ep. 4.
Ed.: Ewald NA. V, 299 n. 4 ex A. — Jaffé-Ewald Reg. 2959.

⟨IOHANNES DEGIVILI[3] EXCOMMUNICATO⟩[a].

Tu in contemptum sanctę sedis apostolice missos eius, qui gloriosis regibus[4] mitti decenter poterant, vilis homunculus[b] et vix a Saracenis Amalfitanorum miseratione ad periculum, ut credimus, Caietanorum redemptus, non solum iniuriis affecisti[c], verum etiam testamentum Dei, scilicet apostolicam epistolam, sacrilegus concidisti et excommunicante sanctissimo papa anathema[d] dicere canino gutture pervicacissimus presumpsisti.

---

*) *Hanc ad epistolam pertinet argumentum indicis:* CXXII. De mutacione monachi facienda, *sed numerus* CXXII *perperam sequenti epistolae n. 4 appositus est in A, cf. Ewald NA. V, 282 annot. 1.*

3. a) *corr. ex* Onorato *A.* b) Gellemodiani *A, in marg. add.* c) *corr. ex* perpetuę *A.* d) monachie *A.* e) *add. supra lineam A.* f) ministio *A.* g) frum *A.* h) *sic A.* i) *corr. ex* pmutetur *A.* k) p̄matur *A.*

4. a) Degivili excomunicato Iohannes *A.* b) humunculus *A.* c) afecisti *A.* d) anethema *A.*

1) *Honoratus quidam abbas laudatur in privilegio Ludovici II. a. 872 Mai. 28 (Mühlbacher Reg. 1254 [1219]) abbatibus Iohanni Farfensi et Anastasio s. Salvatoris Reatini dato (cf. supra n. 199, p. 159 annot. 3), Modianum vel Mogianum in territorio Sabinensi pluries occurrit in chartis Farfensibus. Honoratum igitur praedecessorem Anastasii esse crederes, nisi privilegium Ludovici, quod Anastasium laudat, epistolam nostram antecederet. Qualiter haec res se habeat, certius eruere nequivimus.* 2) *Cf. Gregorii M. vitam s. Benedicti c. 8 (ed. Migne LXVI, 148).* 3) *Decivilem vel Docibilem Caietanum hic significari haud inepte conicit Lapôtre l. l. p. 229 (cf. etiam l. 26), non tamen episcopum, ut habet Lapôtre — nam episcopum huius nominis tunc Caietae exstitisse minus certum est, cf. Ferraro Memorie religiose e civili della città di Gaeta (1903) p. 206 —, sed potius ducem (cf. supra n. 39, p. 38, n. 230, p. 204), licet aliae notitiae de eo ante a. 875 desiderentur, cf. Federici 'Degli antichi duchi ec. di Gaeta (Napoli 1791)' p. 109 sq.* 4) *Quinam hic indicentur minime constat.*

5.

Iohannes VIII. papa Marinum et Pulcharim (praefecturios Amalfitanorum) hortatur, ut quadraginta Saracenos, qui Graecorum stragem evaserant, apprehendant.

(872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 121' ep. 5. — D lib. X c. 68 (ed. Fronto p. 323).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 242 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 942 n. 344. — Reg.: Ewald NA. V, 299 n. 5. Jaffé Reg. 2960 (2591).

(IOHANNES MARINO ET PULCHARI)[a] *[1].

Sed et pro[b] primiciis[b] vestre fidelitatis[c] vobis iniungimus, ut cum aliquibus navibus vestros milites robustissimos presentialiter destinetis, qui quadraginta Sarracenos[d], qui dudum a[e] Grecorum nostrorum navibus[f] in mare fugere[2] quique postea terrestrium[g] nostrorum militum exspoliati[h] armis omnibus virtute in montis Circei[3] latibulis evaserunt, una cum nostris pedestribus adprehendant, quia nos pro tantillis Sarracenis dromones nostros fatigare nolumus, dum de vobis confidere, sicut et ipsi velle dicimini, provocamur, modis omnibus confidentes, quia, si obedientie vestrę constanciam et fidei puritatem cum virtutis efficatia circa[i] sanctam apostolicam[k] aecclesiam amodo senserimus, non solum de his tributis[l], quibus vos ultra consuetudinem pregravatos dicitis, in quantum racio postulaverit, levigabimus[m], verum etiam ut propriam sancti Petri familiam terra marique vos tueri Domino confortante studebimus.

—

6.

Iohannes VIII. papa Karolum (Calvum) regem de occupatione regni Lotharici, quod Ludovico (II.) imperatori debeatur, ad exemplum decessoris (Hadriani II.) arguit.

(872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 121' ep. 6.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 26 n. 47 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 300 n. 6. Jaffé-Ewald Reg. 2961.

KAROLO REGI[4].

(1) Avidius et ardentius solito, que tua non fuerant, surripuisti et tibimet inflectere voluisti, adeo ut regnum pie recordationis Lotharii quondam Christianissimi principis[5], quod dilectissimo filio nostro piissimo imperatori Ludovico[6] ex paterno vel fraterno[7] iure debetur, hactenus teneas[8] et quasi tocius consanguinee affectionis oblitus ius omne sibi conpetens non iure possideas[a], ... quasi de re necessaria. Nos, qui eius[9] sollicitudinis divina providentia, sicut sedis, facti sumus heredes, te salubribus monendum affatibus ducimus et a tanta iniusticia conpescendum opere precium arbitramur;

*) *Lemma et superscriptio in D:* De vindicta quam Ioannes papa in quosdam fieri iussit. Ioannes VIII. Marino et Pulcari.

5. a) Marino et Pulchari Iohannes *A.* b) provinciis *A, D (praeter Cod. Vict.).* c) fidelitati *A.* d) Sarracenis *A.* e) *om. D.* f) manibus *A.* g) trestrium *A.* h) *corr. ex* exspoliasti *A.* i) contra *A.* k) Romanam *D.* l) tribus *D.* m) preguabimus *A.*

6. a) possideas non iure possidens *A, ut videtur, ex minuta correcta, male in registro descripta; desunt praeterea complura verba, cf. Loewenfeld l. l. annot. a et infra annot. 9.*

1) *Praefecturiis Amalfitanorum, patri († c. a. 877, cf. Gay 'L'Italie méridionale' p. 249) et filio, cf. nn. 51, 52, 217, 230, 250.* 2) *De hac clade Saracenorum certae notitiae desunt.* 3) *'Monte Circeo' apud Terracinam.* 4) *II., Calvo. Cf. Lapôtre l. l. p. 230.* 5) *Lotharium I. († 855), non Lotharium II. († 869) hic significari puto.* 6) *II.* 7) *Ut heredi Lotharii II. fratris († 869).* 8) *Quod continuo post mortem Lotharii II., coronam Mettis d. 9. Septembris 869 sibi imponens, occupaverat, cf. Dümmler II², 281 sq.* 9) *Scil. Hadriani II. (cuius nomen in praecedenti vitiata textus sententia (cf. annot. a) excidisse recte conicit Bishop, cf. Loewenfeld l. l.), qui iam ipso a. 869 intercesserat, cf. Jaffé Reg. 2917—19 (2214—16).*

debemus quippe[a] in labore succedere, cui profecto, licet meritis impares, successimus in honore[b]. Neque enim pium studium eius convenit in nobis deficere, qui scilicet pro patribus nati filii principatum ęcclesie unum eumdemque cum illo percepimus. Non cf. Ps. 44, 17. solum autem principatum, sed et pondus auctoritatis et tocius censuram iudicii atque digne factis animadversionis inferendę consecuti sumus [illis][c], qui non obaudiunt, potestatem, in promptu[d] scilicet habentes, secundum apostolum, omnem ulcisci prorsus cf. 2. Cor. 10, 6. inobedientiam.

(2) Item. Si, quod non credimus pudoremque regium non decet, presentia pontificii nostri monita, que paterno a nobis proferuntur affectu, spernenda et non audienda iudicaveris, nos auxiliante Domino, que fatus dominus et decessor noster sanctę memorie Adrianus papa cepit nec tamen propter continuas infirmitates suas perfecit, totis consummare viribus satagemus, quin potius et, si necessitas imperarit, per nos accedentes, qui in spiritu lenitatis instruentes audiri despicimur, in virga, ut apostolice fateamur, cf. 1. Cor. 4, 21. venientes auctore Deo supplebimus.

7.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum a perfidia Grecorum, qui eius regionem a Romanae ecclesiae oboedientia avellere conantur, dehortatur.

(872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 122 ep. 7.
2 (usque ad subigemus *l. 33): B lib. I c. 239 (192) (ed. Martinucci p. 131; Wolf v. Glanvell p. 139).*

Ed.: Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 211 n. 1 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 300 n. 7. Jaffé-Ewald Reg. 2962.

⟨IOHANNES VIII. MICHAHELI REGI BULGARIAE⟩[a 1].

(1) Scrutamini sacras aecclesiasticas in mente scripturas et profecto non ignorabitis, quod Deus omnipotens, licet[b] universam aecclesiam sibi ut sponsam coniunxerit, quam sine macula exhibuerit, eam tamen partem[c], quam esse principalem sedemque Petri vocari decrevit, peculiarius noluit penitus habere maculam aut rugam aut aliquid huius- cf. Eph. 5, 27. modi. Quam scilicet ipse sanguine suo dedicavit, postquam auctorem eius celesti patre[d] cf. Matth. 16, 17. revelante cognovit.

(2) Item.* Porro[e] si Grecorum perfidia sese a regione vestra, que in nostra utique diocesi posita est, ut antiqua scripta demonstrant[2], minime cohibuerit, scitote, quia patriarcham Ignatium, qui sedis nostre favore tronum recepit[3], denuo depositioni[f] tamquam violentum et[g] temerarium submittemus[h] et episcopos ac presbiteros Grecorum, qui illic inveniuntur, non[i] solum[i] depositioni, verum[i] etiam[i] et anathemati subigemus. Nam et ex maxima parte Photii[4] dicuntur esse manus impositionis vel communionis et sensus, sed et vos tamquam apostatas et refugas et tergiversatores et vestrarum corruptores professionum una cum illis anathematis vinculis innodabimus[k] et cum ipso, quem imitati estis, diabolo, qui ab inicio mendax et in veritate non stetit, portionem cf. Io. 8, 44. vestram locabimus[l].

*) *Superscriptio in B:* Iohannes episcopus dilecto filio Michaheli glorioso regi seu toti generalitati gentis Bulgaricę. Inter cętera.

a) quipe *A.* b) honores *A.* c) *om. A, suppl. Bishop.* d) prontum *A.*

7. a) Michaheli regi Bulgariae Iohannes *A.* b) *add. supra lineam A.* c) parem *A, corr. Bishop.* d) patrem *A.* e) *om. A.* f) depositionis *B.* g) aut *A.* h) submitemus *A.* i) *om. B.* k) innodavimus *A.* l) locavimus *A.*

1) *De quo cf. supra nn. 66, 192, 198, 298.* 2) *Cf. supra n. 68, p. 62 annot. 5.* 3) *In synodo Romana a. 863.* 4) *De quo cf. supra n. 207 sq.*

8.

Iohannes VIII. papa Iohannem archiepiscopum Ravennatem docet. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 122' ep. 8.

Ed.: Jaffé-Ewald Reg. 2963. — Reg.: Ewald NA. V, 300 n. 8. Kehr Italia pontificia V, 42 n. 114.

IOHANNI ARCHIEPISCOPO RAVENNE[1].

Mortuos[2] suscitasse Christum legimus, in scelerum obstinacionem labefactos absolvisse non legimus.

9.

Iohannes VIII. papa Domagoi (duci Chrobatorum) scribit de Graeca falsitate in Bulgaria. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 122' ep. 9.

Edd.: Ewald NA. V, 300 n. 9 ex A. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 212 n. 2 ex A. — Jaffé-Ewald Reg. 2964.

DOMAGOI[3].

[A]d[a] mentem reducimus, qualiter Greca falsitas Bulgarorum nobis iure pertinentem patriam per Ignatium, quam[b] nos recuperaveramus, occupare non timuit[4]. Qui frequenter ob hoc excommunicatus non solum non quievit, verum etiam illuc quemdam scismaticum[c] sub nomine archiepiscopi destinavit[5].

10.

Iohannes VIII. papa feminam quandam alienigenas nuptias post mortem mariti appetentem arguit. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 122' ep. 10.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 26 n. 48 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 300 n. 10. Jaffé-Ewald Reg. 2965. Kehr Italia pontificia IV, 221 n. 2.

IOHANNES VIII. SOPHONESTE[a] FEMINĘ.

Multorum relatione didicimus te ad discidium patrie alienigenas viros appetere et, cum debuisses utpote post discessum benivoli tibi viri sub sacro velamine castimoniam profiteri, tu contra tui nominis famam contraque[b] fiduciam, quam in te vir tuus, qui te sibi heredem reliquit, dicitur absolvisse, in eisdem domibus ac prediis alienarum diceris gentium alienigenas copulas[c] anhelare[d]. Quapropter[e], quia te super his iam constat fuisse apostolicis conventam ępistolis[6] et non solum alienigenis nostratum copulas non permittimus[f], quin potius, si que contracte sunt, a domino[g] serenissimo[h] imperatore, karissimo filio nostro, continuo dissociandas[i] esse iure sancimus, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum et nostra precipimus, ut accepto viginti dierum spacio aut ex nostratibus cum consensu Orbinantium[7] atque Callensium[8] virum legitima federatione suscipias[k], aut, si fidem defuncto viro tuo servasse appetis, sub sacro velamine castimoniam carnis promittas aut certe cum[l] his, quibus te commisimus,

---

9. a) *littera initialis deest A.* b) *corr. ex* quem *A.* c) scisma | maticum *A.*

10. a) *fortasse legendum est* Soph(ie?) honeste feminę *A.* b) contrãque contraque *A.* c) *duae litterae eras. ante* copulas *A.* d) anelare *A.* e) Qua- *corr. ex* Quia *A.* f) permittere *A, corr. Bishop.* g) adō *A, corr. Bishop.* h) -que *add. supra lineam A.* i) dissociendas *A.* k) suscipicias *A.* l) *corr. ex* tecum *A.*

1) *Iohanni X., 850—78, cf. supra nn. 49, 61, 73, 95 (p. 89 annot. 9).* 2) *Cf. Gelasii I. commonitorium ad Faustum (ed. Mansi VIII, 17). Jaffé Reg. 622 (381).* 3) *Duci Chrobatorum, c. 865—76 (cf. Dümmler in 'Sitz.-Ber. der Wiener Akad.' XX (1856) p. 430), cui successit Sedesclavus, cf. supra n. 184, p. 147.* 4) *Cf. n. 7, p. 277.* 5) *A. 870, cf. Lapôtre l. l. p. 58. — V. supra n. 71, p. 66 annot. 4.* 6) *Quae non exstant.* 7) *Hodie 'Urbino'.* 8) *Hodie 'Cagli', prope Urbinum.*

in nostram presentiam venias, sciens, nisi intra prelatum spacium[a] aut virum aut sacrum velamen aut ad nos veniendi iter susceperis, te cum omnibus fautoribus tuis, usque quo venias, omni communione[b] suspensam.

11.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici scribit de defendenda s. Petri terra. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 123 ep. 11. — D lib. X c. 69 (ed. Fronto p. 323).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 243 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 939 n. 336. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 11. Jaffé Reg. 2966 (2583).

⟨IOHANNES VIII. ANGEBERGE IMPERATRICI⟩[a*1].

Siquidem cum virtute Dei melius quam[b] Kaietani[c], que nostra sunt, defendemus et illorum in nullo penitus indigemus, dromones scilicet cum ceteris navibus construentes et cętera vasa bellica et apparatus, quin potius et ipsos animos hominum preparantes et adversus hostiles incursus indesinenter armantes.

12.

Iohannes VIII. papa Petro (Fori Simpronii?) episcopo scribit de Deodato et Gregorio excommunicandis. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 123 ep. 12. — D lib. XIV c. 66 (ed. Fronto p. 386).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 244 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 941 n. 343. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 12. Jaffé Reg. 2967 (2590).

⟨IOHANNES VIII. PETRO EPISCOPO⟩[a**2].

Si ipse[b] Deodatus et Gregorius[3] statuto iam tempore ad nos venire et omnia iuste atque canonice emendare contempserint, gravioribus eos perpetui anathematis vinculis innodabimus eorumque scelera et excommunicationes et anathemata scribentes ante sacratissimam[c] beati Petri apostoli imaginem suspendemus, ut omnibus de toto mundo ad limina apostolica venientibus illorum sit nota iniquitas et a[d] consortio[e] sanctę[f] Romane[g] ecclesie videantur extranei.

13.

Iohannes VIII. papa Rostagno (archi)episcopo (Arelatensi) scribit de sponsa rapta reddenda. (872 Dec.—873 Mai.)

Coll. can.: A f. 123' ep. 13. — D lib. XIV c. 64 (ed. Fronto p. 386). — E f. 88', lib. I, 63 n. 2. — G c. 47 C. XXVII qu. 2 (ed. Friedberg I, 1077).

Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 382 ex G = Mansi Conc. coll. XVII, 241 = Migne Patr. lat. CXXVI, 940 n. 339. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 13. Jaffé Reg. 2968 (2586).

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De defensione quam contra hostes fecit. Ioannes octavus Angebergae imperatrici.

**) *Lemma et superscriptio in D:* De eodem. Ioannes VIII. Petro episcopo.

a) placitum *A*, prefatum spatium *Loewenfeld.* b) cōmmunione *A.*

11. a) Angeberge imperatrici Iohannes VIII. b) qua *A.* c) Kaietam *A;* Kaletam *D.*

12. a) Petro episcopo Iohannes VIII. b) *om. D.* c) sanctissimam *D.* d) *om. D.* e) cosortio *A.* f) sacrę *D.* g) *om. D.*

1) *Uxori Ludovici II.* 2) *Fori Simpronii verisimiliter, pluries legatione apostolica functo, cf. supra nn. 1, 4, 7, 24.* 3) *Fortasse Gregorius ille nomenculator, qui cum aliis Formosi ep. fautoribus in synodis Romana et Pontigonensi a. 876 excommunicatus est.*

ROSTAINO EPISCOPO*[1].

Aito[a] presentium lator, dum in nostro servicio fideliter[b] excubaret, quendam virum feminam sibi desponsatam queritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate[c] suffulta suffraganeos suos episcopos presentaliter[d] convocet sicque unanimi sententia, si[e] sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem quam rapta, si ad sponsum pristinum[f] remeare noluerit[e], omni communione priventur.

14.

Iohannes VIII. papa Liutberto (Moguntino) archiepiscopo nuntiat Ingiltrudem uxorem Bosonis comitis non solum excommunicatam, sed anathematizatam esse.
(872 Dec.—873 Mai.)[2]

Coll. can.: A f. 123' ep. 14. — D lib. XIV c. 51 (ed. Fronto p. 385). — E f. 89, lib. I, 63 n. 3. — G c. 12 C. III qu. 4 (ed. Friedberg I, 514).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 244 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 959 n. 370. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 14. Jaffé Reg. 2969 (2391).

LIUTBERTO ARCHIEPISCOPO**[3].

Hengeltrudim[a] uxorem Bosonis[4] noveris non solum excommunicatione[b], que a fraterna[c] societate separat, sed et[d] anathemate, quod ab ipso corpore Christi, quod est aecclesia, recidit, crebro percussam.

15.

Iohannes VIII. papa Ludovico (Germanico) regi, scribit Pannonicam diocesim ab olim apostolicae sedis privilegiis deputatam esse, quae nonnisi post centum annos prescriptioni subiaceant. *(873 Mai.)*[5]

Coll. can.: B lib. I c. 240 (113) (ed. Martinucci p. 130; Wolf v. Glanvell p. 140). — C lib. IV c. 46 (ed. Thaner p. 221).
2: A f. 123' ep. 15. — E f. 89, lib. I, 63 n. 4. — G c. 17 C. XVI qu. 3 (ed. Friedberg I, 796).

Edd.: Timon, Imago antiquae Hungariae (Viennae 1762) p. 142 e cod. Vat. lat. 4886 s. XVII. — Salagius De statu ecclesiae Pannonicae lib. IV c. 7 n. 19 (t. IV, 439) ex Bonizonis decreto (1). — Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 186. — Boczek Cod. dipl. Moraviae I, 34 n. 49. — Wattenbach 'Beiträge z. Gesch. d. christl. Kirche in Mähren u. Böhmen' p. 49 e cod. s. XII Olomucen. capit. n. 205 f. 67 (2). — Migne Patr. lat. CXXVI, 654 n. 5 ex G; p. 659 n. 14 (1) ex Timon, sed perperam sub inscriptione sequentis epistolae n. 16. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I (1904) p. 9 n. 13. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 15. Jaffé Reg. 2970 (2247).

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Ut qui sponsam alterius rapuerit et reddere noluerit, cum ipsa, quam rapuit, excommunicetur, si ad sponsum illa redire contempserit. Ioannes VIII. Rostanio archiepiscopo. *In E:* Idem Rostaino archiepiscopo. Quod qui alienam sponsam rapuerit, et rapta, si ad priorem sponsum redire noluerit, omni communione priventur. *In G:* Communione privetur sponsa, nisi raptorem deserere et ad sponsum suum redire voluerit. Item Iohannes VIII. Rostano archiepiscopo.

**) *Lemma et superscriptio in D:* Quid intersit inter excommunicationem et anathema. Ioannes VIII. Luitberto archiepiscopo Maguntino. *In E:* Idem Liutberto archiepiscopo de Hengiltrude anathematizata. *In G:* Iohannes VIII. scribit cuidam episcopo: Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio.

13. Atho *D*, Atto *E, G.* b) fideliter servitio *E.* c) authoritate nostra *D.* d) presentialiter *D, E, G.* e) si — noluerit *om. A.* f) pristinum sponsum *E, G.*

14. a) Engeltruden *D*, Hengiltrudam *E, G.* b) excomunicatione *A.* c) affrña *A.* d) etiam *G.*

1) *Arelatensi archiepiscopo, cf. supra nn. 99, 120.* 2) *De hoc fragmento cf. supra p. 115 annot. 3.* 3) *Moguntino, cf. supra nn. 129, 153.* 4) *De cuius causa cf. supra nn. 111, 129.* 5) *Haec epistola una cum n. 21 missa esse videtur, cf. Dümmler l. l. II², 380.*

IOHANNES EPISCOPUS DILECTO FILIO HLUDOICO GLORIOSO REGI*[1].

(1) Inter cętera. Multis ac variis manifestisque prudentia tua poterit indiciis comprehendere[a] Pannonicam diocesin ab olim apostolicę sedis fuisse privilegiis deputatam, si apud excellentiam tuam iustitia Dei locum, sicut decet, invenerit. Hoc enim synodalia gesta indicant, hoc[b] ystorię conscripte demonstrant[2]. Verum quia quibusdam hostilium turbationum simultatibus impedientibus illuc ab apostolica sede non est diu ex more directus antistes[3], hoc apud ignaros venit in dubium.

(2) Et infra**. Nemo autem[c] de annorum numero[d] resultandi sumat fomentum[4], quia sanctę[e] Romanę[f], cui Deo auctore[g] servimus, ecclesię[h] privilegia[i], que in[k] firma[k] Petri[l] stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur[m], nullis regnorum particionibus[n] preiudicantur[o]. Sed et[p] venerande Romane leges divinitus per[q] ora piorum[r] principum promulgate[5] rerum eius prescriptionem[s] nonnisi post[t] centum annos admittunt[6].

16.

Iohannes VIII. papa Karolomannum filium Ludovici (Germanici) regis hortatur, ut Methodium libere, quae episcopi sunt, in Pannonia gerere sinat. *(873 Mai.)*

Coll. can.: B lib. I c. 241 (194) (ed. Martinucci p. 130; Wolf v. Glanvell p. 140).

Edd.: Timon Imago antiquae Hungariae p. 143 e cod. Vat. lat. 4886 s. XVII. — Salagius De statu ecclesiae Pannonicae lib. IV c. 7 n. 19 (t. IV, 440) ex Bonizonis decreto. — Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 196. — Boczek Cod. dipl. Moraviae I, 36 n. 52. — Ginzel 'Gesch. d. Slawenapostel' p. 57. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 10 n. 14. — Reg.: Jaffé Reg. 2971 (2258).

IOHANNES EPISCOPUS GLORIOSO VIRO KAROLOMANNO DILECTI FILII NOSTRI HLUDOICI REGIS FILIO[7].

Inter cetera. Itaque reddito ac restituto nobis Pannoniensium episcopatu liceat predicto fratri nostro Methodio[8], qui illic a sede apostolica ordinatus est, secundum priscam consuetudinem libere, quę sunt episcopi, gerere.

*) *Lemma in C ante hanc inscriptionem:* Quod Pannonica diocesis deputata est privilegiis apostolicae sedis.

**) *Superscriptio in A:* Ludovico regi. *In E et Cod. Olom.:* Idem Ludovico regi. Quod privilegia Romanę ęcclesię nullis temporibus angustantur et quod Romanę leges rerum eius proscriptionem nonnisi post centum annos admittunt. *In G:* Privilegia Romanae ecclesiae nonnisi centum annorum prescriptione tolluntur.

15. a) deprehendere *C.* b) *om. C.* c) *om. G.* d) numero annorum *Cod. Olom.* e) sancta *A, C, G.* f) Roma *A*, Romana *C, G.* g) auctore Deo *E.* h) ęcclesia *A, C, G.* i) privilegea sua *A*, privilegia sua *C.* k) infirma *A*, in firme *B*, infirmae *C.* l) petrę *B*, petrae *C.* m) angustatur *A, Cod. Olom.* n) partionibus *B, E.* o) preiudicatur *A, Cod. Olom.* p) *om. G.* q) post *E, Cod. Olom.* r) priorum *E, om. G.* s) proscriptionem *A, B, E, Cod. Olom.* t) per *E, G, Cod. Olom.*

1) *Germanico.* 2) *Synodum Romanam Damasi et epistolam eius episcopis Illyricis directam (Mansi III, 459 sq. Jaffé Reg. 232 [55]) alludit, cf. supra n. 68, p. 62 l. 29 sq., n. 71, p. 66 l. 19 sq.* 3) *Revera in tota Pannonica regione saec. VI ab Avaris occupata Christiana religio usque ad tempora Karoli Magni cessavit.* 4) *Scil. sicut Salisburgensis metropolis. Cf. protestationem q. v. Conversio Bagoariorum et Carantanorum (MG. SS. XI, 14):* A tempore igitur, quo dato et praecepto domni Karoli imperatoris orientalis Pannoniae populus a Iuvavensibus regi coepit praesulibus, usque in praesens tempus sunt anni 75, quod nullus episcopus alicubi veniens potestatem habuit ecclesiasticam in illo confinio nisi Salzburgenses rectores. *Cf. Dümmler l. l. II², 378 sq.* 5) *Cf. Iuliani Epitom. novell. 8, 1 (44):* De praescriptione centum annorum ecclesiae competente Romanae civitatis *(ed. Haenel p. 36). Cf. Iustiniani Novell. XI.* 6) *Qui 100 anni 75 annis illis (cf. annot. 4) opponuntur.* 7) *Qui inde ab a. 865 Baioariam regens, a. 870 Moraviam Sventapulco duce in deditionem acceperat, cf. Ann. Fuld. ad a. 870 (ed. Kurze p. 70).* 8) *Ab Hadriano II. a. 870 in archiepiscopum Pannoniae consecrato (cf. supra n. 200, p. 160), sed paulo post deiecto, cf. Dümmler l. l. II², 376 sq.*

17.

Iohannes VIII. papa Gozilem comitem (principem Pannoniae) docet de eis, qui viventibus uxoribus ad alias nuptias accedant. *(873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 123' ep. 16. — D lib. VIII c. 222 (ed. Fronto p. 282). — E f. 89, lib. I, 63 n. 5.

Edd.: Boczek Cod. dipl. Moraviae I, 36 n. 53 e cod. s. XII Olomuc. capit. n. 205 (CCCVIII) f. 67. — Wattenbach 'Beiträge z. Gesch. d. christl. Kirche in Mähren u. Böhmen' p. 49 e cod. s. XII Olomucen. — Migne Patr. lat. CXXVI, 942 n. 345 ex D (perperam cum n. 19 coniunct.). — Ginzel 'Gesch. d. Slawenapostel' p. 57. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 11 n. 15. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 16. Jaffé Reg. 2972 (2592, perperam cum n. 19 coniunct.).

GOZILI COMITI*[1].

Porro eos, qui uxores suas dimiserunt[a] vel[b] ad alias illis viventibus nuptias migraverunt[c], tamdiu[d] cum consentaneis eorum[e] excommunicamus, quousque posterioribus remotis priores penitendo receperint. Sicut enim nuptie a Deo, ita divorcium a diabolo est teste[f] sancto[g] Augustino[2] repertum. (Matth. 19, 6.) 'Quod enim Deus coniunxit[h], homo non separet.' Precipue cum hec pessima[i] consuetudo ex paganorum more remanserit, quorum in talibus non alius nisi ipse diabolus erat magister et auctor[3].

18.

Iohannes VIII. papa Montemerum ducem (Sclaviniae) ad pastoralem curam episcopi ab apostolica sede in Pannonia ordinati (scil. Methodii) reverti iubet. *(873 Mai.)*

Coll. can.: 1: A f. 124 ep. 17.
2: B lib. I c. 242 (194) (ed. Martinucci p. 131; Wolf v. Glanvell p. 141).

Edd.: Timon Imago antiquae Hungariae p. 143 e cod. Vat. lat. 4886 s. XVII (2). — Salagius De statu ecclesiae Pannonicae lib. IV c. 7 n. 20 (t. IV, 442) ex Bonizonis decreto (2). — Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 196 (2). — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 212 n. 3 ex A. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 11 n. 16. — Reg.: Ewald NA. V, 311 n. 17. Jaffé Reg. 2973 (2259).

(IOHANNES VIII. MONTEMERO DUCI)[a][4].

(1) Presbiteri illic absoluti et vagi ex omni loco adventantes quedam aecclesiastica contra canones officia peragunt, immo numerosa, cum sint ascephali, scelera contra Dei precepta committunt[b].

(2)** Quapropter ammonemus te, ut progenitorum tuorum secutus morem quantum potes ad Pannonensium reverti studeas diocesin[5]. Et quia illic iam Deo gratias a sede beati Petri apostoli episcopus ordinatus est[6], ad ipsius pastoralem recurras[d] sollicitudinem.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De eodem Iohannes VIII. Totzili comiti. *In E:* Idem Cozzili comiti. De illis, qui uxores suas dimiserunt vel ad alias illis viventibus nuptias migraverunt.

**) *Superscriptio in B:* Idem Montemero duci Sclavanie[c] inter cetera.

17. a) admiserunt *A.* b) *om. Cod. Olom.* c) migraverunt nuptias *E, Cod. Olom.* d) eos *add. D.* e) *om. A.* f) testae *A.* g) *om. E.* h) coniunxit Deus *E, Cod. Olom.* i) *om. A.*

18. a) Montemero duci Iohannes VII. *(sic) A.* b) comittunt *A.* c) dulcis Clavanie *B.* d) recuras *B.*

1) *Filio Pribinae, principi Pannoniae inferioris.* 2) *In evang. Iohannis Tract. IX c. 2 (Migne Patr. lat. XXXV, 1459).* 3) *Cf. Gregorii II. epist. ad Bonifacium datam, MG. Epp. III, 276 (Jaffé Reg. 2174 [1667]), in qua papa casu infirmitatis mulieris secundas nuptias viro concedit.* 4) *Sclaviniae, i. e. Serborum (c. 872—94), cf. Dümmler 'Die pannonische Legende' ('Archiv f. Kunde oesterr. Gesch.-Quellen' XIII) p. 43 annot. 6.* 5) *De Pannonica diocesi cf. nn. 15, 16, p. 281.* 6) *Scil. Methodius.*

19.

Iohannes VIII. papa Gozilem comitem (principem Pannoniae) monet, ut viros duos uxores suas dimissas recipere cogat. *(873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 124 ep. 18. — D lib. VIII c. 223, 1 (ed. Fronto p. 282).

Edd.: Migne Patr. lat. CXXVI, 942 n. 345, 2 ex D (perperam cum n. 17 coniunct.). — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 18. Jaffé Reg. 2974 (2592, perperam cum n. 17 coniunct.).

GOZILI[a] COMITI*[1].

Prudentissime vir, stude ac[b] provide[c], ut duo viri illi, qui uxores suas, quas Deus illis preparavit et iunxit, abiecerunt, eas repellere minime permittantur, quia impium est, ut, qui[d] auctore Deo legali federe copulati[e] sunt, pro humano libitu, immo fraude diabolica separentur.

20.

Iohannes VIII. papa Adalwino archiepiscopo (Salisburgensi) praecipit, ut Methodium recipiat. *(873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 124 ep. 19.

Edd.: Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 213 n. 4 ex A. — Emler Regesta Bohemiae et Moraviae IV, 706 n. 1761. Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 12 n. 17. — Reg.: Ewald NA. V, 301 n. 19. Jaffé-Ewald Reg. 2975. Brackmann Germania pontificia I, 12 n. 22.

ALVINO ARCHIEPISCOPO[2].

Ne mireris, quia diximus te agente sedem a fratre[a] nostro Methodio recipiendam, quia profecto dignum est, ut tu, qui fuisti eius auctor deiectionis[3], sis officii conmissi causa receptionis.

21.

Iohannes VIII. papa Paulo episcopo (Anconitano) commonitorium de legatione in Germaniam et Pannoniam suscipienda mittit. *(873 Mai.)*

Coll. can.: 1. 3. 4. 5. 6. 7: A f. 124 ep. 20.
2. 3: B lib. I c. 243 (195) (ed. Martinucci p. 131; Wolf v. Glanvell p. 141). — C lib. II c. 73 (ed. Thaner p. 110). — F¹ f. 77' c. 62.
3: G c. 14 C. XVI qu. 3 (ed. Friedberg I, 793).
6: D lib. VIII c. 223, 2 (ed. Fronto p. 282).

Edd.: Salagius De statu ecclesiae Pannonicae lib. VI c. 5 n. 4 ex Bonizonis decreto (2. 3) = Fejér Cod. dipl. Hungariae I, 187 = Boczek Cod. dipl. Moraviae I, 35 n. 50. — Mansi Conc. coll. XVII, 264 ex F¹ = Migne Patr. lat. CXXVI, 654 n. 6 (p. 942 n. 345, 3 ex D). — Wattenbach 'Beiträge' p. 48 e cod. Vindobon. 2186, s. XII f. 27 (2. 3). — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 213 n. 5 ex A. — Ewald in NA. V, 302 et in JE. 2976 ex A (partim). Emler Regesta Bohemiae et Moraviae IV, 706 n. 1762 ex A. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 12 n. 18. — Reg.: Ewald NA. V, 302 n. 20. Jaffé Reg. 2976 (2248). Cf. Brackmann Germania pontificia I, 162 n. 12.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De eodem item eidem.

19. a) Tozili *A.* b) et *D.* c) praevide *D.* d) qđ *A.* e) cōpulati *A.*
20. a) affr̄e *A.*

1) *Cf. n. 17, p. 282.* 2) *I. e. Adalwino Salisburgensi, qui obiit d. 14. Maii 873 teste Auctario Garstensi (MG. SS. IX, 565), cf. Lib. confratern. recentior. s. Petri Salisburg. (ed. MG. Necrol. II, 46). Unde omnes hucusque epistolas ante hanc diem collocandas esse recte statuit Ewald NA. V, 317.* 3) *In synodo ante triennium (cf. n. 21, p. 285 l. 3—4) habita, cuius terminum ad finem a. 870 apte statuunt Dümmler l. l. II², 377, Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 118 annot. 1. Tunc enim Ludovicum Germanicum in Baioaria placitum de rebus Slavorum habuisse constat, cf. Ann. Fuld. ad a. 870 (ed. Kurze p. 72).*

(IOHANNES VIII. PAULO EPISCOPO)[a][1].

(1) Ipse nosti, o gloriosissime[b] rex[2], quod Pannonica diocesis apostolice sedi sit subiecta[3], licet bellica clades eam ad tempus ab illa subtraxerit et gladius ad horam hostilis subduxerit. Verum reddita aecclesiis pace, reddi debuerunt et iura, que cum pace reddita[c] tirannicus unicuique furor ademerat, id ipsum sancto papa Leone in decretis canonicis[4], cum de reintegrando nuptiarum federe scriberet, innuente ac dicente: Remotis malis, que hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur.

(2)* Nam non[d] solum intra[e] Italiam ac ceteras Hesperies provincias, verum etiam intra totius Illyrici[f] fines consecrationes ordinationes et dispositiones apostolica sedes[g] patrare antiquitus[h] consuevit[i], sicut nonnulla regesta et conscriptiones[k] synodales[l] atque[m] ipsarum quoque plurima ecclesiarum in his positarum monimenta[m] demonstrant[n][5].

(3) Item[o]**. Porro[p] si de annorum numero[q] forte causatur[6], sciat Ludovicus[r] rex[r], quia[s] inter Christianos et eos, qui unius[t] fidei sunt[u], numerus certus affixus est. Ceterum[v] ubi paganorum et incredulorum furor in causa est[w], quantalibet pretereant[x] tempora[y], iuri non[z] preiudicat[a] ecclesiarum, quę corporalia nescientes arma solum Dominum et[b] propugnatorem suum, quando[c] ei placuerit[d] misereri, pacienter[e] expectant[f]. Verum si annorum prolixitas in talibus impedit[g], ergo[h] Deus ipse reprehendendus est[i],
cf. Deut. 4, 20. qui post CCCC et XXX annos filios Israhel de durissima[k] servitute Pharaonis et fornace ferrea liberavit, sed[l] et[m] ipse per se redemptor[n], qui[o] hominum genus post tot[p] annorum millia[q] de inferni claustris[r] eripuit.

(4) Item. Dic ergo eis[7]: Ego quidem ad sedem eius[8], qui per tres[s] vim pertulit annos[9], recipiendam, non ad iudicium super diocesim destinatus sum subeundum. Et certe secundum decretalia instituta prius eum[t] reinvestiri[u] convenit episcopi et postmodum ad racionem adduci, ut scilicet vestitus viribus[v] per annum et dimidium resumptis[w] ad diffiniendam causam suam accedat[10]. Porro si Aluinus[x][11] cum Hermerico[12] iudicium

---

*) *Superscriptio in B, C, F¹, Cod. Vindob.:* Iohannes episcopus commonitorium Paulo episcopo fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam. Inter cętera [sic ait *add. Cod. Vindob.*]. *Lemma in C:* Quod apostolica sedes intra Italiam ac ceteras Hesperiae provincias et intra totius Illyrici fines consecrationes ordinationes et dispositiones patrare antiquitus consuevit. *In F¹:* Ex decretis Iohannis pape.

**) *Lemma et superscriptio in G:* Temporis non currit prescriptio, ubi furor hostilitatis incurrit. Item Iohannes papa Paulo episcopo fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam.

21. a) Paulo episcopo Iohannes VIII. *A.* b) gloriossissime *A.* c) *sic A; legendum esse* rupta *proponit Bishop.* d) Non enim *F¹.* e) inter *F¹.* f) Hyllici *B.* g) sede *B.* h) patrate *B*, antiquitus patrare *F¹.* i) *sequentia usque* demonstrant *(l. 12) desunt in F¹.* k) conscriptione *B.* l) demonstrant *add. C.* m) atque — monimenta *om. Cod. Vindob.* n) demonstrant monimenta *B.* o) Et infra *B, C, Cod. Vindob.* p) *om. A.* q) quis *add. B.* r) *om. B, C, F¹, G, Cod. Vindob.* s) quod *B.* t) intus *Cod. Vindob.* u) sunt unius fidei *F¹.* v) Cum tamen *F¹.* w) est in causa *F¹.* x) pertranseant *F¹.* y) *om. A.* z) *om. F¹.* a) preiudicant *B, F¹.* b) *om. F¹.* c) quomodo *F¹.* d) placuierit *B.* e) patientem *B.* f) *sequentia usque* eripuit *(l. 20) desunt in A.* g) inpediat *G.* h) *om. G.* i) *om. F¹.* k) *om. F¹.* l) *om. F¹.* m) *om. C, Cod. Vindob.* n) ipse — redemptor *om. F¹.* o) *om. G, Cod. Vindob.* p) *om. G.* q) post longa tempora *F¹.* r) de claustris inferni et daemonum potentia *F¹.* s) te *A, corr. Bishop, cf. p. 285 l. 3.* t) eu *A.* u) ministerio *aut* officio *suppl. Ewald.* v) iuribus *A; sed cf. Ps.-Isid. decr. Damasi (v. annot. 10).* w) resuptis *A.* x) Aluinum *A.*

1) *Anconitano, legato suo, qui et epistolas nn. 15—24 secum portasse videtur, cf. supra nn. 66 sq., p. 58 sq., n. 211, p. 188. De re cf. Dümmler l. l. II², 380 sq., Bretholz 'Gesch. Mährens' I, 83 sq.* 2) *Haec sunt verba allocutionis ad Ludovicum Germanicum (cf. l. 13) habendae, sicut et infra n. 4.* 3) *Sed cf. n. 15, p. 281 annot. 3.* 4) *Epist. ad Nicetam Aquilegiensem ep. (Dionysii Coll. decr. Leonis c. 42, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 296), Jaffé Reg. 536 (312).* 5) *Cf. n. 15, p. 281 annot. 2.* 6) *Cf. n. 15, p. 281 annot. 5, 6.* 7) *Scil. Ludovico regi et episcopis eius, cf. annot. 2.* 8) *Scil. Methodii.* 9) *Cf. n. 20, p. 283 annot. 3.* 10) *Haec est 'exceptio spolii' q. v., in decretalibus Pseudo-Isidori pluribus locis prolata, cf. praecipue Damasi decr. (JK. †243) c. 12 (ed. Hinschius p. 503) et Felicis II. decr. (JK. †230) c. 15 (ibid. p. 489), ubi induciae unius anni et sex mensium stabiliuntur.* 11) *I. e. Adalwinus archiepiscopus Salisburgensis, cf. n. 20, p. 283 annot. 2.* 12) *Episcopo Pataviensi (866—74), qui una cum Adalwino et Annone Frisingensi auctores deiectionis Methodii fuerat, cf. n. 22, p. 285.*

cum episcopo nostro Methodio[a] inire voluerit, dic ad eos: Vos sine canonica sententia dampnastis[1] episcopum [ab][b] apostolica sede missum carceri mancipantes et colaphis affligentes et a sacro ministerio separantes et a sede tribus annis pellentes, apostolicam sedem per ipsum triennium plurimis missis et epistolis proclamantem. Non estis ad iudicium convenire dignati, quod profecto semper subterfugere curastis, et nunc sine sede apostolica iudicium vos querere simulastis[c], cum ego ad hoc missus sim, ut tanto vos tempore a divinis ministeriis separem, quanto vos eumdem venerabilem virum a ministerio sacro cessare coegistis, et ipse tanto tempore credito sibi episcopatu[d] inconcusso ac sine questione fruatur, quanto constat illum vobis facientibus eo fuisse privatum. Sicque demum si habueritis in invicem, conveniatis[e] et coram sede apostolica pars audiatur et iudicetur utraque; presertim cum inter archiepiscopos causa versetur et conveniens non sit, ut inter utrumque alius nisi[f] patriarcha iudex inveniatur. Nam et in negotiis minorum sacri canones[2] ad sedem, ubi est maior auctoritas, partes destinare probantur.

(5) Item. Ne suscipias occasionem excusationis prohibentem te vel fratrem nostrum Methodium[g] transire ad Pentepulcum[3], sive bella pretendant sive inimicicias[h] congerant[i]. Qui enim sancti Petri sunt, pacifici sunt et, quocumque ierint, bellis a proximorum utilitate minime coercentur.

(6)* Ceterum[k 4] previde ac[l] de separatione coniugatorum maximam curam assumas[m], ita ut, qui a susceptione sedis apostolicę litterarum separati sunt, inculpate reducant priores uxores iniuncta[n] convenienti[o] penitentia, dimissis, quas postmodum sunt sortiti. Quodsi noluerint, extra ecclesiam eos[p] facito[q] una cum his, qui eos in communionem[r] recipiunt, donec emendent quae admiserunt[s].

(7) De percussoribus vero Lazari monachi vide, ut secundum apostolorum canones[5] a vobis iudicium proferatur.

22.

Iohannes VIII. papa Hermericum episcopum (Pataviensem) ob iniurias Methodio (archiepiscopo Pannoniae) illatas a ministerio sequestrat, donec Romam audiendus occurrerit. *(873 Mai.)*

Coll. can.: A f. 125 ep. 21.

Edd.: Ewald NA. V, 303 n. 21 ex A. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 214 n. 6 ex A. — Emler Regesta Bohemiae et Moraviae IV, 707 n. 1763. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 14 n. 19. — Jaffé-Ewald Reg. 2977. Brackmann Germania pontificia I, 163 n. 13.

IOHANNES VIII. HERMERICO EPISCOPO[a 6].

Ad deflendam pravitatem tuam nonnisi fontem lacrimarum, ut propheta Ieremias, suffícere credimus. Cuius enim, ut non dicamus episcopi, secularis cuiusquam, immo[b] tyranni seviciam temeritas tua non excessit vel bestialem feritatem non transcendit, fratrem et coepiscopum nostrum Methodium[c] carceralibus penis afficiens et sub divo diutius acerrima[d] hiemis et nimborum immanitate castigans atque ab ecclesię sibi commisse regimine subtrahens et adeo in insaniam veniens, ut in episcoporum concilium[7] cf. Ier. 9, 1.

*) *Lemma in D:* Item commonitorium Paulo episcopo.

a) Metholio *A.* b) *om. A, suppl. Ewald.* c) simulatis *haud apte corr. Friedrich.* d) epatu *A.* e) conveniastis *A.* f) sine *A, corr. Ewald.* g) Metholium *A.* h) inimicias *A.* i) cogerant *A, corr. Bishop.* k) *om. D.* l) et *D.* m) geras *D.* n) una cum *A.* o) conventi *A.* p) *om. D.* q) facite *D.* r) communione *D.* s) emendentur *A,* quae admiserunt *om. A.*

22. a) Iohannes *iterum add. rubro colore A.* b) cuius quin immo *corr. Ewald, Friedrich.* c) Metholium *A.* d) accerrima *A.*

1) *Scil. in synodo a. 870, cf. n. 20, p. 283 annot. 3.* 2) *Cf. can. 9 conc. Chalcedon. a. 451 (Mansi VII, 375).* 3) *I. e. Sventapulcum, ducem Moraviae, cf. supra nn. 200, 255.* 4) *Cf. ad haec epp. nn. 17, 19.* 5) *Can. XXVIII (XXVI) (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 808).* 6) *Pataviensi, cf. n. 21, p. 284 annot. 12.* 7) *In fine a. 870 habitum, cf. supra n. 20, p. 283 annot. 3.*

tractum equino flagello percuteres, nisi prohiberetur[a] ab aliis? Sunt, rogo, hec episcopi, cuius nimirum dignitas si excesserit, maiora consistunt[b] crimina? O episcopum episcopo talia inferentem et ad hoc apostolicę sedis manu sacrato et[c] latere destinato! Nolumus[1] tamen nunc exagitare, que gesseris, ne cogamur indifferenter promulgare, quod convenit, verum Dei omnipotentis[d] et beatorum principum apostolorum Petri et Pauli atque nostrę mediocritatis auctoritate interim communione Christi misteriorum et consacerdotum tuorum [te][e] privamus et, nisi cum presenti Paulo venerabili[f] episcopo[2] vel cum eodem sanctissimo fratre nostro Methodio[g] Romam cum ipso audiendus occurreris, non deerit iusta dampnatio, ubi talis et tanta fuerit inventa presumptio, nec pondus apostolice sedis auctoritatis frustrabitur, ubi tam gravis molis pravitatum immensitas conprobabitur.

23.

Iohannes VIII. papa Annonem episcopum (Frisingensem) ob iniurias Methodio Pannonico archiepiscopo illatas Romam venire mense Septembri iubet. (873 ante Sept.)

Coll. can.: A f. 125' ep. 22.

Edd.: Ewald NA. V, 304 n. 22. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 215 n. 7 ex A. — Emler Regesta Bohemiae et Moraviae IV, 707 n. 1764. — Friedrich Cod. dipl. et epist. regni Bohemiae I, 16 n. 21. — Reg.: Jaffé-Ewald Reg. 2979. Brackmann Germania pontificia I, 332 n. 5.

(IOHANNES VIII. ANNONI EPISCOPO)[a 3].

Audacia tua et presumptio non solum nubes, sed et ipsos[b] celos transcendit. Usurpasti enim tibi vices apostolice sedis et quasi patriarcha de archiepiscopo tibi iudicium vindicasti, immo, quod est gravius, fratrem tuum Methodium, Pannonicum archiepiscopum legatione apostolice sedis ad[c] gentes fungentem, tyrannice magis quam canonice tractans, nec presbiterorum, qui penes te reperti sunt, iudicasti dignum consensu[d], quod nonnisi in contumeliam sedis apostolice perpetrasti, quin etiam petente illo, sacris canonibus[4] edocentibus, ipsius sancte[e] sedis iudicium concedi minime permisisti, sed in eum cum sequacibus tuis et sociis quasi sententiam protulisti a divinisque celebrandis[f] officiis illum sequestrans carceri mancipasti[g 5]. Insuper et, cum proprium sancti Petri hominem esse te diceres, adeo[h] ut patrimonii in Germania siti curam[i] gereres[6], istius fratris et coepiscopi quin potius et missi nostri, de quo[k] nobis maior cura debebatur, vincula et insecutiones non solum ut fidelis minime nunciasti, sed Rome, [cum][l] super eo interrogareris a nostris, te illum nosse mentiendo[m] negasti, cum cunctarum afflictionum sibi a vestratibus illatarum ipse incentor, ipse instigator, immo ipse fueris auctor. De quibus omnibus, nisi adeo fuerit eiusdem venerandi episcopi condicio[n] sana effecta, ut ipse possit omnem suam oblivioni propter Deum iniuriam tradere, Romam rationem redditurus indifferenter occurre[o]; alioquin post mensem Septembrium[p] tamdiu[q] communicandi nullam habeas omnino licentiam[r], quamdiu non obediendo tuam erga nos ostenderis pertinaciam.

---

a) prohibereris *conicit Ewald, sed cf. Bretholz 'Gesch. Mährens' I, 84 annot. 2.* b) consitunt *A, corr. Bishop,* constituit *Emler, Friedrich.* c) e *add. Ewald, Emler, Friedrich.* d) omipotentis *A.* e) *om. A.* f) venerabi *A.* g) Metholio *A.*

23. a) Anni episcopo Iohannes VIII. *A.* b) ipso *A.* c) adf *A.* d) consessu *legendum esse proponit Bishop.* e) Romane *add. Ewald, Emler.* f) divinis celebrandisque *A,* et a divinis celebrandis *corr. Ewald, Emler, Friedrich.* g) macipasti *A.* h) ad *A, corr. Bishop, cancell. Ewald.* i) cura *A.* k) de quo *bis script. et del. A.* l) *om. A, suppl. Bishop.* m) mentiaendo *A.* n) contricio *A, corr. Bishop.* o) *corr. ex* occurrere *A.* p) Septebrium *A.* q) tãndiu *A.* r) licencentiam *A.*

1) *Simplicii pp. epist. ad Iohannem ep. Ravenn. (Dionysii Coll. contin. decr. Simplicii c. 1, ed. Migne LXVII, 321), Jaffé Reg. 583 (351).* 2) *Anconitano, latore epistolarum nn. 15—24.* 3) *Frisingensi, 854—75.* 4) *Cf. can. 3, 4, 7 conc. Sard. (Mansi III, 9 sq.) e quibus ut vetustissimis ius appellandi ad Romanam sedem evincebatur.* 5) *In synodo illa a. 870, cf. n. 20, p. 283 annot. 3, n. 22.* 6) *De patrimonio in Germania sito cf. E. Perels in 'Hist. Aufsätze K. Zeumer z. 60. Geburtstag dargebracht' (1911).*

24.

Iohannes VIII. papa Annoni episcopo Frisingensi mandat, ut redditus praesentis et praeteritae indictionis (e patrimoniis S. R. E.) mense Septembri futurae indictionis Romam deferat aut transmittat simulque etiam organum in usum apostolicae sedis.

(873 ante Sept.)

Coll. can.: B lib. III c. 144 (123) (ed. Martinucci p. 297; Wolf v. Glanvell p. 330).
2: A f. 126 ep. 23.

Edd.: Baluze Miscellanea I², 402 ex B (cod. Paris. lat. 1458 [olim Colbert. 2576]) = Mansi Conc. coll. XVII, 245 = Migne Patr. lat. CXXVI, 651 n. 1. — Reg.: Ewald NA. V, 305 n. 23. Jaffé Reg. 2980 (2243). Brackmann Germania pontificia I, 332 n. 6.

IOHANNES[a] EPISCOPUS ANNONI FRISINGUENSIS ĘCCLESIĘ EPISCOPO[1].

(1) Efficaciam tuę fidelitatis circa[b] sanctam[c] sedem apostolicam, quam nimirum litteris tuis[2] extuleras, operibus te approbare velle satis devotissime promittentem et gratanter accepimus, et pro commendatione rerum Romanę[d] ęcclesię provisioni tuę, ut asseris, commissarum[e 3]. Noveris itaque nuperrime nos litteras[4] dilecto filio nostro Hludouuico regi, sed et episcopis et comitibus Italici regni, qui earum redditus nobis deferri salvos faciant, transmisisse nichilque aliud[f] superesse cognoscimus, nisi ut aurum aliasque species, quas te collegisse fateris, simul cum preteritę indictionis, qui minus fuerunt, redditibus sub omni plenitudine nobis per totum Septembrem futurę VII. indictionis[5] aut per temetipsum deferas[g] aut transmittas[h], sciens quia, si[i] hoc condicto tempore redditus nobis non venerint, nullius alterius nisi tuę morosę neglegentię specialiter inputandum.

(2)* Precamur autem[l], ut optimum organum cum artifice, qui hoc et[m] moderari et facere ad omnem[n] modulationis efficatiam possit, ad instructionem musice disciplinę nobis aut deferas cum[o] eisdem redditibus aut[o] transmittas[p], quatinus, dum vile metallum[q] in usu sancte sedis apostolicę conferre[q] festinas, annosam[r] tibi memorie cleronomiam[s 6] studiosius adquiras et[r] aurea[t] regni celestis munera spiritaliter[u] omnino[v] capessas[w].

25.

Iohannes VIII. papa Ludovicum (II.) imperatorem pro Adelperto monacho, frustra a se Berthario abbati (Casinensi) commendato, precibus adit. *(873 ante Sept.)*

Coll. can.: A f. 126 ep. 24.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 27 n. 49 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 305 n. 24. Jaffé-Ewald Reg. 2981.

LUDOVICO IMPERATORI[7].

Quidam sane se monachus[a] Dei servus Adelpertus nomine de monasterio sancti Benedicti[8] vobis conmen[dans][b] pro defensionis gratia hoc nostre humilitati innotuit. Pro quo litteras ad abbatem eius Bertari[9] studui destinare, quatinus suum honorem pro Dei amore et vestro, sicut primo habuit, reddere non pretermitteret[c]. Sed oblitus Dei

---

*) *Superscriptio in A:* Ad Frisingensem[k] episcopum Annonem.

24. a) I. *B.* b) circam *B.* c) *om. Bal.* d) R. *B.* e) *hic desunt quaedam B.* f) alius *B.* g) referas *corr. ex* referat *B (Cod. Vat.).* h) *corr. ex* transmittat *B (Cod. Vat.).* i) quasi *B.* k) Frigisingensem *A.* l) *om. A.* m) *om. B.* n) omem *A.* o) aut cum eisdem redditibus *B.* p) transmitas *A*, mittas *B.* q) metallum beato Petro conferre *B.* r) annosam — et *om. B.* s) cheronomiam *A*, *corr. Bishop.* t) ab eo aurea *B.* u) *om. B.* v) *om. B.* w) *sequitur rasura unius vocis in A.*

25. a) *corr. ex* monachum *A.* b) conmen| *A*, commendavit et *Loewenfeld.* c) $\overset{t}{\bar{p}}$mitteret *A.*

1) *Cf. n. 23, p. 286 annot. 2.* 2) *Quae non exstant.* 3) *I. e. patrimonii S. R. E. in Germania, cf. n. 23, p. 286 annot. 4.* 4) *Quae non exstant.* 5) *A. 873.* 6) *I. e. hereditatem, cf. Isidori De eccl. officiis lib. II c. 1, 1 (Migne Patr. lat. LXXXIII, 777).* 7) *II.* 8) *Casinensis.* 9) *Cf. n. 1, p. 274 annot. 1.*

timoris et nostrum utrorumque non solum quidem[a] his nostris monitis aurem accomodare contempsit, verum etiam eumdem Dei servum multis affecit contumeliis. Quapropter animadvertat[b] gloria vestra, si sic superbus et contumax est, dum adhuc super eos estis[1], putas, quales erunt post vestrum discessum? Queso tamen, ut eundem Adelpertum adiuvare dignemini, ut merito gaudeant omnes, qui ad vestrum confugium veniunt, quoniam ecce iam, cum per tres vices pro predicto epistolas misissemus[2], nobis omnino obedire neglexit, ideoque, nisi hoc continuo emendaverit, extra aecclesiam eum extorrem faciemus.

26.

Iohannes VIII. papa Bertulfum archiepiscopum (Treverensem) super promotione et fide sua interrogandum Romam venire aut legatos mittere mense Octobri iubet.

(873 ante Sept.)

Coll. can.: A f. 126' ep. 25.

Ed.: Ewald in NA. V, 305 n. 25. — Reg.: Jaffé-Ewald. Reg. 2982.

(IOHANNES VIII. BERTULFO ARCHIEPISCOPO)[a 3].

Cognoscentes religiositatem tuam contra interdictum sedis apostolicę fuisse promotam, proposuimus te inter episcopos non esse numerandum, donec in presenti[b] positus ostenderis canonice consecratus. Sed quia dilectum filium nostrum imperatorem[4] pro tuo negotio cotidianis precibus nimium patimur importunum, provectionis tuę primordia leniter quidem scrutanda, sed indiscussa nullo modo relinquenda cognovimus. Et ideo devotioni tue apostolica auctoritate precipimus, ut excepta causa corporeę inbecillitatis nullo modo Romam venire postponas. Si vero infirmitate detentus per temet venire nequiveris, manens circa sanctam Romanam aecclesiam dilectissimique filii nostri imperium tam devotus quam fidelis, ita ut industrios ecclesie tue legatos, volumus, transmittas[c], ut et super promotione tua et super tue fidei regula nobis satisfacere vice tua prevaleant, quatinus et in canonico examine, quo in spiritu[d] lenitatis causam tuam decrevimus[e], inreprehensibiliter promotus appareas, et pallium, quod a nobis postulas, sine ulla dilatione percipias. Itaque, si satis industrios nobisque placabiles viros per totum Octobrem[f] futurę septimę indictionis[5] non miseris, non susceptum . . . .[g]

27.

Iohannes VIII. papa principes Sardiniae monet, ne captivos Graecorum studio a paganis sublatos in suis partibus sub iugo servitutis venundari faciant, sed liberos abire sinant. *(873.)*

Coll. can.: A f. 127 ep. 26.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 28 n. 50 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 306 n. 26. Jaffé-Ewald Reg. 2983.

a) quia *A, cancell. Bishop.* b) animavertat *A.*

26. a) Bertulfo archiepiscopo Iohannes VIII. *A.* b) psenti *A.* c) transmitas *A.* d) spu *A.* e) tractare *supplendum esse putat Bishop.* f) *corr. ex* Octobē *A.* g) *explicit f. 126'. Finis huius epistolae et sequentes quaedam epistolae cum sequenti folio, quod cum alio, quod post f. 120' deest (cf. p. 274 n. 2 annot. b), cohaerebat, perierunt in A. Inde a sequenti epistola inscriptiones nonnisi in margine notatae partimque a librario abscisae sunt, litterae initiales desunt, cf. Ewald in NA. V, 283, 305 annot. 3.*

1) *Scil. in inferiori Italia, ubi imperator usque ad m. Iunium Capuae, postea in confinibus Beneventi usque ad finem a. 873 moratus est, non in ipso monasterio Casinensi, sicut Ewald l. l. ex his verbis coniecit, cf. Mühlbacher Reg. 1261 (1226) a.* 2) *Fortasse ep. n. 1 (p. 273) Bertari directa de hac re egit in loco ab auctore collectionis A praetermisso; altera epistola non exstat.* 3) *Treverensi 869—83. — De controversiis eius in defendenda metropolitica dignitate narrant Gesta Treverorum (ed. MG. SS. IX, 166):* Bertolfus multum acer et inpatiens in talibus suffraganeorum suorum praesumptionibus et suae ecclesiae privilegium non passus est in aliquo temerari. Nam litteras Romani pontificis pro eadem Walonis praesumptione necnon pro episcopi Virdunensis contra suam voluntatem ordinatione sibi transmissas suscipere noluit. 4) *Ludovicum II.* 5) *I. e. Oct. 873.*

PRINCIPIBUS SARDINIE.

[F]ilii[a] dilectissimi, unum est, unde vos modicum paterno more debeamus monere, quod nisi emendaveritis, grande peccatum incurritis et ob hoc, sicut speratis, non lucra, sed magis vobis dampna augebitis. Igitur Grecorum studiis, sicut didicimus, multi a paganis captivi sublati in vestris partibus venundantur et a vestratibus empti sub iugo servitutis tenentur, cum constet pium et sanctum esse, veluti Christianos decet, ut, cum eos vestrates ab ipsis Grecis emerint, pro amore Christi liberos esse dimittant et non ab hominibus, set ab ipso domino nostro Iesu Christo mercedem accipiant. Un[de][b] vos exhortamur et paterno amore precipimus, ut, cum captivos aliquos ab ipsis redemeritis, pro salute anime vestrę[c] liberos eos abire sinatis.

28.

Iohannes VIII. papa episcopo cuidam scribit de perperam ordinato Constantino episcopo et de ieiunio sabbati et quatuor temporum. *(873.)*

Coll. can.: A f. 127 ep. 27.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 28 n. 51 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 306 n. 27. Jaffé-Ewald Reg. 2984.

P̄LONENSI[a] EPISCOPO.

[P]refatus[b] archiepiscopus, qui eundem Constantinum episcopum[1] temere ordinare, quia modica fuit civitas[2], nostra sine auctoritate presumpsit, non mediocriter arguendus est, quare a capite, hoc est a sede sancti Petri, dissentiat et quare de ieiunio sabati vel de celebracione IIII temporum pertinaciter agat, cum et de ieiunio omnis sabati beatus papa Silvester Grecos convicerit[3] et apostoli sexta feria et sabato ieiunaverint et sanctus papa[c] Innocentius super hoc capitulum in suis decretalibus[4] instituerit. cf. Matth. 9, 15; Marc. 2, 20; Luc. 5, 35.

29.

Iohannes VIII. papa G. cuidam scribit de ecclesia ei commissa, languescente episcopo paene viduata; ante mortem aut renuntiationem illius alium episcopum constitui vetat. *(873.)*

Coll. can.: A f. 127 ep. 28.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 29 n. 52 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 306 n. 28. Jaffé-Ewald Reg. 2985.

G . . . . .[a]

[L]itteras[b] tuę dilectionis quodam presbitero deferente suscepimus et, quanta ecclesia tibi ad regendum commissa paciatur[c] discrimina, cognoscentes nimium perdoluimus, quippe que, sicut asseveras, iam a multo tempore[d], episcopo qui ei[e] preesse dicitur

---

27. a) *littera initialis deest A.* b) Un| *A.* c) anme nr̄ę *A.*

28. a) *sic A, cf. annot. 1.* b) *littera initialis deest A.* c) pappa *A.*

29. a) *haec una tantum littera in margine legi potest A.* b) *littera initialis deest A.* c) ecclesia *repetit A.* d) tp̄r *A.* e) et *A.*

1) *Ferrariensem esse opinatur Ewald, sed recte reicit Kehr Italia pontificia V, 208 n. 4 annot.; immo fortasse de eodem Constantino agitur, qui etiam a. 881 a Ravennate archiepiscopo in episcopalem sedem, Faventinam scilicet, introductus, a papa vero reiectus est, cf. supra n. 284, p. 250, licet verba* modica civitas *(l. 17) ad aliam eiusdem provinciae, non ad Faventinam antiquam sedem, aptius referenda sint. Archiepiscopum enim Ravennatem (Iohannem X., 850—78) et hic (l. 16) significari, ut habent Ewald et Loewenfeld (cf. etiam Kehr Italia pontificia V, 42 n. 114 annot.), suadet discordia de ieiunio sabbati inter Graecos et Romanam ecclesiam mota (l. 19—20). Is cui inscribitur epistola (l. 15), nec Polensis, sicut conicit Ewald in NA. V, 306, nec Populoniensis, sicut legunt JE. 2984 et Loewenfeld, sed fortasse Populiensis ('Forlimpopoli') est, aeque Ravennatensis provinciae.* 2) *Cf. can. 6 Sard. conc. interpr. Dionysio (Mansi III, 24).* 3) *Silvestri papae decretum de hac re non exstat, cf. Epp. VI, 605 cum annot. 2.* 4) *Dionysii Coll. decr. Innocentii I. c. 4 (Migne Patr. lat. LXVII, 239), Jaffé Reg. 311 (108).*

semivivo, membris omnibus destituto ac sensu iacente, sine episcopali ministerio extitit et sine Christianitatis officio quasi viduata consistit. Unde quia nos consulere decrevisti[a], quid te oporteat agere[b], nosse [volumus][c] devotionem tuam, quia paternas tradiciones inviolabiles conservare studentes aliud consilium interim non invenimus, nisi ut tandiu sustineas, quamdiu aut ipse episcopus spiritum exhalet extremum, aut certe synodice profiteatur se episcopale non posse peragere ministerium, racionabilem causam exponens. Alias[d] autem, ut uno vivente episcopo alius in eius loco subrogetur, nec canonica auctoritas dictat[1], nec consuetudo huius Romane aecclesię demonstrat, nec ipsa nostra meminit aetas. Quocirca, si divino iudicio unum e duobus predictis acciderit, tunc rite Domino annuente consecrari canonice poteris et apostolica auctoritate benedictionibus episcopalibus decorari.

30.

Iohannes VIII. papa Willibertum Coloniensem archiepiscopum Romam ad causam dicendam venire iubet, pallium ei conferre ante purgationem et quia fidei pagina non sufficiat, renuit. *(873 c. Sept. 1?)*[2]

Coll. can.: A f. 127' ep. 29.

fragm.: A f. 188' (Varia II n. 49) (cf. Ewald NA. V, 587) [A¹]. — B lib. I c. 238 (191) (ed. Martinucci p. 129; Wolf v. Glanvell p. 139). — [C lib. VI c. 92 (98).] — G c. 4 D. 100 (ed. Friedberg I, 353).

Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 384 ex G = Mansi Conc. coll. XVII, 242 = Migne Patr. lat. CXXVI, 652 n. 2. Ewald NA. V, 306 n. 29 ex A. Dümmler in MG. Epist. VI, 256 n. 12 ex A. — Jaffé Reg. 2986 (2244).

[AGRIP]PINENSI [ARCHIEPISCOPO WILLI]BERTO[3].

[I]nperfectus[a] est, cui tantum pallii donum aufertur, nec potest esse firmus sive perfectus, qui huius sacri non fuerit indumenti collatione firmus et integer, ac per hoc neminem profecto poterit stabilire vel alicuius dignitatis dona statuere, qui huius religiosi habitus munere defraudatus ad tante perfectionis privilegium pervenire non meruit. Sane accusator sanctorum patrum regulis institutus causam ad nos utpote ad primatem dyoceseos detulit[4]. Quarum videlicet nos quoque disciplinis edocti [te][b] a fraterna conpage suspendendum censuimus, nisi ad causam tuam dicendam litteris nostris evocatus intra spacium unius mensis sive duorum mensium[c] occurreris, ex ea videlicet die supputandorum, qua presentes acceperis apices. Siquidem nulli fas est metropolitanorum nisi primatibus, quos alias patriarcas novimus appellari[5], dirimendi vel diffiniendi negotia. Quam ob rem hos, qui adversus metropolitanos querelam habent, apte sancta[d] universalis Calcedonensis synodus[6] ad primatem dioceseos mittit. Due itaque cause sunt, quibus prohibiti optatum* tibi[e] pallium nunc[f] conferre[7] nequivimus: una[g] scilicet, quia, ut prediximus, provectionis tuę primordia valde reprehensibilia referuntur, quod oportet instanti satisfactione purgari, presertim cum ad personam respiciat, non ad res

*) *Hic incipit fragmentum in A¹, B, G. Superscriptio in A¹:* [E]x registro [Iohannis] VIII. Iohannes episcopus Gisleberto [Ag]gripinensi episcopo. *In B:* Iohannes episcopus Williberto Agrippinensi episcopo inter cętera. *Superscriptio et lemma in G:* Iohannes episcopus Williberto Agripinensi episcopo. Nisi post consuetam fidei professionem pallium dari non debet.

a) *corr. ex* decrevistis *A.* b) agaere *A.* c) *om. A, suppl. Bishop.* d) alia *A.*

30. a) *littera initialis deest A.* b) *om. A, suppl. Bishop.* c) minus *A,* [ad] minus *Bishop Dümmler; Ewald aut cancellandum aut in l. 29 pro* nisi, si *legendum esse putat.* d) sanctę *A.* e) *om. A.* f) non *A.* g) una — vero *(p. 291 l. 1) om. A¹, B, G.*

1) *Cf. supra p. 4 annot. 2.* 2) *De tempore huius epistolae cf. Ewald NA. V, 317sq.* 3) *870—89.* 4) *Cf. annot. 6.* 5) *Cf. Ps.-Isidori Decr. Anacleti c. 26 (ed. Hinschius p. 82).* 6) *Can. 9, interpr. Dionysio (Migne LXVII, 173).* 7) *Sed paulo post, ut videtur a. 874, Willibertus pallium nihilominus accepit, cf. Jaffé-Ewald Reg. 2988, MG. Epist. VI, 256 n. 13.*

querimonię huius obiectum, altera[a] vero, quia fidei tue paginam minus quam oporteat[b] continere cognovimus[c], cum videlicet nullam in ea sanctarum universalium synodorum, in quibus fidei nostrę[d] simbolum continetur, nec decretalium pontificum Romanorum constitutorum secundum morem feceris mentionem, sed nec illam propria subscripcione muniveris[e] nec, quod aliquem[f] hanc iureiurando[g] firmandam[h] miseris[i], penitus[k] indicaveris[k].

31.

Iohannes VIII. papa Ludovico (II.) imperatori scribit de quibusdam Romanae ecclesiae possessionibus, quas Ravennas archiepiscopus iuri suae ecclesiae non recte vindicabat. *874 Ian. 29.*

Coll. can.: B lib. III c. 143 (122) (ed. Martinucci p. 297; Wolf v. Glanvell p. 330).

Edd.: Baluze Miscellanea I² (1706) p. 402 ex B (cod. Paris. lat. 1458 [olim Colbert. 2576]) = Mansi Conc. coll. XVII, 244 = Migne Patr. lat. CXXVI, 653 n. 3. — Reg.: Jaffé Reg. 2989 (2245). Mühlbacher Reg.² 1261 (1226) d. Kehr Italia pontificia V, 42 n. 115.

IOHANNES EPISCOPUS HLUDOUUICO IMPERATORI[1].

Inter cętera. Nam monasterium sanctę Marię in Comaclo[a][2] quod Pomposia[3] dicitur et monasterium sancti Salvatoris in Monte Feretri[4] aliudque monasterium quod vocatur sancto Probo[b] atque colonos in territorio Ferrariense et Adriense[5] et Gallicata[c][6] et Faventillam[c][7] Ravennati archiepiscopo[8] non abstulimus, set ea monasteria et loca ab antecessoribus nostris possessa reperientes possedimus hactenusque iure proprio retinemus. Alia quoque loca et villas et predia, de quibus aliquam functionem per D iam annos ęcclesia Ravennas recepit, volumus, ut pristinam functionem et dationem eadem ęcclesia deinceps recipiat. Et quia eidem ęcclesiae alia loca nec tulimus nec occupari fecimus, habeat, quę hactenus habuit, absque predictis locis, id est Gallicata et massa Faventilla, et absque prefatis monasteriis, quousque in presentia nostra[d] et ipsa loca, quę sua esse putat, nostrę potius ęcclesię lege et ratione pertinere omnimodis cognoscatis.

DAT. IIII. KALENDAS FEBRUARII, INDICTIONE VII.

32.

Iohannes VIII. papa Ludovico (Germanico) regi scribit de auctoritate decretorum apostolicae sedis. *(874.)*

Coll. can.: A f. 128 ep. 30.

Ed.: Ewald NA. V, 307 n. 30 ex A. — Jaffé-Ewald Reg. 2990.

LUDO[VICO] REGI[9].

[E]cce[a] Grecorum imperator apostolice sedis decretis obtemperat, ita ut et ipsorum patriarcharum sive casum sive statum ad ipsius sentencie moderetur intuitum[10]. Ecce omnis fidelium ubique cętus gaudent, si in controversiis ubique nonnunquam accidentibus eius meruerint adipisci decretum[11].

a) alteram *A.* b) oportet *G.* c) reperimus *A*¹, *B*, *G.* d) nostrę fidei *B.* e) munieras *G.* f) nec aliquem qui *G.* g) iure iure iurando *A.* h) firmanda *B*, firmaret *G.* i) miseras *G.* k) *om. A*¹, *B*, *G.*

31. a) Comacho *B (Cod. Vat.).* b) presbitero *B;* Probo *Bal.* c) *sic B (Cod. Vat. et Bal.); sed legendum esse videtur* Gallicatam, *nam de integris locis Gallicata et Faventilla, non tantum de colonis in eis degentibus agi videtur, cf. l. 23/24.* d) vestra *B (Cod. Vat.);* nostra *Bal.*

32. a) *littera initialis deest A.*

1) *II.* 2) *'Comacchio.'* 3) *'S. Maria di Pomposa', cf. Kehr Italia pontificia V, 177 sq.* 4) *'Montefeltre.'* 5) *'Adria.'* 6) *'Galeata.'* 7) *'Fantella' prope Galeatam, cf. Kehr l. l. p. 140.* 8) *Iohanni X, 850—78.* 9) *Germanico.* 10) *Ad Photii et Ignatii patriarcharum causam (cf. supra n. 207, p. 170 annot. 4) alludere videtur.* 11) *Cf. W. Sickel in 'D. Zeitschr. f. Geschichtswiss.' XII, 16 annot. 2.*

33.

Iohannes VIII. papa (Ludovico) palmam pro benedictione mittit. *(874 Feb.—Mart.)*[1]

Coll. can.: A f. 128 ep. 31.
Ed.: Ewald NA. V, 307 n. 31. — Jaffé-Ewald Reg. 2991.

EIDEM.[2]

[P]reterea[a] vestre sublimitati palmam pro benedictione apostolica iuxta morem[3] direximus, quia[b] per hanc optamus victrici dextere vestre divinitus conferri triumphum apostolorum principum precibus mereamini et hic infinita gaudia bene vivendo transire et in eternum cum sanctis perpetua premia possidere.

34.

Iohannes VIII. papa clero Salernitano scribit de Lupenando presbytero, contra canones deposito, restituendo et iterum iudicando et de presbiteris a Nicolao (I.) excommunicatis cum poenitentia recipiendis. *(874.)*

Coll. can.: A f. 128 ep. 32.
2: D lib. XIV c. 35 (ed. Fronto p. 383). — D[1] lib. V c. 104 (ed. Migne CLXI, 1234). — G c. 109 C. XI qu. 3 (ed. Friedberg I, 675).
Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 357 n. 311 ex D[4] = Mansi Conc. coll. XVII, 225 n. 311 = Migne Patr. lat. CXXVI, 656 n. 10. — Loewenfeld Epist. p. 29 n. 53 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 308 n. 32. Jaffé Reg. 2992 (2252).

CLE[RO] [SALERNITANO][a].

(1) [L]upenandum[b] presbiterum, quem captata auctoritate kanonica[c] a suo tantum episcopo vel a compresbiteris putatis esse depositum, tantum interim iudicamus ab in se data sententia esse immunem, quantum talis presumptio, nisi apostolica misericordia preveniret, non debuerat esse inulta. Tamen, quia nemo ante audientiam iudicari debet, adiunctis sex episcopis cum episcopo proprio[5] aut a testibus convictus[d] aut iudicari debet presbiter quodcunque confessus. Verumtamen contra sacros[e] canones in eum, ut diximus, illatam sentenciam cassatam esse penitus sancientes, eumdem presbiterum proprio honori et gradui restituimus et ei omnem interim ministrandi licenciam tribuimus. Sane si fuerit, quod illum accuset, quia, sicut eum iniuste dampnari nolumus, ita et approbacione criminis illum iustificare contempnimus, cum vobis episcopus fuerit conseeratus, tunc adiuncto sibi certo numero collegarum[6] ipse presbiter aut convictus dampnetur aut, si innocens[f] repertus fuerit, causa eius canonice terminetur, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosus.

(2)* Porro[g] de illis presbiteris, qui tempore sanctissimi praedecessoris[h] nostri domini[i] pape Nicolai[7] excommunicati sacrum ministerium[k] contingere presumpserunt[l],

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Ut excommunicatus ante examen non communicet statuta misericorditer poenitentia his qui aliter fecerint. Ioannes VIII. clero et ordini Salernitano. *In D[1]:* Quae sit poenitentia sacerdotum, qui excommunicati sacrum mysterium contingere praesumunt. Ioannes VIII. clero et ordini Salernitano. *In G:* Iohannes VIII. clero et ordini Salonitano scribens diffinit dicens. Que sit penitencia sacerdotum, qui excommunicati sacrum ministerium presumunt.

33. a) *littera initialis deest A.* b) et quia *A.*

34. a) Cle . . . arel . . . . *A; sed cf. annot. *.* b) *littera initialis deest A.* c) auctoritate *repetit A.* d) *corr. ex* convictis *A.* e) sacro *A.* f) *corr. ex* ignocens, *dimidium litterae* g *eras., A.* g) *om. D, D[1], G.* h) decessoris *A.* i) donni *A.* k) misterium *A*, mysterium *D[1]*. l) presumserint *A.*

1) *De tempore huius epistolae cf. Ewald NA. V, 307 annot. 4.* 2) *I. e. Ludovico Germanico, cf. n. 32, p. 291, sed ad Ludovicum II. imperatorem hanc epistolam referri debere putat Ewald in JE. 2991, cf. etiam supra n. 32, p. 31 et infra n. 48, p. 302.* 3) *I. e. tempore quadragesimae, cf. n. 48.* 4) *Editorem Parisiensem ex quodam codice collectionis Ivonis hausisse, etiamsi duobus locis (cf. p. 292 annot. d, k) a vulgata versione editionum decreti Ivoniani discrepat, ex eo facile evincitur, quod in sequenti editionis Parisiensis numero 312 sequens caput decreti Ivoniani additur, cf. n. 37.* 5) *Cf. Dionysii Syn. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 20 (Migne LXVII, 190).* 6) *Cf. ibid.* 7) *I., 858—67.*

ipsi in se dampnacionis, sicut sancti[a] canones[1] statuunt[b], sentenciam[c] intulerunt[d]. Tamen quia miseracio apostolica veniam solet prestare correctis, ob multitudinem misericordię illis hanc indulgenciam exhibemus, ut sancta communione[e] saginati studeant tribus continuis annis[f] per epdomadam omni secunda[g] et sexta feria aut[h] a vino aut[i] a[k] cocto[k] penitus ieiunare et ultra lugenda nequaquam committere.

35.

Iohannes VIII. papa Burgredo regi Saxonum praecipit, ne sanctimoniales neve puellas de propria consanguinitate uxores duci contra Gregorii (1.) statutum sinat. (874.)

Coll. can.: A f. 128' ep. 33. — D lib. VII c. 130 (ed. Fronto p. 255).

Edd.: Mansi Conc. coll. X, 687 ex D ut bullam Iohannis IV. = Migne Patr. lat. LXXX, 607 n. 3. — Jaffé Reg. 2993 (1585 ut bullam Iohannis IV.).

BULGRED REGI SAXONUM[a]*[2].

[Q]uoniam[b], sicut audivimus, fornicationis in[c] vobis[c] peccatum maxime regnat, eo quod sanctimoniales et Deo iam[d] devotas feminas atque de propria consanguinitate homines regni vestri ultra sancti Gregorii statutum[3] novello tunc populo necessario mandatum uxores ducere presumant, quod nimirum[e] scelus graveque delictum his apostolatus nostri[f] litteris omnes, qui sub iure vestro[g] existunt tam laicos quam etiam[h] clericos amodo et deinceps cavere ac propriam factis[i] poenitenciam digne[k] peragere et ultra talia numquam committere monemus hortamur atque precipimus. Quodsi vobis hoc impium malum[l] emendare fortasse grave videtur, pro quo talia sustinetis adversa, nostrę paternitati vestris innotescite[m] litteris[4], ut apostolicę sedis eos, qui tali nefario[n] operi[o] enerviter subiacent[p], corripiamus et modis omnibus arguamus[q] decretis.

36.

Iohannes VIII. papa Angliae episcopos et clericos monet, ut ad exemplum procerum eorum tunc Romae degentium laicalem habitum deponentes vestimenta secundum Romanum morem induant. (873—75 c. Sept. 1?)[5]

Coll. can.: B lib. II c. 90 (74) (ed. Martinucci p. 202; Wolf v. Glanvell p. 225).

Edd.: Baluze Miscellanea I², 400 e cod. Rivipullen. (ut bullam Iohannis VII.) = Mansi Conc. coll. XII, 165 = Migne Patr. lat. LXXXIX, 63 = Haddan and Stubbs 'Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland' III, 264 n. 5 (ut bullam Iohannis VI. ad a. 704?). — Reg.: Jaffé-Ewald Reg. 2995 (2145 [1647] ut bullam Iohannis VII. ad a. 705—707).

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quod maior sit incoestus sanctimonialium quam adulterium. Ioannes quartus Bulcredo regi Saxonum.

a) *om. G*, sacri *D*¹. b) statuerunt *D*. c) ita *add. D*¹. d) incurrerunt *Conc. t. XXIV*. e) comunione *A*. f) annis continuis *G*. g) et quarta *add. D*¹. h) *om. D, G*. i) et *G*. k) aceto *D*, a cibo *Conc. t. XXIV*, a carne *D*¹, *G*, aut acceto aut a vino *A*; *cf. supra n. 313, p. 272 l. 4.*

35. a) Saxorum *A*. b) *littera initialis deest A*. c) *om. A*. d) *om. A*. e) quod *repetit A*. f) nostris *A*, *corr. Bishop*. g) nostro *A*. h) *om. D*. i) de factis *D*. k) dignam *D*. l) *om. D*. m) ignotescite *A*. n) nefando *D*. o) opere *A*. p) iacent *A*. q) aggravemus *D (nonnulli codd.)*.

1) *Cf. Dionysii Syn. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 29 (Migne LXVII, 192).* 2) *Regni Merciorum, 852—74.* 3) *C. 5 ap. Bedae Hist. eccl. lib. I c. 27 (ed. MG. Epp. II, 335), quod transiit in quamplures collectiones canonum (cf. Epp. l. l. p. 331—32 annot.). Cf. supra p. 72 annot. 1.* 4) *Burgredum regem a Danis expulsum ipso hoc anno 874 Romam venisse ibique diem extremum clausisse testatur Asserius De rebus gestis Aelfredi (ed. Mon. hist. Brit. I, 478).* 5) *De tempore huius epistolae cf. Ewald NA. V, 320.*

*IOHANNES EPISCOPUS REVERENTISSIMIS[a] ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ADELFREDO CANTUARIORUM[1] ET UULFREDO EBURACI[a][2] ARCHIEPISCOPIS SEU[b] OMNIBUS EPISCOPIS[b] PRESBITERIS ET[c] DIACONIBUS ET UNIVERSIS CLERICIS PER ANGLORUM PATRIAM CONSTITUTIS.

Inter[d] cętera[d]. Congregatis itaque[e] omnibus Anglorum proceribus, qui tunc ad beatum Petrum degebant apostolum[3], post alterutrarum partium congruas ratiocinationes[f] apostolicę sententia usque adeo sedis prevaluit, ut voluntarię omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis sancti Gregorii[4] laicalem et sinuosum set et curtum[g] habitum deponentes talares tunicas secundum Romanum morem induerent. Huius rei gratia, quia et vos pari modo in sanctę ęcclesię nostrę corpore veluti propria membra complectimus[h], pro deponendis laicalibus vestimentis et resumendis[i] clericalibus infulis secundum Romanę[k] ęcclesiae morem auctoritate apostolica monemus.

37.

Iohannes VIII. papa Michaelem regem Bulgarorum monet, ne episcopos a Graecis in Bulgariam missos recipiat. *(874—75 in.)*

Coll. can.: A f. 129 ep. 34.
2: D lib. XIV c. 36 (ed. Fronto p. 383). — D[1] lib. V c. 105 (ed. Migne CLXI, 1234).

Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 357 n. 312 ex D = Mansi Conc. coll. XVII, 225 n. 312. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 216 n. 8 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 308 n. 34. Jaffé-Ewald Reg. 2996.

⟨IOHANNES VIII. MICAHELI⟩[a][5].

cf. Matth. 16, 18. (1) [S]i[b] ergo super apostoli Petri constanciam Christus aedificavit aecclesiam, constat omnino, quia, qui ab eius unitate discesserit, regni celestis ianuam non intrabit. Ipse etenim iuxta veridicam predecessoris nostri sentenciam[6] in sede sua specialiter vivit et presidet et per successorum suorum organa per totius mundi latitudinem pro meritorum ordine ligacionis aut absolucionis sentencias perpetualiter moderatur, nec habet in singularitatis privilegio socium, quem apostolorum principem omnis aecclesie Dei universitas cum suo coapostolo confitetur. Annon, karissimi filii[c], vestris modo temporibus, ut vetera transeamus[d], hec sancta ęcclesia Photium repulit et Ignacium restauravit[7]? Numquid non viderunt oculi vestri et aures vestrę audierunt iudicium ab apostolica sede prolatum ab omnibus patriarcharum sedibus inconvertibiliter esse susceptum? Quodsi solutionis Ignacii [iudicium][e] ab apostolica, ut diximus, sede prolatum a nemine refutari potuit, constat, quia et obligacionis sententia ab eadem sede apostolica promulgata resolvi minime prevalebit. Sub ea enim condicione Ignatius a nostris predecessoribus solutus est, ut, si per Bulgariam, quod neque Photius ille temptaverat, aliquid[f] contra iura apostolica temptavisset, sub pristine dampnacionis sue sentencia nichilominus permaneret[8]. Aut ergo in Bulgariam contra institucionem sedis apostolice

---

*) *Lemma in B:* Ex registro VIII Iohannis. *Bal.:* Ioannis papae VII epistola ad Anglos.

36. a) reverentissimis — Eburaci *om. Bal.* b) seu — episcopis *om. Bal.* c) *om. Bal.* d) *om. Bal.* e) *om. Bal.* f) -nes *corr. ex* -nis *B.* g) cunctum *Bal.* h) amplectimur *Bal.* i) sumendis *Bal.* k) R. *B.*
37. a) Micaheli Iohannes VIII. *A. (spatio relicto).* b) *littera initialis deest A.* c) *sic A.* d) tnseamus *A.* e) *om. A.* f) aliq *A.*

1) *'Canterbury', 870—89.* 2) *'York', 854—93.* 3) *Hoc fortasse tunc accidit, cum Burgred rex Romam venit, cf. n. 35, p. 293 annot. 4.* 4) *I. e. d. 11. Martii.* 5) *Regi Bulgarorum, cf. n. 7, p. 277.* 6) *Nicolai I. responsa ad consulta Bulgarorum c. 106 (ed. MG. Epp. VI, 599), Reg. Jaffé 2812 (2123).* 7) *In synodo Romana a. 863.* 8) *Sed Ignatius solutus est, antequam quaestio de Bulgarorum subiectione in fine synodi Constantinopolitanae a. 870 (cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV², 427 sq.) surrexit, cf. etiam Hadriani II. epist. a. 871 Nov. 10, Jaffé Reg. 2943 (2236).*

nil temptans vere solutus est, aut, si temptaverit, pristinis utique laqueis inretitus est. Hinc est, quod sedes apostolica eos, qui vobis a Grecis directi sunt, in episcoporum numero minime recipit, quinimmo in depositionem illorum eosque mittentium anathema dicere, nisi resipuerint, cito disponit, ut, qui salubribus adquiescere monitis differunt, non esse, quod dicuntur, episcopi veraciter videantur.

(2) Item*. Si enim[a] ab his, quos excommunicatos habemus[b], sacramenta quecumque suscipitis[c], constat, quia ydolatriam[d] non[e], ut catholici essetis[f], sed ut scismatici[g] efficeremini, reliquisse[h] videmini.

38.

Iohannes VIII. papa omnibus fidelibus (in Slavorum partibus constitutis) Iohannem (Venetum) presbyterum a ministerio propter Domagoi ducis perfidiam cessantem restituendum remittit. *(874—75 in.)*

Coll. can.: A f. 129' ep. 35

Edd.: Ewald NA. V, 308 n. 35 ex A. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 217 n. 9 ex A. — Jaffé Reg. 2997.

IOHANNES OMNIBUS FIDELI[BUS][1].

[S]ciat[a] igitur vestra unanimis in Christo dilectio, quia presens Iohannes religiosus presbiter[2] sedem[b] apostolicam adiens retulit pontificio nostro, quod, dum quidam de conspiratoribus contra suum seniorem, Domagoi[3] videlicet[c] ducem Sclavorum, apud eum post detectionem criminis fecisset confugium, innotescens scilicet[d] isti, qualiter eundem ducem perimere cum aliis meditatus esset, hic pro fidelitate sui senioris, iamdicti videlicet Domagoi ducis, et causam[e] seniori propalare et hunc de reatu excusare aput eum pro ipso intercedendo speraverit, ad eundem seniorem suum accedens rogaverit, ut ei vitam[f] concedere dignaretur. Ille vero, sicut hic asseruit, vitam ei concessit, sed postmodum, cum hic ipse presbiter iamdicti sui senioris serviciis occupatus esset, in istius absencia prefatus dux oblitus promissionis suae ipsum hominem perimi iussit et vitam, quam primum concesserat, abstulit. Huius rei gratia sepedicto presbitero ab officio suo ultro cessante, postquam nobis causam huiuscemodi propalavit[g], decrevimus illum, si ita est et conscientia eius super hoc minime illum reprehendit, pristino officio et ministerio liberius uti et verbum predicationis in populo iuxta morem sacerdotis in omnibus exercere. Unde[h] communione nostra saginatum fuisse vestra[i] unanimitas non ignoret, quem, si aliter se res non habuerit, et vestrę communionis habere socium et gradus sui officio deditum[k], quantum putamus, incunctanter retinere potestis.

39.

Iohannes VIII. papa Domagoi (ducem Chrobatorum) monet, ut insidiantes contra vitam suam exilio potius quam morte castiget, et latrunculos marinos, qui nomine eius abutantur, reprimat. *(874—75 in.)*

*) *Lemma et superscriptio in D:* Ut nullus ecclesiae sacramenta ab excommunicatis accipiat. Ioannes VIII. Michaeli regi Bulgarorum. *Lemma in D¹:* Schismatici sunt, qui ab excommunicatis sacramenta accipiunt.

a) *om. D, D¹.* b) habebamus *D*, habeamus *D¹.* c) accipitis *D¹.* d) idololatriam *D, D¹.* e) non ydolatriam *A.* f) caeteri *D¹.* g) scismathici *A.* h) dereliquisse *D¹.*

38. a) *littera initialis deest A.* b) sedens *A.* c) videlicet *A.* d) sclicet *A.* e) causa *A.* f) vita *A.* g) v *corr. ex* b *A.* h) eum *suppl. Bishop.* i) vestra fuisse *A.* k) *legendum esse videtur* deiectum *aut* destitutum.

1) *Scil. per Slavorum partes constitutis.* 2) *Venetus, qui a. 874 legatus ad Ludovicum regem pro pace cum Sventopulco facienda e Moravia ad villam Forahheim venerat, cf. Ann. Fuld. ad a. 874 (ed. Kurze p. 83). Cf. etiam supra nn. 190, 192.* 3) *De quo cf. n. 9, p. 278 annot. 3.*

Coll. can.: A f. 130 ep. 36.
2: D lib. X c. 70 (ed. Fronto p. 323). — D[1] lib. VIII, 20 (ed. Migne CLXI, 1309). — G c. 12 C. XXIII qu. 8 (ed. Friedberg I, 955).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 243 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 939 n. 338. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 218 n. 10 (1) ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 309 n. 36. Jaffé Reg. 2998 (2585).

DOMAGOI[1].

(1) [S]i[a] vero, quod absit, contra vitam tuam insidiantes[2] reppereris, non mortis, sed temporalis exilii eos[b] religacione castiga, quatinus, dum eis propter Deum pepereeris, quos ipse tibi tradiderit, ille te ab eis illesum custodiat, qui pro salute omnium crucis supplicium minime refutavit.

(2)* Preterea[c] devocionis tue studium exhortamur[d], ut contra marinos latrunculos, qui sub pretextu tui nominis in Christicolas debacchantur[e], tanto vehementius accendatur[f], quanto illorum pravitate famam tui nominis offuscatam fuisse cognoscis: quoniam, licet credi possit, quod te nolente illi navigantibus insidientur[g], tamen[h], quia a te conprimi posse dicuntur, nisi eos conpresseris[i], innoxius non haberis[k]. Scriptum[l] quippe est[3]: 'Qui crimina, cum[m] potest emendare, non[n] corrigit, ipse committit.'

40.

Iohannes VIII. papa (Basilio I.) imperatori Graecorum queritur de Ignatio patriarcha, qui Bulgarorum diocesim ad Romanam sedem pertinentem, contra ius invaserit.
(874—75 in.)

Coll. can.: A f. 130 ep. 37.

Edd.: Ewald NA. V, 309 n. 37 ex A. — Miklosich et Racki in 'Starine' XII, 218 n. 11 ex A. — Reg.: Jaffé Reg. 2999.

(IOHANNES IMPERATORI GRECORUM)[a 4].

P[b]lurimorum relatu quedam de Ignacii Constantinopoleos patriarche fraternitate audivimus, que sacerdotalibus officiis congruere non agnoscuntur, que ideo credenda putamus, quia capud suum erigere contra sanctam apostolicam aecclesiam, a qua episcopatus sortitus est dignitatem, non dubitavit, cum contra omnium patrum prohibitus invadere ausu temerario presumpsit novam Bulgarorum gentem[5], beati Petri celestis regni clavigeri et Pauli gentium doctoris precibus divinitus illustratam et per apostolicae sedis legates ad fidem Christi conversam et sancto ablutam baptismate. Decuerat enim propriis
cf. Ps. 74,6. eum fore contentum limitibus[c] et non extollentię cornu aliena appetere et alienos terminos invadendo[d] diripere[e]. Verum quia hec aliis presumptionibus molitus est addere, necessario eum vocare duximus et apostolice sedi, cui auctore [Deo][f] presidemus, presentari sancimus, quatinus de his et aliis excessibus racionem reddere valeat.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quod crimina committit, qui non corrigit, cum possit. Ioannes VIII. Domagoi duci glorioso. *In D[1]:* Qui crimina, quae potest emendare, non corrigit, ipse committit. Ioannes VIII. Hermanno. *In G:* Qui crimina, que potest emendare, non corrigit, ipse committit. Item Iohannes VIII. Demago duci glorioso.

39. a) *littera initialis deest A.* b) eo *A.* c) Propterea *A.* d) exortamur *A.* e) debacantur *A.* f) accendaris *D[1], G.* g) insidiantur *D[1].* h) *om. D[1].* i) conpescueris eos *D[1]*, eos conpescueris *G.* k) habeberis *D[1], G.* l) Scriptu *A.* m) cum crimina *D[1]*, crimina que *G.* n) et non *D[1].*

40. a) Imperatori Gregorum Iohannes *A.* b) *littera initialis deest A.* c) liminibus *A.* d) in- *add. supra lineam A.* e) deripere *corr. ex* decipere *A.* f) *om. A.*

1) *Duci Chrobatorum, cf. n. 9, 38.* 2) *De his insidiis cf. n. 38, p. 295.* 3) *Haec in Sacra Scriptura non leguntur, sed cf. n. 52, 5, p. 305 l. 28.* 4) *Basilio I., cf. supra n. 69, p. 64 annot. 1.* 5) *Cf. n. 38.*

41.

Iohannes VIII. papa Ludovicum (III. iuniorem) et Karolum (III.) filios Ludovici (Germanici) monet, ut partes regni Lotharii (I.) imperatoris contra ius occupatas Ludovico (II.) imperatori reddant. *(874—75 in.)*

Coll. can.: A f. 130' ep. 38.

Ed.: Ewald NA. V, 310 n. 38 ex A. — Jaffé-Ewald Reg. 3000.

[LUDOVIC]O[1] ET KAROLO[a2] [FILIIS LU]DOVICI[3].

(1) [R]elatum[b] est nobis, quod quasdam sortes regni quondam dive memorie Lotharii imperatoris[4] inconvenienter retineatis[5] et vestro pro libitu contra omnem iusticiam disponatis. Ipsum siquidem regnum paterno atque fraterno iure piissimo et a Deo conservando domno Ludovico semper[c] augusto[6], quod et vos latere non credimus, multis modis debetur. Et vos quare terminos, quos posuerunt[d] patres vestri, transgrediamini contra fas retinendo, miramur. *cf. Prov. 22, 28.* An ignoratis, quod tam ipse Lotharius imperator[e7] et dilectus filius noster Ludovicus[8] genitor vester atque Karolus[9] reges inter se divisionem[10] fecerint, ut[f] sibi et filiis suis singulas metas ad invicem conservantes et amiciciam mutuam custodierint et nemo eorum fraternam sortem transiliret[g]? Quod non verbis sed etiam iuramento[11] sunt[h] tempore illo polliciti ipsumque iuramentum, ut removeri non posset, sedi apostolice, ut illa super hoc esset posteriori tempore testis et iudex, *cf. Ier. 29, 23.* unanimiter transmiserunt et non solum in archivo nostrę ecclesię nunc manet reconditum[12], verum etiam, ut validius robustiusque pactum ipsum iureiurando habitum permaneret, sinodica conventio diffinivit[i13]. Unde vel pudeat vos, immo perterreat[k], quod genitor vester Christianissimus rex simul cum illis iuraverit et nunc velitis, ut de amico Dei inimicus, quod absit, nomen Domini peierando constituatur. Verumtamen ille, qui[l] non est sue voluntatis, ab hoc nevo peccati erit fortassis immunis[14], vos vero[m] cavere oportet, ne moriamini in delicto isto et amittatis[n] flores vestre nobilissime iuventutis. Huius rei gratia monemus, hortamur, ut, quod[o] de prescripto regno tenetis, continuo deseratis, ab invasione illa cessetis et nullam ordinationem nullamque potestatem vobis vindicare conemini, quatinus idem serenissimus[p] imperator, que sua sunt, suo more dispenset et divinitus, iuxta quod placuerit[q] sibi, disponat. Sed et hoc interdicimus ac modis omnibus inhibemus, ut cum aliquibus hominibus pro diminucione iamfati regni domni[r] imperatoris pactum aliquod non ineatis.

---

41. a) Kar̄ *A.* b) *littera initialis deest A.* c) sep *A.* d) pusuerunt *A.* e) *corr. ex* Lotharii imperatoris *A.* f) et *A, corr. Bishop.* g) transilirent *A.* h) sit *A.* i) difinivit *A.* k) ptreat *A, corr. Bishop.* l) *an legendum est* quia? m) vere *A, corr. Bishop.* n) amitatis *A.* o) ꝙ *A.* p) serenisimus *A.* q) *corr. ex* placuit *A.* r) donni *A.*

1) *Iuniori.* 2) *III.* 3) *Germanici. Apud Ewald et iterum apud Mühlbacher Reg.² 1504 (1462) b haec epistola ad Ludovicum Germanicum et Karolum Calvum filios Ludovici Pii relata est, sed perperam, ut ipse contextus, ubi Ludovicus Germanicus* genitor vester *appellatur, patefacit (cf. l. 13); recte senserunt Loewenfeld in Jaffé Reg. II² Add. et Corr. p. 704, Dümmler I², 209 annot. 1, Lapôtre l. l. p. 230 annot. 3. Karolomannus, trium fratrum primogenitus, non laudatur, quia in divisione regni a. 865 (cf. Mühlbacher Reg. 1459 [1416] a) Baioariam nactus, partes regni Lotharii II. post divisionem apud Marsnam factam a. 870 (cf. ibid. 1480 [1437]) in altera divisione a. 872 (cf. ibid. 1490 [1448] c) non acceperat.* 4) *I., † 855.* 5) *Scil. eas, quae in divisione apud Marsnam facta ad orientalem Franciam et partim ad Ludovici iunioris, partim ad Karoli III. regna pervenerant.* 6) *II. imperatori, ut legitimo heredi Lotharii I. patris et Lotharii II. fratris.* 7) *I.* 8) *Germanicus.* 9) *Calvus.* 10) *Apud Viridunum a. 843 (Mühlbacher Reg.² 1103 [1069] a), cf. Dümmler l. l. I, 209 annot. 1.* 11) *Idem iuramentum laudatur in ep. Hadriani II. (JE. 2926) his similibus verbis:* quod nemo nostrum regni alterius metas invaderet, *cf. Mühlbacher l. l.* 12) *Sed ad nostra tempora non pervenit.* 13) *Haec sicut conservationem iuramenti in archivis Romanae ecclesiae in hac tantum epistola relatam, solus usque nunc Lapôtre l. l. p. 242 adnotavit.* 14) *Papa filios contra voluntatem patris egisse putare videtur (cf. annot. l), sed ipse Ludovicus divisiones cum Karolo Calvo fratre fecerat.*

(2) Item. Ne tacendo peiuris favere videamur, si, quod absit, pro contrarietate[a] regni domni[b] imperatoris cum aliquo homine pactum quodcumque pepigeritis et sortes ipsius regni minime reddere acquieveritis[c] aut in eis aliquam ordinacionem facere deinceps presumpseritis[d], sciatis vos auctoritate apostolica communione[e] ecclesiastica sicut con-
1. Reg. 15, 23. temptores[f] atque peiuros privatos, quia revera 'sicut peccatum ariolandi[g] est repugnare et crimen ydolatrie nolle adquiescere'. Unde necesse est, ut ferro excidantur vulnera, que fomentorum non senserint medicinam.

42.

Iohannes VIII. papa Bermundo (Ebredunensi) archiepiscopo scribit de (Audgario) episcopo (suffraganeo eius?), qui Romanam sedem appellans se presentaverit, nullum vero ibi accusatorem invenerit, restituendo, nisi iustae probentur accusationes.

(874—75 in.)

Coll. can.: A f. 131 ep. 39.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 30 n. 54 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 311 n. 39. Jaffé-Ewald Reg. 3001.

IOHANNES VIII.[a] BERM[UNDO][b] ARCHIEP[ISCOPO][1].

[D]e[c] prefato episcopo[2] significasti, ut, qui iam apud nostram apostolicam sedem utcumque est accusatus, nostre presentię cum suis accusatoribus audiendus presentaretur. Sed cum eodem episcopo presentato[d] nullum, qui eum accusaret, conspiceremus, quid aliud datur intelligi, nisi ut, qui subterfugere nostram presentiam voluerunt, ipsi sibi sunt[e], quod adversus iamdictum episcopum iustam querimoniam non habuerunt? Tamen, nisi utraque pars nobis fuerit presentata, quid interim deliberemus super hac causa, usque in finem minime patet.

Item. Interim tamen[f] iamdictus episcopus tam in honoribus quam et in rebus sibi commissę[g] ecclesię existat[h] illesus, quia, cum nemo ante[i] audientiam iudicari debeat, multa dicuntur illi contra iusticiam imponi incommoda, precipue cum ab infamis persone hominibus accusari non possit[3] et, postquam sedem apostolicam appellavit, alienis iudiciis submitti non debeat[k]. Quocirca volumus, ut ex omni parte lex et iusticia conservetur, quatinus nec iste a non idoneis personis accusetur iudicandus, nec de obiecto crimine contra iusticiam excusetur iustificandus. Potius autem iubemus, ut [tam][l] presbiterum, qui ei infestus Deo[m] contempto[n], pro dolor! extitit, quam Danielem et alios presbiteros, qui contra eum accusaciones dicuntur, quod non debent, ingerere, cum severitate convenias et, nisi resipuerint et a prava intentione recesserint, canonicis correctionibus subactos non immerito sancta communione usque ad nostram presentiam prives.

43.

Iohannes VIII. papa Bosoni comiti (Viennensi) mandat de Audgario episcopo ut supra n. 42; possessiones ab eo occupatas illi restitui iubet. *(874—75 in.)*

Coll. can.: A f. 131' ep. 40.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 31 n. 55 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 311 n. 40. Jaffé-Ewald Reg. 3002.

---

a) contrietate *A.* b) donni *A.* c) aquieveritis *A.* d) presuseritis *A.* e) comunione *A.* f) conteptores *A.* g) *corr. ex* aliolandi *A.*

42. a) VI. *A.* b) ƀmim[. . .] *A.* c) *littera initialis deest A.* d) p̄satato *A.* e) conscii *suppl. Bishop et Loewenfeld. An legendum est* sciunt? f) tam *A.* g) comissę *A.* h) -t *add. supra lineam A.* i) n *corr. ex* t *A.* k) *duae litterae del. ante* debeat *A.* l) *om. A, suppl. Bishop.* m) Deo Deo *A.* n) contepto *A.*

1) *Ebredunensi ('Embrun'); sedit inter a. 870 et 878.* 2) *Audgario (cf. n. 43), suffraganeo quodam, ut videtur, episcopo. Sed de seriebus suffraganeorum episcoporum Ebredunensis metropolis perpauca hoc tempore scimus.* 3) *Cf. Dionysii Coll. Synod. ap. Carthaginem c. 129 (ed. Migne LXVII, 222).*

[BOSO]NI[a] COMITI[1].

Audgarius[b] venerabilis episcopus[2] olim apud sedem apostolicam utcumque accusatus nostram presentiam adiens[c] de his, que ab accusatoribus suis sibi obici dicebantur, se[d] reddidit innocentem, videlicet quia nec accusatores illius iuxta sacros canones affuerunt, nec, si adessent, ab illis accusari posset, quod et servilis condicionis dicuntur obnoxii et infamię notari possunt reatu[3]. Nos enim hunc ante audientiam dampnari non[e] patimur, quia[f] unam partem sine altera iudicare non possumus nec debemus, sed interim moleste accipimus audientes tam in eum quam in res sibi commisse aecclesię multa inferri, precipue cum ignominiose tractetur et a sibi subiectis diverso modo laceratus existat, adeo ut a vilibus hominibus[g] non solum persone sue parentur insidię, verum etiam omnis episcopalis[h] dignitas subtrahatur. Qui[i] etsi iuste forsitan criminatur, non debet ante audienciam[k] nec honoribus nec rebus suis nudari, donec tam ipso accusato quam eius accusatoribus simul coram nobis aut, quia sedem nostram appellavit, coram missis nostris exhibitis legitimum[l] causa finem accipiat. Interim autem iubemus, ut omni honore et suorum dispositione[m] sine impedimento utatur, ut ecclesiasticam retinens potestatem nulla in aliquo[n] sustineat detrimenta, quia, cum nos nec eum de crimine excusare, nec de innocentia condempnare velimus, si ante audientiam male tractetur[o], tantum, ne deinceps fiat[p], interdicimus, quantum libraminis lance cuncta ponderare iubemur, non declinantes ad dexteram nec ad sinistram. Postremo diceris inter alia, ut non (cf. Num. 20, 17 etc.) solum ipsi episcopo[q] ad suum ministerium peragendum impedias, sed etiam[r], quas sue aecclesię Aribertus comes donaverat, occupatas retineas; quas iubemus continuo ipsi aecclesie reddere, ne[s] videaris quidem non zelo iusticie sed invidie et avaricie facibus accensus episcopi velle innocentiam maculare.

44.

Iohannes VIII. papa Mahen archiepiscopo (Dolensi) nuntiat se ordinationem quorundam monachorum Britannicorum rite actam iudicasse, licet ab Heclocaro abbate usurpatam.

(874—75 in.)

Cod.: A f. 132 n. 41. — [Cod. Turon. deperd.; cf. NA. XXXVI, 106 annot. 1, XXXVII, 581sq.]

Edd.: Martène Veterum script. et monument. nova collectio (Rotomagi 1700) p. 51 [M] inter 'Acta varia in causa Dolensis episcopatus ex archivis Turonensis ecclesiae', Martène et Durand Thesaurus novus anecdotorum III (Paris 1717) p. 867 [M¹] = Mabillon Ann. ord. s. Benedicti III, 683 n. 26 = Migne Patr. lat. CXXVI, 941 n. 342. — Reg.: Ewald NA. V, 311 n. 41 ex A. Jaffé Reg. 3003 (2589).

MAGNO ARCHIEPISCOPO[a]*.

Notum sit vobis, quomodo Resgaulon et Gorbili[b] cum aliis monachis corpora apostolorum visitarunt[c] nostraque in presentia venerunt. Postea de illorum ordinatione aliorum[d] necnon[d] monachorum per[e] ignorantiam ab Heclocaro abbate[f] accepta iudicamus[g],

---

*) Iohannes Romanae sedis episcopus dilecto atque praeclaro filio Maino archiepiscopo necnon et ceteris episcopis per Britanniam commanentibus salutem et apostolicam benedictionem *M, M¹*.

43. a) [...a?]ni *A*, *recte suppl. Ewald.* b) *littera initialis add. in marg. A.* c) adhens *A*. d) set *A*. e) n. *A*. f) ꝙ *A*. g) homibus *A*. h) epł *del. ante* episcopalis *A*. i) *corr. ex* qd̄ *A*. k) *corr. ex* audiencium *A*. l) legitimu *A*. m) disposione *A*. n) inliquo *A*, *corr. Bishop.* o) *corr. ex* tractatur *A*. p) sit *A*, *corr. Loewenfeld.* q) *corr. ex* ep̄i *A*. r) *excidit* res *aut simile quid A*. s) *add. supra lineam A.*

44. a) archep̄ *A*. b) Resgallon et Corvili *M, M¹*. c) visitare *A*. d) et aliorum *M, M¹*. e) et *A*. f) cibate *A*. g) iudicavimus *M, M¹*.

1) *Viennensi, cf. supra n. 1, p. 1 annot. 1.* 2) *Cf. n. 42 eiusdem in pluribus tenoris.* 3) *Cf. Dionysii Coll. Synod. ap. Carthaginem c. 129 (ed. Migne LXVII, 222).*

ut, etsi[a] ille[b] indigne usurpaverit[c], qui a nemine illius officii ordinationem[d] minime acceperit, istis tamen sit[e] perfecta[f] ordinatio, quia mali possunt bona bene ministrare[g][1], cum sibi[h] sint nequam. Ille vero amplius[i] neminem ordinet[k], quousque sit[l] sui contagii[l] nodo[m] solutus, adeo[n] de cetero suam procurans[o] regulam, ut fratres ac filios[p] alacriter omni[q] occasione postposita in suo monasterio suscipiat[r] ac deinceps bonum erga se[s] studium suosque subiectos faciat[t], ne[u] sator zizaniorum[u] sui gregis sit[v] partitor[w] et[x] ne nostris iterum[x] auribus de illo[y] proclametur, [et][z], ut regula rite[a] iudicabit, de[b] eis peragat[b]*.

45.

Iohannes VIII. papa Sigebodo Narbonensi archiepiscopo committit causam presbyteri cuiusdam, qui sedem apostolicam appellaverat, cum sex episcopis diffiniendam.

(874—75 in.)

Coll. can.: A f. 132' ep. 42. — D lib. X c. 26 (ed. Fronto p. 317).

Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 383 ex D = Mansi Conc. coll. XVII, 241 = Migne Patr. lat. CXXVI, 940 n. 340. — Reg.: Ewald NA. V, 312 n. 42. Jaffé Reg. 3004 (2587).

SIGIBOD[O][a] NARBO[NENSI] ARCH[IEPISCOPO]**[2].

[P]resentium[b] litterarum gerulus sedi apostolice presentatus se presbiterum esse querula et lamentabili voce perhibuit et a sanctitati tue subiectae dyoceseos episcopis ab officio presbiteratus suspensum et aliis quibusdam epitimiis[3] usque ad speciale[c] iudicium nostrum submissum, pro eo quod, inquid, facto tumultu quidam se adprehensum et a[d] terra brachiis sublevatum in fratrem proprium[e] adeo[f] forti iactaverit impetu, ut idem germanus suus tanti corporis[g] mole impulsus in terram ruerit et prostratus atque oppressus vitę flatum violenter amiserit. Denique illi reverendi antistites, cum sibi, ut iste retulit, res in dubium veniret, utrum[h] commisso sibi dudum carere necne penitus debuisset officio, non ipsi hanc deliberare, sed nostro decerni et diffiniri voluerunt iudicio[i]. Sed tunc hoc solempniter agerent, si primum ipsi plenario et ex canonibus[4] in causa presbiteri delegato iudicio, quatuor deputatis ex venerandis decretis et legibus personis presentibus hanc ventilassent et subtili examine discussissent et[k] ita facta scripto relacione, si quid dubium sibi seu difficile ingessisse videretur, nostrum super hoc more prisco decretum exposcerent. At ubi nobis et persona relatoris incognita et nullo episcoporum scripto commendaticio[l] approbata est et rursus, ubi nulla est[m] accusatoris obiectio nec accusati reatus confessio nec fidelium comprobatio testium, nos nec illius

---

*) VII in libro IV epistola 4 *add. M[1]. — Haec nota (quae tamen deest in M) ad registrum forte referenda est, sicut aliae in prioribus Nicolai I. epistolis (cf. Epp. VI, 647 l. 5—6), sed nihil valet ad tempus, quo epistola scripta sit, statuendum, ut perperam disserui in NA. XXXVI, 106 annot. 1.*

**) *Lemma et superscriptio in D:* De examinanda causa cuiusdam presbyteri. Iohannes VIII. Sigigodo Narbonensi episcopo.

a) si *M, M[1].* b) ipse *M, M[1].* c) usurpavit *M, M[1].* d) ordinatore *M, M[1].* e) *om. A.* f) sit perfecta *om. M, spatio relicto.* g) ministrare bona bene *A.* h) *om. M, M[1].* i) plus *A.* k) ordinans *A.* l) sit — contagii *om. M, spatio relicto.* m) nodis *M, M[1].* n) hos suademus *M, M[1].* o) procurantes *M, M[1].* p) filiis *M, M[1].* q) qm̄ *A.* r) recipiant *M,* recipiat *M[1].* s) suum *A.* t) faciens *A.* u) ut . . . iorum *M.* v) *om. A.* w) sparsor *M, M[1].* x) et iterum plus *A.* y) *om. A.* z) *om. A, M, M[1].* a) regulariter *A.* b) de — peragat *om. M,* satis peragat *A.*

45. a) Sigigod. *A.* b) *littera initialis deest A.* c) spāle, -ci- *add. in marg. al. man. A.* d) *om. A.* e) proprium fratrem *D.* f) *om. D.* g) operis *D.* h) trum *A.* i) iudicio voluerunt *D.* k) ut *D.* l) commendatio *A, D.* m) *om. A.*

1) *Cf. Anastasii II. epist. ad Anastasium imp. c. 8 (ed. Thiel Epist. Rom. pont. I, 622), Jaffé Reg. 744 (464).* 2) *Cf. supra nn. 97, 197.* 3) *I. e. poenis, cf. Du Cange Gloss. s. v.* 4) *Cf. Dionysii Synod. ap. Carthaginem (q. v. Cod. can. eccl. Africanae) c. 20 (ed. Migne LXVII, 190).*

solius narrationi creduli esse[a] possumus, nec rursus in eum diffinitivam[b] dampnacionis sententiam proferre valemus. Ergo saltem nunc fraternitas tua metropolitani iure potita[c] ex episcopis sub se degentium[d] vel vicinorum sex una cum episcopo, cuius est iste parroechię, sibi sociatis[e 1] tantum negotium subtili ventilet discussionis ventilabro et invento, quod iustum est, canonice decernat et communi fratrum censura diffiniat.

46.

Iohannes VIII. papa Ludovico II. imperatori nuntiat de morte cuiusdam, qui ad instar Michaelis imperatoris Graecorum legationem apostolicam respuerit et excommunicationem contempserit. *(874—75 in.)*

Coll. can.: A f. 132' ep. 43.
fragm. (l. 17—22): B lib. IV c. 178 (102) (ed. Martinucci p. 417; Wolf v. Glanvell p. 485).
Ed.: Loewenfeld Epist. p. 32 n. 56 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 312 n. 43. Jaffé-Ewald Reg. 3005.

[L]UDOVICO IMPERATORI.

[M]ortuus[a] est[2], qui et prius nec dura synodalis excommunicationis verbera sensit et nunc apostolice sedis vitę pocula instar aspidis surdę et obturantis aures suas nec exaudientis voces incantantium[b] predicantium recipere recusavit, quin potius nova excogitavit et nostris temporibus inaudita, dum scilicet beati Petri legationem respuit et indignam suis obtutibus iudicavit*, Michaelem[c] dumtaxat[d] Grecorum imperatorem[e 3] secutus[f], qui similiter[f] apostolice sedis missos Constantinopolim destinatos[4] non recipiendo etiam paganorum excessit tirannidem. Sed licet ipse tante sedis suscipere parvipenderit viros[5], tamen sancte memorie Nicolaus tunc papa predecessor noster ad eum[g] iterato mittere [non][h] distulit[6], nec divina vindicta tante sedis contemptum[i] diutius inultum[k] dimittere pertulit, quem scilicet[l] amara gladii morte ab emulis trucidari permisit[m 7]. Quia igitur homo iste tam audax et temerarius predictum imperatorem in tante novitatis presumptione[n] sectatus est, debet profecto ei et in pena quoque etsi forte non corporalis, saltem spiritalis mortis effici[o] similis, cuius videlicet est nequam imitatus exemplum. Non ergo differemus nec utique omittemus[p] condignam tante inpudentię inferre vindictam, sed congruo tempore nec dilato, sacro celebrato conventu facile previdebimus, quod et quale tanto vulneri resecando sit cauterium adhibendum, ut scilicet iuxta sancti patris Augustini[8] magisterium novis morborum generibus nova reperiantur et medicine remedia. Qui cum digna pro factis receperit et aput nos tantus tirannus et violentus fuerit habitus iustaque percussione punitus, diffamabimus hunc apud Constantinopolitanum

(cf. Ps. 57, 5–6.)

---

*) *Superscriptio in B:* Iohannes episcopus Hludouuico imperatori inter cętera.

a) ee *A.* b) -vam *corr. ex* -vum *A.* c) posita *A, D.* d) sede gentium *A.* e) socians *D.*
46. a) *littera initialis deest A.* b) -tan- *corr. ex* -tun- *A.* c) Michahel *B.* d) quon . . . dam *B.* e) imperator *B.* f) secutus — similiter *om. B.* g) *om. B.* h) *om. A, B, suppl. Bishop.* i) contemptu *B.* k) multum *A.* l) si licet *B.* m) *hic explicit B.* n) p̄suptione *A.* o) aeffici *A.* p) omitemus *A.*

1) *Cf. Dionysii Coll. Synod. ap. Carthaginem c. 20 (ed. Migne LXVII, 190).* 2) *Quis hic et infra l. 23 significetur, non satis lucide patet. Ewald perperam Degivilem (cf. n. 4, p. 275), Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 229 Sergium Neapolitanum ducem autumat.* 3) *III., 842—67.* 4) *Donatum Ostiensem episcopum, Leonem presbyterum, Marinum diaconum a. 866 Nov. Roma proficiscentes.* 5) *Quibus introitus finium imperii interdictus est, cf. Hefele 'Conciliengesch.' IV², 354.* 6) *Nicolaus I., cum paulo ante mortem suam legationem ad Bulgaros destinaret, Formosum Portuensem et Dominicum Polimartiensem episcopos inde iterum Constantinopolim proficisci statuerat (cf. vitam Nicolai, Lib. pont. ed. Duchesne II, 165); sed legatio nonnisi post mortem eius iter arripuit; cf. Hefele l. l. p. 356.* 7) *Michael d. 23. Sept. 867 a militibus Basilii, qui ei successit, occisus est.* 8) *Haec verba Augustini frustra quaesivi.*

et cetera patriarchia et divulgabimus et, quam sit sevus et impius, nunciabimus, ut scilicet post dampnacionem universalis aecclesie toto orbe talis habeatur et teneatur, qualis apud ecclesiam nostram habetur et retinetur.

47.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici queritur de non receptis a Karolo (Calvo rege) missis apostolicis; missum Karoli se minus honorifice recepturum esse nuntiat.
(874—75 in.)

Coll. can.: A f. 133 ep. 44.

Ed.: Ewald NA. V, 312 n. 44. — Jaffé-Ewald Reg. 3006.

ANGELBERG[AE] AUG[USTAE].

(1) [P]rofecto[a] non ignorat vestra sollercia, karissima filia, qualiter nos domnus[b] filius noster semper augustus invictissimus imperator[1] hortatus sit, ut super contemptu beati Petri apostolorum principis in non receptis, sed circumseptis a Karolo[2] missis ipsius tractatu habito invenire studeremus, quid oporteat fieri, ne scilicet novum quid exiliat, quod novum tyranni genus excogitare non timuit.

(2) Item. Quicumque venerit missus a Karolo, [c]nec ecclesia aperiatur, nec communio prebeatur, nec osculum porrigatur, nec aliquod sedile iuxta morem paretur,
cf. 2.Io. 10. sed nec Ave illi secundum apostolica precepta dicatur. Recipiatur tamen a nobis et audiatur et, si epistolam detulit, admittatur, sed et scriptum illi monita et increpaciones continens[d] tribuatur. Duo missi vestri primo quidem nos hic ob reverentiam beati Petri honorifice secundum morem priscum excipiant et deinde nobiscum in remota comitantes iter nostrum[3] expeditum et congruum reddant et pravorum insidiis immune constituant.

48.

Iohannes VIII. papa Ludovico ramos palmarum secundum morem mittit.
(875 Feb. ex.)

Coll. can.: A f. 133' ep. 45.

Ed.: Ewald NA. V, 312 n. 45. — Jaffé-Ewald Reg. 3007.

LUDOVICO[4].

Vobis[a] per hunc[b] quadragesimalem cursum quasi per quendam recti tramitis agonem paschali iam sacrosancte sollempnitati[5] proximantibus secundum morem pristinum cum salutacionis et visitacionis officiis palmarum ramos per ministerium nostrum a sede apostolorum principum vestre triumphali dextere destinatos suscipere libenti, quesumus[c], mente dignemini, ut victrix manus vestra nitentium quoque[d] palmarum pulcro decore ornanda consistat, quatinus, que certaminum trophea interius ab invisibilibus hostibus sumpseritis[e], per huiusmodi florida virtutum forinsecus prodantur insignia.

---

47. a) *littera initialis deest A.* b) donnus *A.* c) ei *suppl. Ewald.* d) illi *repetit A.*

48. a) *littera initialis add. in marg. al. man. A.* b) huius *A.* c) $\overline{qs}$ *A.* d) $\overline{q}$que *A.* e) supseritis *A.*

1) *Ludovicus II. coniux eius.* 2) *Calvo, ut videtur (cf. Mühlbacher Reg.*^{2} *1588 [1546] a), non Karolo III. filio Ludovici Germanici, ut habent Ewald (JE. 3006) et Lapôtre l. l. I, 230 annot. 4. — Aliae notitiae de hac legatione omnino desunt.* 3) *De hoc itinere similiter aliae notitiae desunt, cf. n. 49, p. 303 annot. 1.* 4) *II. imperatori, ut videtur (cf. supra n. 32, p. 31 et n. 33, p. 292), non regi Germanico, ut habet Ewald in NA. V, 312 annot. 3.* 5) *D. 27. Martii.*

49.

Iohannes VIII. papa (Ludovico II.) imperatori et (Angilbergae) imperatrici nuntiat de victoria a Sarracenis reportata, auxilium expetit. *(875.)*

Coll. can.: A f. 133' ep. 46. — D lib. X c. 71 (ed. Fronto p. 334).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 243 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 939 n. 334. — Reg.: Ewald NA. V, 313 n. 46. Jaffé Reg. 3008 (2581).

[IM]PERATORI [ET IM]PERATRICI[a] *).

[C]um[b] reversi fuissemus[1], omnia littora nostra depredata, etiam et in Fundis et in[c] Terracina[d] velut in domo propria multos Sarracenos invenimus residere; pro quibus non plus quam quinque diebus in Urbe manentes, quamvis corporis non modica detineremur molestia, exivimus cum fidelibus nostris, quorum Deo[e] adiuvante cepimus[f] naves decem[g] et octo[g] [2]. Sarraceni autem[h] multi occisi sunt, captivos autem fere sexcentos liberavimus. Ideo vobis venientibus necesse valde est, ut talis in littoribus marinis fortitudo virorum remaneat, quorum virtute nostra omnia salva consistant et ea, que nondum[i] depredata sunt loca, non depredentur[k].

50.

Iohannes VIII. papa Andreae Florentino episcopo praecipit, ut Luponem presbyterum, qui apostolicam sedem appellaverat, liberum abire dimittat. *(875.)*

Coll. can.: A f. 134 ep. 47.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 33 n. 57 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 313 n. 47. Jaffé-Ewald Reg. 3009. Kehr Italia pontificia III, 7 n. 2.

ANDREE EPISCOPO FLORE[NTINO].

Presbiterum[a] autem Luponem nomine, quem sanctam sedem appellantem adprehendere[b] et includere pervicaciter contra sacrum canonem presumpsisti, abire liberum dimitte, sciens, quia, si quis non[c] obedierit[d] salubribus apostolicis monitibus, obedire cogebitur[e] asperioribus canonicis institutis.

51.

Iohannes VIII. papa (Cenmenoco) Venetensi episcopo respondet de sacerdote, qui homicidium fecerit, destituendo; queritur de epistola eius minus reverenter scripta. *(875.)*

Coll. can.: A f. 134 ep. 48.

1: D lib. VI c. 114 (ed. Fronto p. 206) [D[a]] et lib. X c. 51 (ed. Fronto p. 320) [D[b]]. — D[1] lib. III c. 153 (ed. Migne CLXI, 1167). — E f. 89, lib. I, 63 n. 6. — G c. 4 D. 50 (ed. Friedberg I, 178).

Edd.: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 382 ex G = Mansi Conc. coll. XVII, 241 = Migne Patr. lat. CXXVI, 941 n. 341. — Loewenfeld Epist. p. 33 n. 58 (2) ex A. — Jaffé Reg. 3010 (2588).

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quomodo Iohannes papa Sarracenis restiterit. Iohannes VIII. imperatori et imperatrici.

49. a) imperatrice *A.* b) *littera initialis deest A.* c) *om. A.* d) Terracena *A.* e) domino *D.* f) coepimus *D.* g) octodecim *D.* h) vero *D.* i) necdum *D.* k) praedentur *D.*

50. a) *littera initialis add. in marg. al. man. A.* b) adp̄hedere *A.* c) *add. supra lineam A.* d) obediret, e *add. supra* i *A.* e) *sic A.*

1) *Ab itinere, ut videtur, quod in ep. n. 47 (p. 302 l. 21) laudatur.* 2) *Hanc victoriam (cf. etiam Iohannis diac. Vitam Gregorii I. lib. IV c. 97) ad finem a. 874 refert Dümmler l. l. III², 25 annot. 2 recte contra Gregorovium 'Gesch. d. Stadt Rom' III, 193 annot. 1, qui eam a. 877 tribuit.*

VENETENSI[a] EPISCOPO*[1].

(1) [M]iror[b] minus doctam scientiam[c] tuam sacerdotem[d] putare[e] post[f] perpetratum[g] homicidium posse in sacerdotio[h] ministrare, immo, quod est ineptius[i], nobis suadere velle, ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum. Quis enim tam demens[k] tamque perversi sensus tale quid existimaret[l] vel post quantamcumque[m] penitentiam concedendum, cum omni[n] sit canonice discipline[2] contrarium? Debet ergo sacerdotio privatus lacrimarum fonte flagicium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus salutis possit invenire suffragium.

(2) De cetero relegentes epistolę tuę textum solitam a predecessoribus tuis sedi apostolice, cui divina gratia presumus, exhibuisse te reverentiam non invenimus, nec honorem debitum et ab omnibus Christum colentibus beato Petro scriptis semper oblatum litteris tuis te optulisse minime deprehendimus. Quapropter omnipotentis Dei beatorumque apostolorum Petri et Pauli auctoritate tibi precipimus, ut utiles ad nos tuos dirigas missos, qui de tanta presumptione atque audacia idoneam valeant racionem reddere et dignam pro te satisfactionem coram apostolatus nostri presentia demonstrare.

52.

Iohannes VIII. papa Ludovico (II.) imperatori exponit de annuo apud Romanos magistratu, de locis ex Romanis legibus haustis et aliis quibusdam rebus. *(875.)*

Coll. can.: 1. 2. 3. 6: B lib. IV c. 179. 180 (103) (ed. Martinucci p. 417; Wolf v. Glanvell p. 485).
1 (fragm.). 2. 3. 4: F f. 99.
4: D lib. IV c. 230 (ed. Fronto p. 132) [D[a]*]. — E f. 89, lib. I, 63 n. 7 [E*[a]*]. — G c. 10 D. 10 (ed. Friedberg I, 22) [G*[a]*].*
4. 5: A f. 134 ep. 49. — D lib. VI c. 115 (ed. Fronto p. 207) [D[b]*].*
5: E f. 89, lib. I, 63 n. 8 [E[b]*]. — G c. 3 D. 86 (ed. Friedberg I, 298) [G*[b]*].*

Edd.: Migne Patr. lat. CXXVI, 655 n. 8 ex D[b]*. — v. Pflugk-Harttung Acta pontif. II, 34 n. 70 ex F. — Mommsen in proleg. Cod. Theodosiani I (1905) p. LXII ex B, F. — Reg.: v. Pflugk-Harttung Iter ital. p. 179 n. 55. Jaffé Reg. 3011 (2250).*

I[OHANNES] EPISCOPUS HLUDOUUICO IMPERATORI.

(1) Inter cętera. Siquidem Ciceronis[3] est illa multis experimentis iam probata sententia, quia, sicut posteriores principes rem familiarem sive domesticam melius rexisse probatur et lautius, sic nimirum antiquiores r[em] p[ublicam][a] melioribus gubernaverunt et institutis et legibus. Hinc est quod** antiqua consuetudo legibus adiuvata semper

---

*) *Lemma et superscriptio in D*[a]*:* Quod sacerdos homicida non potest in sacerdotio permanere. Ioannes VIII. Cennemoco episcopo Venetiensi. *In D*[b]*:* Ut presbyter homicida sacerdotio careat. Ioannes octavus Cennomoco Venetiensi episcopo. *In D*[1]*:* Post patratum homicidium sacerdotale officium ministrare non potest. Ioannes VIII. Coenomantico episcopo Uticensi. *In E:* Idem Cennemoco Venneticensi episcopo. De sacerdote qui homicidium commiserit. *In G:* Post peractum homicidium sacerdotale offitium amministrari non potest. Item Iohannes VIII. Cenomantico Venetensi episcopo.

**) *Lemma et superscriptio in F:* Quod honor magistratus annualis esse debet. Iohannes episcopus Luduvico imperatori. Inter cetera.

51. a) Venetesi *A.* b) *littera initialis deest A.* c) sententiam *D*[b]. d) sacerdote *A.* e) putare sacerdotem *D*[1]. f) et post *G.* g) patratum *D*[1]. h) in sacerdotio posse *D*[1]. i) peius *D*[a]. k) clemens *D*[1]. l) aestimaret *D, F;* destinaret *D*[1]. m) quantacumque *A.* n) omnino *D*[a] *(Cod. Vict.).*

52. a) r[es] p[ublicę] *Wolf v. Glanvell;* Romani pontifices *Mart., Mommsen.*

1) *Hodie 'Vannes (Bretagne)', c. 875—c. 890.* 2) *Cf. e. g. can. apost. LXV (LXIV) (ed. Hefele 'Conciliengesch.' I, 820).* 3) *Cf. Tuscul. I, 1 § 2.*

optinuit, ut magistratus honor ultra annale spatium nulli penitus largiretur[a]. Quo completo legalis[b] successor admittitur[c] et prior iudex[d] L diebus intra provinciam remorari iubetur[1], donec, si qua distraxerat, possessoribus referantur, si qua vero predia suo nomini comparaverat vel si quas edes[e] tempore suę administrationis exstruxerat[f] [2], iuri r[ei] p[ublicę][g] vindicentur[h]. Hinc[i] est, quod usque ad vestrę serenitatis[k] magistratus annui tam in illis partibus permanserunt quam istis in partibus[3] apud nos hactenus[l] permanere probantur, ut videlicet alternantibus per alterna ducibus temporalia augeretur r[es] p[ublica][m] potius quam perhenni magistratibus in ius proprium redigatur[i].

(2) Et infra. Nam cum rerum possessio sive in decennium sive in vicennium sive in tricennium, ut[n] legis latores asserunt, excludatur vel confirmetur, cerne, piissime Christoque[o] devotissime[o] imperator, quantum[p] unicuique discriminis inferre valeat tot annorum prescriptio, dum tyrannicis ducibus magistratus continuus, quod[q] a sęculis numquam auditum sive lectum reminiscitur[q], suffragatur; presertim cum in Romanis legibus cautum sit, ut id tantum de sacra responsione substantiam mutuetur[r], quod legum auxilia prosequuntur[s]; et iterum[4]: Generale preceptum beneficio speciali anteferendum est; et illud[5]: Contra ius rescripta non valeant, quocumque modo fuerint[t] impetrata. Quod enim publica iura prescribunt[u], magis sequi iudices debent.

(3) Et infra. Personalia rescripta, quę cum iure concordant, valeant more veterum et negotii, de quo loquitur[v] nostra rescriptio, finis late sententię[w] terminis censeatur. Speciale[x] autem, si quidem[y] legibus ac iuri importat[z] iniuriam, abolitum[a] exstirpetur. Gregorius[b] Ianuario episcopo Caralitano[6]: Imperiali constitutione[7] aperte sancitum est, ut ea, quę contra leges fiunt, non solum inutilia, set etiam pro infectis habenda sint[b]; et beatus Gelasius ait[8]: Quis enim aut[c] leges principum aut patrum regulas aut ammonitiones modernas dicat[d] debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum estimet transire commissum? et iterum[9]: Semper constitutio generat temerata vindictam.

(4) **Vides ergo[e], fili karissime, quia, quod contra leges accipitur[f], per leges dissolvi meretur.

(5) Item**. Facientis[10] procul dubio culpam habet qui, quod potest corrigere, negligit[g] emendare. Scriptum quippe est: 'Non solum, qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt Rom. 1, 32.

---

*) *Superscriptio in A:* Ludovico. *Lemma et superscriptio in D*ᵃ*:* Quod contra leges accipitur, per leges dissolvitur. Ioannes VIII. Ludovico imperatori. *In D*ᵇ*:* Idem ad Ludovicum imperatorem. Non consentiendum malis. *In E*ᵃ*:* Idem Ludovico imperatori. Quod quicquid contra leges accipitur, per leges dissolvatur. *In G*ᵃ*:* Legis auctoritate dissolvitur quod contra eam fit. Item Iohannes VIII. Lodovico imperatori.

**) *Lemma et superscriptio in E*ᵇ*:* Quod facientis culpam habet, qui, quod potest corrigere neglegit emendare. *In G*ᵇ*:* Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. Item Iohannes VIII.

a) largiatur *F.* b) legali *B.* c) ammittitur *F.* d) videlicet *F.* e) qua sedi *B;* quas sedes *F.* f) extruserat *B;* extorserat *Mommsen.* g) R. P. *B;* R[omani] p[ontificis] *Martinucci.* h) vendicetur *B.* i) hinc — redigatur *om. F.* k) *excidisse videtur* tempora *aut simile quid.* l) actenus *B.* m) R. P. *B;* R[omani] p[ontificis] *Martinucci, Mommsen.* n) sicut *F.* o) *om. F.* p) quanta *F.* q) quod — reminiscitur *om. F.* r) mutuetur substantiam *F.* s) persecuntur *B.* t) fuerit *B.* u) perscribunt *B;* hoc *add. F.* v) loquatur *B.* w) sentię *B.* x) speciales *B.* y) quid *F;* quid de *B.* z) portat *F.* a) abolitur *B.* b) Gregorius — sint *(l. 22) om. F.* c) aut enim *B.* d) ducat *B; cf. JK. 658.* e) *om. D, G*ᵃ. f) usquam agitur *in ras. F.* g) neglegit *E*ᵇ.

1) *Cf. Cod. Iust. I, 49 (ed. Krüger p. 87), Iuliani Epit. novell. 15, 7 (57), 88, 1 (337) (ed. Haenel p. 40, 113).* 2) *Cf. Cod. Iust. I, 53, 1 (ed. Krüger p. 90):* Quicumque administrationem . . . gerunt, emere quidem mobiles vel immobiles res vel domus extruere non aliter possint, nisi *etc. Cf. Conrat in NA. XXXVI, 720 annot. 3 (721).* 3) *I. e. in patrimonio s. Petri.* 4) *Cod. Theod. I, 1, 4 (ed. Mommsen II, 28).* 5) *Ibid. I, 2, 2 (II, 30).* 6) *Reg. Greg. I lib. IX ep. 197 (ed. MG. Epp. II, 186).* 7) *Cf. Cod. Iust. I, 14, 5, 1 (ed. Krüger p. 68).* 8) *Epist. ad Rufinum et Aprilem epp. (Mansi VIII, 139), Jaffé Reg. 658 (430).* 9) *Haec verba frustra in Gelasii epistolis quaesivimus.* 10) *Reg. Gregorii I. lib. IX ep. 215 (ed. MG. Epp. II, 202).*

facientibus[a], participes iudicantur.' Et libat[1] Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa, et neglegere[b] [2], cum possis[c] deturbare perversos, nichil est aliud[d] quam fovere, nec caret scrupulo consensionis occultę, qui manifesto facinori desinit obviare, et[3] probat odisse se[e] vicia, qui condempnat errantes, nec relinquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti, et primus innocentię gradus est odisse nefanda, et latum[f] pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum pravitate consensum, et nichil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.

(6) Item longe inferius. Et iuxta quod Felix[4] sanctissimus predecessor noster asseverat, in die iudicii talem a nobis ambobus ęcclesiam certum est, qualem a patribus accepimus, exigendam[g]. Etiam in hac[h] vita se ad eam [non][i] pertinere cognoscat, qui non solum plenitudini[k] eius noxia conatur inferre, verum etiam qui eidem congruentia dissimulat providere. Serenissime imperator, non solum qui noxia inferre conatur, verum etiam qui congruentia providere dissimulat, ad ęcclesiam non pertinere cognoscitur. Quanto labore nobis studendum est, ut non solum noxia non inferamus, verum etiam ęcclesię Dei providere certemus[l] congruentia.

53.

Iohannes VIII. papa Neapolitanos, Salernitanos [et Amalfitanos] a pace cum Sarracenis dehortatur, Donatum episcopum (Ostiensem) et Eugenium presbyterum legatos suos commendat. *(875.)*

Coll. can.: A f. 134' ep. 50.
1. 2: D lib. XI c. 90 (ed. Fronto p. 353) [D[a]].
3: D lib. IV c. 133 (ed. Fronto p. 122) [D[b]].

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 243 ex D[a], 247 ex D[b]. Migne Patr. lat. CXXVI, 655 n. 9 ex D[a, b]. — Reg.: Ewald NA. V, 314 n. 50. Jaffé Reg. 3012 (2251).

NEAPOLITANIS ET SALERNITANIS*.

(1) [C]onscientia[a] vestrę in Christo dilectionis iuste diiudicet, quantum Christo cf. 2. Cor. 6, 14. adversi[b] sunt hi, qui cum eius infidelibus contra prohibicionem Pauli tanti apostoli pollutam federis ineunt unitatem. Cum hi[c], qui[c] regis rebellionibus quocumque participio iunguntur[d], pariter maiestatis criminibus obnoxii iudicantur parique sentencia condempnantur, quantum a corpore Christi probantur extranei, qui eius hostibus federati membra[e] ipsius tanto perniciosius lacerant, quanto vicinius aecclesię Dei conlimitant[f].

(2) Item. Quantum autem Deo execrabile[g] sit[h] cum impiis[i] federa pangere, luculenter ex hoc deprehenditur, quod Iosaphat rex Iuda, qui tot de anteacta vita preconiis exornatur[k], de Achab regis[l] amicitiis[m] increpatur, cum ei[n] per Iehu[o] prophe- 2. Par. 19, 2–3. tam[p] dicitur[q]: 'Impio prebes auxilium et his qui oderunt Dominum amicicia iungeris

---

*) *Lemma et superscriptio in D[a]:* De vitandis inimicis Christi Ioannes VIII. Neapolitanis Salernitanis et Amalphitanis.

a) *om. G[b].* b) negligere *E[b], G[b].* c) possit *G[b].* d) aliud est *E[b], G[b].* e) se odisse *G[b].* f) latis *E[b].* g) exigenda *B.* h) ac *B.* i) *om. B.* k) plenituni *B.* l) certaemus *B.*

53. a) *littera initialis deest in A.* b) aversi *D[a].* c) enim *D[a].* d) coniunguntur *D[a].* e) menbra *A.* f) colliminant *D[a].* g) exacrabile *A.* h) sit execrabile *D[a].* i) impio *D[a].* k) exhornatur *A;* extollitur *D[a].* l) *om. D[a].* m) amiciis *A.* n) *om. A.* o) Ie . . *A.* p) propheta *D[a].* q) *om. A.*

1) *C. 2 conc. Tolet. VIII. (Mansi X, 1213).* 2) *Felicis III. epist. ad Acacium Constantin. patriarcham c. 8 (ed. Thiel Epist. pont. I, 237), Jaffé Reg. 592 (360).* 3) *Sequentia frustra quaesivimus.* 4) *Epist. ad Acacium c. 9, l. l. p. 238.*

et idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda.' Quantum preterea sit Deo delectabile ab inimicorum Dei pace desistere, noster psalmographus manifestat, cum dicit: 'Nonne qui oderant te[a], Domine[b], oderam illos et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.' Ex quo, dilectissimi filii, patenter ostenditur, quanto crimine cum pessimis pax tenetur, si propheta tantus hoc velut hostiam[c] Deo optulit, quod contra[d] se pro Domino pravorum inimicicias[d] excitavit; hinc Levi tribus, assumptis[e] gladiis per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manus suas dicta est consecrasse, hinc Phinees peccancium civium gratiam spernens coeuntes cum Madianitis[f] perculit et iram Domini[g] iratus placavit.

Ps. 138, 21. 22. cf. Exod. 32, 25–29. cf. Num. 25, 6–8.

(3) Item*. Preterea[h] quia fidelibus et misterium Christianitatis scientibus loqui nos[i] credimus, per sacrarum scripturarum testimonia longius tendere devitantes dilectioni vestrę Donatum venerabilem episcopum[1], cuius laus est in sancta synodo octava[2], et Eugenium religiosum presbiterum[k 3], dilectos fideles et consiliarios nostros, ecce[l] dirigimus.

54.

Iohannes VIII. papa Teubergam et Albericum sub poena excommunicationis admonet, ut Rodulfo (homini imperatoris) uxorem (Bavam) restituant. *(875.)*[4]

Coll. can.: A f. 135 ep. 51. — D lib. VIII c. 118 (ed. Fronto p. 271).

Ed.: Migne Patr. lat. CXXVI, 943 n. 348 ex D. — Reg.: Ewald NA. V, 314 n. 51. Jaffé Reg. 3013 (2595).

TEUBER[GAE ET] ALBERIC[O]** [5].

[I]terum[a] iterumque vos admonemus[6] et presentibus apostolatus nostri[b] litteris exhortamur[c], eamdem[d] feminam[d 7] prenominato[e] nobili viro Radulpho[f 8], sicut iam scripsimus[g], maturius restituere et viro suo adherere secundum legem Domini facere. Non enim lex ulla permittit, quominus aut iniectum sibi crimen confiteatur, aut certe a crimine iniecto legitima premissa purgacione[h] solvatur. Quodsi neutrum illa agere[i] delegerit[k], sed sola obstinacione usa nulli satisfactioni dare operam procuraverit, liquet aperte, quia crimen, quod non diluit, procul dubio confitetur. Sole namque, ut sanctus papa scribit Hormisda[l 9], examen effugiunt conscientię, que recta sunt non tenentes. Ergo si is[m] vel illa

cf. Gen. 2, 24.

---

*) *Lemma et superscriptio in D*[b]: De commendatione Donati et Eugenii episcoporum. Ioannes VIII. Neapolitanis, Salernitanis et Amalfitanis.

**) *Lemma et superscriptio in D:* Ut nobili viro Radulpho uxor iniuste ablata restituatur. Ioannes VIII. Theibergae et Alderico filio eius.

a) te oderant *A.* b) Deus *A.* c) in hostiam *D*[a]. d) contra pravos pro Deo inimicitias *D*[a]. e) assuptis *A.* f) Madianidis *A.* g) Dei *D*[a]. h) *om. D*[b]. i) *corr. ex* non *A.* k) e *cancell. ante* pb̄rum *A.* l) eecce *A.*

54. a) *littera initialis deest in A.* b) nostris *A.* c) hortamur *D.* d) feminam suam *D.* e) *om. D.* f) *om. A.* g) ante diximus *D.* h) pugacione *A.* i) agere illa *D.* k) dele| *corr. ex* ele| *A.* l) Hosmisda *A.* m) his *A.*

1) *Ostiensem, 868—c. 876.* 2) *Cf. epist. Hadriani II. ad Basilium imp. a. 869 (Mansi XVI, 23), Jaffé Reg. 2913 (2210).* 3) *Eundem, ut videtur, qui Donatum in episcopatu Ostiensi secutus et a. 878 legatus Constantinopolim missus est, cf. supra nn. 37, 66 sq.* 4) *De tempore huius epistolae cf. n. 55, p. 308 annot. 3.* 5) *De quibus nihil, nisi quod de Italia superiori esse videntur (cf. n. 55), constat.* 6) *De prima admonitione cf. n. 55, p. 308 annot. 4.* 7) *Bavam, cf. n. 55.* 8) *Hic quoque penitus ignotus est.* 9) *Epist. ad Anastasium imp. a. 515 (ed. Thiel Epist. Rom. pont. I, 756 n. 8), Jaffé Reg. 775 (486).*

vel vos apostolatus nostri decretis obedire postponentes sepe memoratam feminam aut a[a] viri potestate aut a[a] legis examine nulla racionabili causa extante subducere amplius conati fueritis, tam illa quam vos, Theoburga[b] et Adelrich[c], quousque sanctioni nostrę pareatis, Dei omnipotentis iudicio et beatorum Petri[d] et Pauli[d] apostolorum sententia[e] principum excommunicati[f] et a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi sitis alienati una cum fautoribus consentaneis sequacibus et conplicibus vestris utpote divinarum et humanarum legum violatores sedisque[g] apostolice decretorum contemptores et tociens ac multipliciter infractores.

55.

Iohannes VIII. papa (Ansperto) Mediolanensi archiepiscopo praecipit, ut una cum Liutfredo Ticinensi et Paulo Placentino episcopis causam Rodulfi hominis imperatoris et Bavae uxoris eius investigent. *(875.)*

Coll. can.: A f. 135' ep. 52. — D lib. VIII c. 119 (ed. Fronto p. 272).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 247 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 653 n. 4. — Reg.: Ewald NA. V, 314 n. 52. Jaffé Reg. 3014 (2246). Cf. Kehr Italia pontificia V, 414 n. 4.

[AR]CHIEPISCOPO [MED]IOLANENSI*[1].

[V]ir[a] spectabilis Rodulfus[b] nomine[c], imperatorius homo, nos nuper adierat queritans et asseverans[d] se uxorem suam nomine Bavam zelo pudoris fervente obscene suspicionis macula denotasse ac sinistra crebrescente fama carnalis accusatione criminis impetisse. Qui cum hanc ad purgandum secundum legis proprie[2] tenorem parentibus eius[3] et consanguineis tradidisset, ultra spacium anni ab[e] eis[e] fuerit sub criminalium reatu[f] calumpniarum retenta[g]. Qua de re nos equitatis amore succensi apostolica parentibus eius auctoritate precepimus[h], quatinus[i] mediante mense Augusto preteritę septime indictionis[4] sive purgatam sive aliter eandem feminam viro proprio reddidissent, haud dubium quin subituram, si non secularis legis penam[k], saltem ecclesiasticę pietatis medelam[l], alioquin corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi se nossent[m] cum ea communione privandos, qui nec mundanarum vel divinarum legum censuram, nec apostolicę sedis reverentes decretum horum nichil, ut predictus vir ad nos iterato veniens retulit et ipsius rei exitus innuit, agere curaverunt. Quamobrem[n] iam[o] sacro communionis munere, secundum quod illis intentando comminati[p] fueramus, eos merito privaremus, nisi[q] alteram partem audiendam fore iudicaremus. Unde, quia nos[r] iustos esse[s] mediatores oportet, unius autem (cf. Gal. 3, 20.) mediator non est eosdemque vexare longius proficiscendo nolumus, sanctitati tue super huiusce[t] controversiae circumstantia[u] vice nostra delegata[v] hortamur, ut statuto et[w]

*) *Lemma et superscriptio in D:* De eodem et purgatione eius. Ioannes VIII. Ansberto archiepiscopo Mediolanensi.

a) *om. A.* b) Theiberga *D.* c) Alderice *D.* d) P. *A.* e) sententiā *A.* f) excomunicati *A.* g) -que *om. A.*

55. a) *littera initialis deest A.* b) Radulphus *D.* c) *om. A.* d) asseverāns *A.* e) *om. D.* f) reatū *A.* g) retepta *A.* h) precipimus *D.* i) quatenus *D.* k) *om. D.* l) a *corr. ex* e *A.* m) noscent *D.* n) e *corr. ex* a *A.* o) in *D.* p) cominati *A.* q) si sic *A.* r) *om. A.* s) esse iustos *D.* t) per huius | per *A.* u) circonstantiam *A.* v) delata *A.* w) ei *A.*

1) *Ansperto, 869—82. — De re cf. n. 54.* 2) *Cf. Edict. Langob. leg. a Grimowaldo add. 7 (MG. LL. IV, 94).* 3) *Teubergae et Alberico, cf. n. 54.* 4) *I. e. a. 874. Itaque hoc praeceptum non ipsa epistola n. 54, in qua terminus minime ponitur, sed prior illa admonitio ibi laudata (cf. n. 54, p. 307 annot. 6) esse videtur.*

indicto tempore venerabiles Liutfridum[a] Ticinensem[1] et[b] Paulum Placentinum[2] antistites ad certum locum[c] accersias[d] et uxore iam memorati viri[e] Rodulfi[f] missis vestris et litteris advocata, que legis sive mundane[g] sive divine sunt, super utroque coniuge incunctanter exerceas secundum prestitutam sacerdotalis vobis[h] mensuram dumtaxat officii. Que si post vocationem vestram, quam terciam esse post secundam nostram procul dubio constat, ad virum proprium collata sibi legali et indubitabili se libertate purgandi minime redire delegerit examenque sanctitatis[i] vestrę subterfugiens declinaverit, a sacri corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi communione in idipsum una cum spiritu nostro convenientes tam ipsam quam nequiter eam tuentes et defendentes eam[k] consanguineos, quin immo fautores eius et omnes omnino communicatores, donec obediant, sequęstrate.

56.

Iohannes VIII. papa Ludovico (II. imperatori) nuntiat se Ragenaldum episcopum Castri Felicitatis homicidii accusatum et iudicium subterfugientem omni ecclesiastica communione sequestrasse. *(875.)*

Coll. can.: A f. 136 ep. 53. — D lib. X c. 52 (ed. Fronto p. 320).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 242 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 655 n. 7. — Reg.: Ewald NA. V, 315 n. 53. Jaffé Reg. 3015 (2249). Kehr Italia pontificia IV, 99 n. 2.

LUD[OVICO]*[3].

Qualiter[a] Ragenaldus[b] Castri Felicitatis episcopus[4] super homicidio[c] tam penes apostolicam, quam penes imperatoriam sedem publico murmure fuerit denotatus et Gregorio dilecto filio nomenclatore[d] misso et apocrisiario[e] sanctę sedis nostre cum Georgio illustri[f] magistro militum ac vestario[g] sacri nostri patriarchii[5] apud dilectissimam filiam nostram imperatricem augustam[6] consistente a matre perempti[h] iuvenis aliisque parentibus[i] fuerit impetitus et ad purificandum se a nobis per frequentes excommunicatorias epistolas accesserit[k] Romam coactus, serenitati vestre credimus manifestum. Sed quia idem Romam veniens purgacionis sue tempus preripuit et indicta pro se sinodo deputatum sibi a nobis locum fraudulentus[l] excedens[m] more furis per Urbis se[n] muros deiecit et vera fuisse crimina, que sibi illata sunt, iudicium subterfugiens propalavit, hunc auctoritate Dei[o] omnipotentis[o] sanctorum apostolorum principum[p] et nostre mediocritatis ab omni ecclesiastica simulque[q] et Christiana communione penitus sequestramus.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De excommunicatione et irrecuperabili depositione homicidae episcopi. Ioannes octavus Ludovico imperatori.

a) Luifridum *A.* b) *om. D.* c) *om. D.* d) accersas *D.* e) *om. D.* f) Radulphi *D.* g) humane *A.* h) vobis sacerdotalis *D.* i) sanctitatisque *A.* k) *om. D.*

56. a) *littera initialis in marg. notata in A.* b) Rainaldus *D.* c) quē *add. A.* d) momencolatore *A.* e) apocrissiario *A.* f) illustre *A.* g) venestario *D.* h) perepti *A.* i) parententibus *A.* k) accerserit *A.* l) fraudulentius *A.* m) excendens *A.* n) *om. A.* o) *om. A.* p) principum apostolorum *A.* q) simul *D.*

1) *Hodie 'Pavia'. Liutfredum episcopum d. 8. Martii obiisse tradunt necrologia ecclesiae Papiensis, cf. Ferrari Catal. general. sanctorum (Venetiis 1625) p. 103; de anno mortis eius, cum notitiae desint, viri docti dissentiunt, cf. Robolini 'Memorie della sua patria' II, 34, 139, nec sequendus est Ughelli Italia sacra I², 1085 (ubi d. 8. Maii per errorem ponitur), qui mortem Luitfredi ad a. 874 refert, haec enim epistola ob verba* preteritę septime indictionis *(p. 308 l. 22) certo ad a. 875 pertinet. Itaque non ante d. 8. Martii 875 mortuus est Luitfredus. Cf. etiam Ewald in NA. V, 314 annot. 8.* 2) *Hodie 'Piacenza', cf. p. 125 annot. 3.* 3) *II. imperatori. — De re cf. Lapôtre l. l. I, 252 annot. 1.* 4) *Hodie 'Città di Castello'.* 5) *Qui ambo postea a. 876 in synodo Romana una cum Formoso ep. Portuensi excommunicati sunt, cf. supra n. 24, p. 22, Dümmler l. l. III², 28.* 6) *Angilbergam.*

57.

Iohannes VIII. papa episcopis (Campaniae?) et Apuliae nuntiat se Landulfum (I.) episcopum Capuanum, nisi usque ad d. 29. Iunii Romam ad synodum venerit, excommunicaturum esse. *(875 ante Iun. 29.)*

Coll. can.: A f. 136 ep. 54.

Ed.: Loewenfeld Epist. p. 34 n. 59 ex A. — Reg.: Ewald NA. V, 315 n. 54. Jaffé-Ewald Reg. 3016.

EPI[SCOPIS] IN [CAMPANIA?][a] ET AP[ULIA].

Sancti[b] Niceni concilii[c] statutum capitulis[1] esse vestra sanctitas novit hos, qui abiciuntur, ab aliis recipi non debere. Et ideo dilectionem vestram nolumus ignorare, Landulfum venerabilem Capuanum episcopum[2] a nobis ad synodum pro diversis necessitatibus sancte Dei aecclesię et maxime, ut [fedus][d], quod [cum][e] nefandissimis Sarracenis pepigit, monitis nostris dissolveret, tercio per missos et epistolas nostras[f] vocatum, quia[g] venire contempsit, a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi vel communione ecclesiastica esse privatum, quousque videlicet coram nobis veniens fedus cum eisdem[h] Sarracenis habitum omnino dissolvat et de sibi obiectis dignam satisfactionem exhibeat. Cui interim usque in natale apostolorum istius octave indictionis[3], quoad[i] peragere studeat, inducias dedimus statuentes, ut, si usque tunc causam suam non peregerit, noverit se ab omni sacerdotali ministerio sequestrandum et anathematis vinculis innodandum, ita ut nequaquam locum satisfactionis aut spem futurę restitucionis inveniat. Idcirco monemus, ut nemo vestrum prefato[k] episcopo communicare presumat, ne cum[l] eo pari excommunicatione teneamini colligati, quemadmodum[m] sacri canones statuunt[4].

58.

Iohannes VIII. papa eos, qui de homicidio Romani presbyteri accusati iudicium apostolicae sedis usque hac subterfugerant, excommunicat, donec d. 1. Octobris canonice purificari mereantur. *(875 Iul.—Aug.)*

Coll. can.: A f. 136' ep. 55. — D lib. X c. 17 (ed. Fronto p. 316).

Edd.: Mansi Conc. coll. XVII, 246 ex D = Migne Patr. lat. CXXVI, 656 n. 11. — Reg.: Ewald NA. V, 315 n. 55. Jaffé Reg. 3017 (2253).

[E]XCOMMUNICATIO [SUPER?][a] MORTE ROMANI[*].

[Q]ui[b] de homicidio Romani religiosi clerici[c] suspecti a nobisque canonice sue excommunicationis intentatione[d] mediante Iunio presentis octave indictionis[5] vocati venire contempserunt et ob hoc per nostras litteras secundo et tercio convocati[e], ad[f] extremum vero per Iohannem[6] et[g] Leonem[7] venerabiles[h] episcopos omnimoda communione[i] privati, quia nostri[k] apostolatus iudicium hactenus subterfugisse et[l] neque venisse neque misisse probantur, auctoritate sancti Spiritus anathematizatos esse decernimus, quousque

---

*) *Lemma in D:* Excommunicatio Ioannis octavi in eos, qui de morte Romani clerici suspecti erant.

57. a) .āci(?) . . . *corr. Ewald et Loewenfeld. Bishop propos.* Ancona. b) *littera initialis add. in marg. al. man. A.* c) concelii *A.* d) *om. A, suppl. Bishop.* e) *om. A.* f) epla nrā *A.* g) -a *add. supra lineam A.* h) ei'dem *A.* i) quo et *A.* k) pfato *A.* l) cu *A.* m) -modu *A.*

58. a) *nonnisi reliquiae litterae* p *legi possunt in A.* b) *littera initialis deest, in fine una littera eras. A.* c) *corr. ex* ecclerici *A.* d) intencione *A.* e) advocati *D.* f) *om. D.* g) *om. D.* h) *om. D.* i) excommunicacione *A.* k) *om. D.* l) *om. D.*

1) *C. 5 Nicaen. (Mansi II, 679).* 2) *I., 856—79.* 3) *I. e. d. 29. Iunii 875.* 4) *C. 7 conc. Carthag. a. 389/90 (Mansi III, 694).* 5) *I. e. a. 875.* 6) *Forte Tuscanensem aut Aretinum, cf. supra p. 7 annot. 2.* 7) *Forte Gabinensem, cf. supra nn. 4, 211a.*

futuris kalendis Octobribus future none indictionis[1] purificari canonice mereantur. Si autem neque tunc plenissimam[a] nobis satisfactionem ostenderint, perpetuo anathemate teneantur annexi[b], ita ut, quicumque[c] eis amodo[d] in cibo et[e] potu vel oracione communicaverint, pari cum eis anathematis[f] sentencia colligentur[g].

59.

Iohannes VIII. papa Karolo (Calvo) regi nuntiat de consilio super successione Ludovici II. imperatoris a se cum fratribus et inclito senatu habito. *(875 Sept.)*[2]

Coll. can.: B lib. IV c. 182 (104) (ed. Martinucci p. 419; Wolf v. Glanvell p. 487).
Reg.: Jaffé-Ewald Reg. 3019.

I[OHANNES] EPISCOPUS KAROLO GLORIOSO REGI[3].

Inter cetera. Igitur quia, sicut Domino placuit, Hludouuicus gloriosus imperator defunctus est[4], cum nos, quis in loco eius propitia divinitate succedere debuisset, cum fratribus nostris et inclito[a] R[omano] senatu concorditer tractaremus, devotione et fide tua ad medium deducta, hanc multi dignis preconiis efferre ceperunt. Cuius et nos non solum nostris diebus, set etiam beati papę Nicolai tempore reminiscentes excellentiam[b] tuam ad honorem et exaltationem sanctę R[omanę] ęcclesię et ad securitatem populi Christiani eligendam esse speravimus.

60.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici scribit de (Iohanne) episcopo saecularem miliciam exercere recusante. *(873—76.)*

Coll. can.: G c. 1 C. XXIII qu. 8 (ed. Friedberg I, 953).[5]
Ed.: Migne Patr. lat. CXXVI, 939 n. 337 ex G. — Reg.: Jaffé Reg. 3023 (2584).

*Nimium certe veretur et iure formidat contra professionem sui ordinis secularem miliciam exercere; terram defendere, de preliis tractare, de armis terrenae potestatis est.

61.

Iohannes VIII. papa docet de mala consuetudine eradicanda. *(873—76.)*

Coll. can.: B lib. IV c. 182 (157) (ed. Martinucci p. 491; ed. Wolf v. Glanvell p. 583).
Reg.: Jaffé-Ewald Reg. 3027.

**Non minus mala consuetudo, ut ait Sardicense concilium[6], quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est.

---

*) *Lemma in G:* Iohannes papa VIII. Angebergae inperatrici excusans Iohannem episcopum[7] removeri de milicia dicit.

**) *Superscriptio in B:* Iohannes VIII.

a) plenissima *A.* b) innexi *D.* c) quicuque *A.* d) amodo eis *D.* e) *om. D.* f) atiathematis *A.* g) cōlligentur *A.*

59. a) inclinato *B, corr. Loewenfeld.* b) exellentiam *B.*

1) *I. e. d. 1. Octobris 875.* 2) *De tempore huius epistolae cf. NA. XXXVI, 83. 84.* 3) *Calvo (non III. filio Ludovici Germanici, ut habet Ewald in Jaffé Reg. 3019), cf. Mühlbacher Reg. 1588 (1546) a, Lapôtre l. l. I, 246 annot. 1.* 4) *D. 12. Augusti 875.* 5) *Fragmentum, quod nonnisi inter additiones q. v. paleae exstat.* 6) *Can. 1 interpr. Dionysio (Mansi III, 23).* 7) *Ravennatem significari conicit Ewald in NA. V, 325 et JE. 3023, cf. Kehr Italia pontificia V, 43 n. 116 annot.*

62.

Iohannes VIII. papa Angilbergae imperatrici queritur de factiosis tumultibus Ravennae a Maurino factis. *(873—76.)*

Coll. can.: 1: B lib. III c. 142 (121) [Ba] (ed. Martinucci p. 296; Wolf v. Glanvell p. 329).
2: B lib. IV c. 181 (103) [Bb] (ed. Martinucci p. 419; Wolf v. Glanvell p. 487).

Edd.: Baluze Miscellanea I², 402 ex Ba (cod. Paris. lat. 1458 [olim Colbert. 2576]) = Mansi Conc. coll. XVII, 245 = Migne Patr. lat. CXXVI, 939 n. 335. — Reg.: Jaffé Reg. 3028 (2582). Kehr Italia pontificia V, 42 n. 116.

IOHANNES EPISCOPUS ANGELBERGĘ[a] IMPERATRICI.

(1) Inter cętera. Ad hoc usque malum crevit et incrassatum est, ut factione Ravennatis archiepiscopi[1] Maurinus cum suis complicibus, qui excommunicati et anathematizati a nobis iam sunt, Ravennam ingrederetur et fidelium nostrorum res cum eis funditus raperet ac devastaret, adeo ut claves civitatis Ravennę a vestarario nostro[2] violenter subtraheret et pro libitu[b] suo, nescimus cuius auctoritate, ipsi archiepiscopo, quod numquam factum[c] fuisse[d] recolitur, potestative concederet.

(2)*[3] Scio enim et certus sum, quia venturus iudex sanctam suam ęcclesiam ab utrisque nobis non solum qualem commisit[4], immo etiam cultiorem liberiorem quietiorem ampilioremque requiret, quam esset, cum nos ad regimen eius eo disponente accessimus. Et ideo solliciti sumus non solum pro nobis, verum etiam pro vobis[e], ne nostris temporibus sinistris opinionibus maculetur, ne, quod absit, nostris manibus nobis clausisse sempiternę vitę ianuam iudicemur.

---

*) *Superscriptio in Bb:* Idem Engenberge imperatrici inter cętera.

62. a) Angelbertę *Ba.* b) libito *Ba (cod. Vat.).* c) factus *Ba (cod. Vat.).* d) fuisset *Ba (cod. Vat.).* e) nobis *Bb.*

1) *Iohannis X., 850—78.* 2) *Georgio magistro militum, cf. n. 56, p. 309 l. 22.* 3) *Hoc fragmentum, quod Ewald NA. V, 322 ad a. 875 retulit, Loewenfeld apte cum priori (1) coniunxit.* 4) *Cf. n. 53, p. 306 l. 9.*

IOHANNIS VIII. PAPAE EPISTOLAE PASSIM COLLECTAE.

RECENSUERUNT E. CASPAR ET G. LAEHR.

Sequentes Iohannis VIII. papae epistolae nobis neque registro neque collectionibus canonum, sed codicum fide manuscriptorum adservatae sunt.

Epistolae n. 1 (JE. 2986) textus, cuius fragmentum ex collectionibus canonum erutum iam in prima huius tomi parte (p. 290 n. 30) typis mandatum erat, interim integer Gino Borghezio investigante in codd. Vat. lat. 1326 et 1328 repertus et ab eodem editus est. Epistolam n. 2 (JE. 2988), quae extat in cod. Treverensi 1081, iam VI. Epistolarum tomo p. 256 inter epistolas Colonienses E. Dümmler b. m. publici iuris fecerat.

Ceteras epistolas n. 3—9 (JE. 3032, 3034, 3037—3041) primus Sirmond, Concilia antiqua Galliae tom. III., edidit. Sed codices manuscripti, quos adhibuit, hodie desiderantur. Et codicis Bellovacensis quidem, ex quo epistolam n. 3 edidit, extant nonnulla apographa, Vallic. C 16 (s. XVI.) et Vat. lat. 4982 (s. XVII.); excerptum epistolae codice Vat. Reg. lat. 291 (s. XVI.) continetur. De quibus codicibus imprimis E. Seckel, 'Benedictus Levita decurtatus et excerptus' in 'Festschrift der Berliner Juristenfakultät für H. Brunner' (1914) p. 381sqq. disseruit. Codex vero s. Remigii Remensis, ex quo Sirmond reliquas epistolas (n. 4—9) edidit, neque ipse inveniri potest neque apographa eius extant. Nescimus an idem sit atque codex s. Remigii Remensis, quem Baluze ad epistolam Nicolai I. (JE. 2758) edendam adhibuit, cf. E. Perels in 'Neues Archiv' XXXVII, 573 et 581; Epist. VI, 290 n. 26. Nec minus dubium est, an codex Virdunensis, quo Sirmond ad epistolas n. 5 et 7 edendas usus est, idem sit atque ille, quem Perels frustra quaesivit, cf. Epist. VI, 693.

Epistolas Iohonnnis VIII. papae quotquot non ad res Germanicas spectare videntur, omisimus.

1.

Iohannes VIII. papa Willibertum Coloniensem archiepiscopum Romam ad causam dicendam venire iubet, pallium ei conferre ante purgationem et quia fidei pagina non sufficiat renuit. 873 *Nov.* 28.

Codd.: Vat. lat. 1326 (s. XV.) f. 211' (= V¹); Vat. lat. 1328 (saec. XV.) f. 124 (= V²). — Fragmentum extat in coll. can. (cf. supra p. 273) A f. 127' ep. 29 (= A) et f. 188' (Varia II n. 49; cf. Ewald NA. V, 587) (= A¹). — B lib. I c. 238 (191) (ed. Martinucci p. 129, Wolf v. Glanvell p. 139). — C lib. VI c. 89 (ed. Thaner p. 313). — G c. 4 D. 100 (ed. Friedberg I, 353).

Edd. epistolam integram: Gino Borghezio 'Il testo integrale della lettera di papa Giovanni VIII a Williberto arcivescovo di Colonia' (Roma 1923). — Fragmentum ex G: Conciliorum t. XXIV (Parisiis e typographia regia 1644) p. 384 = Mansi Conc. coll. XVII, 242 = Migne Patr. lat. CXXVI, 652 n. 2. — Ex A: Ewald NA. V, 306 n. 29, Dümmler in MG. Epist. VI, 256 n. 12. — Ex A, B, G: Caspar supra p. 290 n. 30. — Reg.: Jaffé 2986 (2244).

IOHANNES[a] EPISCOPUS WILLIBERTO[b] AGRIPPINENSI[c] EPISCOPO[1].

Legatus tuus ad apostolicam sedem perveniens detulit epistolam tuam usum pallii magnopere tibi tribui postulantem, quem nos tanto libentius concederemus, quanto quae de moribus tuis et actibus olim audivimus, gratantius approbavimus. Sed quia ex filiis Agrippinensis[c] ecclesiae, cui praeesse cerneris, quidam sedem nostram adiens promotionis tuae verbis et scriptis accusat primordia et sanctus Leo dicit: Difficile[2] bono peraguntur exitu, quae malo fuerint inchoata principio — ad conferendum quod petebatur[d], nosmet interim merito cohibemus. Pallii namque usus inter cetera tantae virtutis est, ut postquam collatus fuerit, cui confertur omnem de retroactis excessibus calumpniam adimat, non quo crimina purget, sed quo tanta debeat esse circumspectio conferentis, ut nonnisi his carenti tantum munus conferre pertemptet. Unde imperfectus* est, cui tantum[e] donum aufertur, nec potest esse firmus sive perfectus, qui huius sacri non fuerit indumenti collatione firmus et integer, ac per hoc neminem profecto poterit stabilire vel alicuius dignitatis dona statuere, qui huius religiosi habitus munere defraudatus ad tantae perfectionis privilegium pervenire non meruit. Sane accusator sanctorum patrum regulis institutus causam ad nos utpote ad primatem dioceseos detulit. Quarum[f] videlicet nos quoque disciplinis edocti te a[g] fraterna compage suspendendum censuimus, nisi[h] ad causam tuam dicendam litteris nostris evocatus intra spatium unius mensis sive duorum minus occurreris[i], ex ea videlicet die supputandorum, qua praesentes acceperis apices[3]. Siquidem nulli fas est metropolitanorum nisi primatibus, quos alias patriarchas[k] novimus appellari[4], dirimendi vel diffiniendi negotia. Quam ob rem hos, qui adversus metropolitanos querelam[l] habent, apte sancta universalis[m] Calcedonensis synodus[5] ad primatem dioceseos mittit. Duae itaque causae sunt, quibus prohibiti optatum[n]** pallium nunc[o] conferre nequivimus: una[p] scilicet, quia, ut praediximus, provectionis tuae primordia valde reprehensibilia referuntur, quod oportet instanti satisfactione purgari, praesertim cum ad personam respiciat, non ad res querimoniae huius obiectum; altera[q] vero[p], quia fidei tuae paginam minus quam oporteat continere repperimus[r], cum videlicet nullam in ea sanctarum universalium synodorum, in quibus fidei nostrae[s] symbolum continetur, nec decretalium pontificum Romanorum constitutorum secundum morem feceris mentionem, sed nec illam propria subscriptione muniveris[t] nec quod aliquem[u] hanc iureiurando[v] firmandam miseris[w]***, penitus indicaveris[x]****. Igitur omni spreto odio[y] rancoris atque torporis ad sedem apostolicam ita munitus occurre, ut accusatoribus tuis, qui profecto

---

*) *Hic incipit fragmentum in A, cuius superscriptio:* [Agrip]pinensi [archiepiscopo Willi]berto. *Cf. supra p. 290 n. 30.*

**) *Hic incipit fragmentum in A¹, B, C, G, quorum superscriptiones v. supra p. 290 n. 30 ann.* * *Superscriptio in C:* Quod pallium non debet cuiquam dari nisi post consuetam fidei professionem. Iohannes episcopus Wiliberto Agrippinensi episcopo inter cetera.

***) *Hic explicit fragmentum in A¹, B, C, G.*

****) *Hic explicit fragmentum in A.*

1. a) Gr . . . V¹, Gregorius V². b) Iuliberto V¹. c) Agripinen. V¹ *et* V². d) que petebantur V¹. e) pallii *add.* A, munus *add.* V¹, *sed punctis subterpositis delevit.* f) quorum V¹. g) te *om.* A, te non prius a V¹ *et* V². h) quam V¹ *et* V², si *coni. Ewald NA. V, 306.* i) occurreris *om.* V¹ *et* V². k) patriarcas A. l) querelas V¹ *et* V². m) *om.* V¹ *et* V². n) optatum tibi A¹, B, G. o) non A, V². p) una — vero *om.* A¹, B, C, G. q) alteram A. r) cognovimus A, reperimus A¹, B, C, G. s) nostrę fidei B. t) munieras G, munieris C, V¹, V². u) nec aliquem qui G v) iure iureiurando A. w) firmanda miseris B, firmaret miseras G. x) iudicaveris V¹, radicaveri V². y) tedio V².

1) *870—889.* 2) *Reg. Jaffé 410 (188), ed. Migne Patr. lat. LXVII, 298; cf. Hadriani II. epist. n. 40, MG. Epist. VI, 756 l. 8.* 3) *Sed cf. infra ep. n. 2.* 4) *Cf. Ps.-Isidori Decr. Anacleti c. 29, Reg. Jaffé † 4, ed. Hinschius p. 82.* 5) *Can. 9, interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 173.*

praesentes invenientur, ipse quoque praesens positus valeas respondere et divinitate propitia idonea ratione universa convincas obiecta. Denique licet nullo valeas pacto praesentiam tuam sine tuo discrimine a sedis apostolicae cognitione subducere, quominus qui personaliter impeteris, personaliter ad satisfactionem accedas, volumus tamen sic te audire, ut quantum nos rigor[a] et ritus ecclesiasticus sinit, solutionem tui, non obligationem optemus et statum, non casum quaeramus, quia etsi vocem clamantium avertere non valemus, paternos quoque terminos praefixos olim transgredi non audemus, ea tamen, *cf. Prov. 22, 28* quae pacis sunt, sectari volumus et fraternam indempnitatem[b] caritate dictante merito cupimus et optamus. Veremur autem, ne si quarundam adulationum vel fortassis excusationum ambagibus enervatus his nostris minime duxeris syllabis obediendum tuamque praesentiam ab audientia specialis examinis nostri subduxeris, sinistram de te, quod non optamus, opinionem reddas, immo, quod est gravius, probes de te, quae dicta sunt, si ad haec abluenda tuam nobis minus praesentiam exhibueris. Unde beatus Hormisda huius sedis antistes: Solae, inquit[1], causae declinant examen conscientiae, quae recta sunt, non tenentes.

DATA IIII. KALENDAS DECEMBRIS, INDICTIONE VII.

2.

Iohannes VIII. papa Williberto Coloniensi archiepiscopo se pallium ei misisse senectutis atque infirmitatis gratia nuntiat. De criminibus adversus eum prolatis legatum apostolicum se directurum esse. *(874.)*

Codd.: Trever. 1081 (LXXI) (saec. XI.) f. 30 (65) (= T). — Extat etiam in Vallicell. C 16 (saec. XVI.) f. 91 (cf. Kehr Gött. Nachr. 1903 p. 126).

Edd.: Floss 'Leonis pp. VIII. privilegium de investituris' (= 'Die Papstwahl unter den Ottonen') (1858), Diplom. n. 19 p. 102. — Dümmler MG. Epist. VI, 256 (Epist. Colonienses n. 13). — Reg.: Jaffé 2988.

IOHANNES[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO WILLIBERTO SANCTAE COLONIAE PLEBIS ARCHIEPISCOPO.

Pallei igitur usum ex largitate beati Petri apostolorum principis solita pietate iuxta morem transmisimus, plurimum quoque interveniente dilectissimo filio nostro domno Ludowico imperatore augusto atque benignissimo eius avunculo Ludowico rege, implorantes omnipotentis Dei misericordiam, ut sicut exterius huius dignitate splendidior ceteris enitesces, iam oculis supernae maiestatis vita moribus ac verbo praedicationis clarius circumquaque effulgeas, providentes senectuti tuae inter haec atque infirmitati. De inlatis sane adversus te criminibus accusatorum quorundam proclamatione[2] nostrum Deo auctore curabimus missum dirigere, qui haec apostolica auctoritate audire ac decernere sollicitius[b] non omittat. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

3.

Iohannes VIII. papa episcopis per Gallias et Germanias constitutis innotescit se Ansegisum archiepiscopum Senonensem vicarium sedis apostolicae illis in partibus constituisse. *876 Jan. 2.*

---

a) rigos V^1. b) h *add.* V^2.

2. a) *Littera initialis deest T.* b) sollicius *T, em. Dümmler.*

1) *Reg. Jaffé 775 (486), ed. Thiel Epistolae Rom. pont. I (Brunsbergae 1868) p. 756.* 2) *Cf. supra ep. n. 1, p. 314.*

Codd.: S. Petri Bellovacensis (deperd.). Vat. lat. 4982 (s. XVI.—XVII.) f. 153. Vallicell. C 16 f. 91 (cont. Wentz). Excerptum extat in cod. Vat. Reg. lat. 291 (s. XVI.) f. 123.

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 422 n. 1 (ex cod. Bellov.) = Bouquet Recueil VII, 459 n. 2 = Gallia christ. XII app. p. 12 n. 10 = Mansi Conc. coll. XVII, 225 n. 313 = Migne Patr. lat. CXXVI, 660 n. 15. — Reg.: Jaffé 3032 (2260).

IOHANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS SANCTISSIMIS EPISCOPIS PER GALLIAS ET GERMANIAS CONSTITUTIS.

Vestrae omnium innotescimus sanctitati, quia pro alleviandis multiplicibus oneribus ecclesiasticis, quibus quotidie satis abundeque deprimimur, quibus maxime super negotiis ex Galliarum et Germaniarum partibus nobis assidue destinatis artamur, constituimus Ansegisum fratrem et coepiscopum nostrum Sennensis ecclesiae[a] praesulem[1], qui quotiens utilitas ecclesiastica dictaverit, sive in vocanda[b] synodo sive in aliis negotiis exercendis per Gallias et Germanias vice nostra fruatur. Et volumus, ut decreta sedis apostolicae per ipsum vobis manifesta efficiantur et rursus quae gesta fuerint, eius nobis relatione, si necesse fuerit, pandantur, ut maiora[2] negotia ac difficiliora quaeque suggestione ipsius a nobis disponenda et enucleanda[c] quaerantur. Quapropter vos huic piae sanctioni omnimodis intendentes, quae super hoc apostolica auctoritate decernimus, unanimes admittite. Talem quippe illum agnovimus talemque circa sedem apostolicam devotum et in commisso fidelem reperimus, ut merito ei talia[d] committi posse ducamus, quin et his maiora conferri debere illi sine cunctatione credamus pro sua scilicet sanctitate et fidei merito atque divinitus sapientiae[e] dono concesso. Optamus vos bene valere.

DATA IIII. NONAS IANUARIAS, INDICTIONE VIIII.*

— —

4.

Iohannes VIII. papa Hincmarum Remensem archiepiscopum monet, ut in Laudunensi ecclesia novum episcopum eligendum curet praesente misso Karoli (Calvi) imperatoris, qui iustum fuisse iudicium de Hincmaro quondam episcopo Laudunensi prolatum sibi retulerit. *876 Ian. 5.*

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 422 n. 2 e cod. s. Remigii Remensis = Bouquet Recueil VII, 460 n. 3 = Mansi Conc. coll. XVII, 226 n. 314 = Migne Patr. lat. CXXVI, 662 n. 17. — Reg.: Jaffé 3034 (2262).

IOHANNES[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HINCMARO ARCHIEPISCOPO REMENSI.

Quamvis de sanctitatis tuae iudicio[3] nihil dubitassemus, quia tamen carissimus filius noster Karolus invictissimus imperator[4] a nobis diligentissime percunctatus circumstantiam iudicii a beatitudine tua coepiscopisque suis[b] in Hincmarum dudum Laudunen-

---

*) Recitata in synodo Pontigonensi *add. Sirm.*[5].

3. a) Sennensi (Senensi *Vall.*) sede *Vat., Vall.* b) evocanda *Hincmarus, cf. ann. 5,* vocando *Vat., Vall.* c) enudeanda *Vat., Vall.* d) tali *Vall.* e) sapientia *Vat., Vall.*

4. a) Hadrianus *perperam Sirm.* b) tuis *coni. Perels.*

1) *871—883. Cf. Reg. n. 113, 127 supra p. 104, 113.* 2) *Cf. Leonis I. epist. Reg. Jaffé 411, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 291 C.* 3) *Quo Hincmarus Laudunensis episcopus depositus erat in synodo Duciacensi a. 871 Aug. habita. Cf. Dümmler 'Gesch. des ostfränk. Reiches'² II, 323 sqq.* 4) *Calvus, qui die 25. Decembr. 875 imperator coronatus est.* 5) *Scil. et in prima et in septima actione, die 21. Iunii et 14. Iulii, cf. Hincmari Annales, ed. Waitz p. 128 et 130. p. 128:* Et legit Iohannes Tuscanensis episcopus epistolas a domno apostolico missas *(cf. n. 5),* cum quibus et legit epistolam de primatu Ansegisi episcopi Sennensis, ut quoties utilitas *etc. (cf. l. 12) de verbo ad verbum fere usque ad* quaerantur *(l. 16). Hincmarus ibidem narrat, quo animo epistola ab episcopis recepta sit; longe aliter vero Odo Bellovacensis episcopus in capitulis in synodo ab eo propositis n. 7, ed. MG. Capit. II, 352; cf. etiam Dümmler l. l. II, 407.*

sem episcopum prolati apostolatui nostro retulit, agnovimus iustum fuisse omnino iudicium. Neque enim tantus princeps nisi veritate fultum quicquam poterat affirmare. Unde nefas esse duximus eius relationi non praebere incunctanter auditum. Noli ergo iam nunc ecclesiam Laudunensem viduatam et sine regimine pastorali dimittere, sed indifferenter electum et de Laudunensis ecclesiae clero virum idoneum et in quo omnium vota consentiant, eidem ecclesiae praefice prorsus episcopum[1]. Cui electioni volumus etiam missum praelati piissimi imperatoris interesse, ut sine saecularium strepitu omni latere talis eligatur, qui aptus sacris canonibus esse modis omnibus approbetur. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.*

5.

Iohannes VIII. papa episcopos et comites occidentalis Franciae monet, ut in fide Karoli (Calvi) imperatoris sicut hactenus perseverent et cum legatis, quos ad synodum (Pontigonensem) ad examinanda et diffinienda negotia inter (Karolum et Ludovicum Germanicum) fratres exorta miserit, conveniant. *876 Febr. 17.*

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 428 n. 5 e codd. s. Remigii Remensis et Virdunensi = Bouquet Recueil VII, 462 n. 5 = Mansi Conc. coll. XVII, 233 n. 317 = Migne Patr. lat. CXXVI, 664 n. 20. — Reg.: Jaffé 3037 (2265).

**Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui vestrae sinceritatis fideique cf. 1. Petr. 1, 3.
constantiam duriorem, ut ita dixerimus, adamante erga fidelitatem invictissimi principis 2. Cor. 1, 3. Eph. 1, 3.
domni Karoli spiritalis filii nostri semperque augusti hactenus non indebite fecit persi-
stere et quanti caloris in vobis caritas vigeat, dono gratiae largitatis suae clarius demon-
stravit, quatenus notam faceret gentibus virtutem gloriae suae et divitias bonitatis suae
ad profectum fidelium et ad correctionem infidelium omnibus revelaret. Ostendistis
enim, carissimi, quantum sit erga pacis et concordiae cultum vestrae benevolentiae benig-
nus affectus, et implestis opere, quod ipse a vobis exigit Christus dicens in evangelio:
'Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis'; et apostolus Matth. 7, 12.
ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Unde noster apostolatus immensae laetitiae repletus Iac. 2, 20.
tripudio primum quidem Deo omnipotenti sufficientes ac laudes debitas, quia nihil sine cf. Io. 15, 5.
eo facere possumus, retulit et vobis, qui studiose tanto imperatori fidem immaculatam
servastis, multimodas gratiarum actiones agere dignisque vos efferre laudibus non omittit.
Siquidem, dilectissimi, satis vobis prudenter consuluistis, quando aliis, quod flentes dici- cf. Phil. 3, 18.
mus, vel sponte vel callide ac fraudulenter deceptis vos, sicut diximus, fidei calore
utentes et Deum prae oculis habentes noluistis iniquorum vel tyrannorum fascibus oner-
rari vel maculari, quin potius restitistis, pravitatibus eorum non consensistis et peccatis
alienis minime communicastis. Idcirco libere dicere valebitis: 'Non adhaesit mihi co- Ps. 100, 3.

*) Data[2] est Romae Theodorico iussu papae Iohannis et domni Karoli novi imperatoris per manus Anastasii bibliothecarii in secretario ecclesiae sancti Petri anno incarnationis dominicae DCCCLXXVI, nonis Ianuarii, indictione VIIII, et delata est ab eodem Theoderico in civitate Remis Hincmaro Remorum archiepiscopo eodem anno et eadem indictione, V. idus Martii.

**) *Superscr. apud Sirm.:* Ad episcopos et comites in regno Caroli constitutos.

1) *Ad haec monita papae Hedenulfus episcopus electus est, cf. decretum electionis ad Hincmarum Remensem directum die 28. Martii 876, ed. Labbe Concilia IX, 280, et apologeticum Hincmari, cuius Flodoardus meminit in Historia Remensis ecclesiae III, 21, ed. MG. SS. XIII, 515.* 2) *Haec in calce apographi vel ab ipso Theodorico vel secundum eius relationem Remis in secretario Hincmari archiepiscopi, ut videtur, addita sunt. Quisnam fuerit Theodoricus ille, non constat.*

cf. 2. Cor. 6, 14–15. pravum, quoniam nulla pars fidelis cum infideli, Christi ad Belial, iustitiae ad iniquitatem vel lucis ad tenebras.

1. Cor. 16, 13. Ergo quia ita est, 'state in fide et viriliter agite' seniorique vestro domino imperatori fidem specialiter repromissam, sicut coepistis, inconvulsam servate et in melius confortati eiusdem honori seu profectui providete ac ne pro temporalibus aeterna, pro corporalibus spiritalia, pro terrenis caelestia gaudia amittatis, summopere decertate, Matth. 10, 22; 24, 13. scientes quia adiuvante illo, qui dicit: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit', et posse vobis caelitus dabitur et perseverantia tribuetur opeque summae divini- cf. Ps. 30, 25. tatis vestrum cor confortabitur, immo et ad omnes inimicorum insidias reprimendas confortabit Dominus mentes vestras in caritate et gratia et tuebitur vos in saecula saeculorum, ut iterum atque iterum benedicatur Dominus et pater domini nostri Iesu Christi, et a nostro pontificatu, immo ab universis Christi fidelibus vobis innumerae gratiae referantur. Porro si qui adhuc, quod minime credimus, in aliquo laesi[a] quicumque vestrum reperti fuerint, hortamur, ut resipiscant et dignam emendationem se corrigendo exhibeant. Nam cuiuscumque sit sublimitatis, dignitatis vel ordinis, qui cum praesentibus legatis nostris, Iohanne videlicet[1] et Iohanne[2] venerabilibus episcopis, dilectis quoque familiaribus nostris, quos vice nostra illas in partes ad examinanda simulque diffinienda canonice sive legaliter quae hoc anno inter utrosque fratres[3] emersere negotia[b], convenire in loco ab eis designato[4] eisque satisfacere humiliter detrectaverit, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum Petri et Pauli nostraeque mediocritatis veniam[5] sibi deinceps noverit denegari, nec amodo communionis nostrae futurum fore consortem, qui socius esse noluerit disciplinae. Optamus sanctitatem vel gloriam vestram in Christo bene valere.

DATA XIII. KALENDAS MARTIAS, INDICTIONE VIIII.*

6.

Iohannes VIII. papa episcopos Galliae, qui contra Karolum (Calvum) imperatorem cum Ludovico (Germanico) conspiraverant, increpat et ad seniorem suum reverti iubet.

(876 Febr. 17.)

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 429 n. 6 e cod. s. Remigii Remensis = Bouquet Recueil VII, 463 n. 6 = Mansi Conc. coll. XVII, 234 n. 318 = Migne Patr. lat. CXXVI, 665 n. 21. — Reg.: Jaffé 3038 (2266).

** Relatione vera didicimus, quod dilecto ac spirituali filio nostro Karolo gloriosissimo imperatore augusto, seniore vestro, ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli principum veniente ibique, ut christianissimum decet ecclesiae Christi patronum, vota sua prisco iam tempore praeoptata domino Deo humiliter exsolvente augustaleque diadema sibi divinitus sine dubio collatum per humilitatis nostrae ministerium accipiente fratri eius, Hludovico scilicet regi, si tamen[6] rex iure dici debeat, qui mentis suae motus in abruptum impietatis cadentes non rexit, in regnum ipsius collecta populi nefandi multitudine intranti et paganorum more ecclesiam Dei, populum videlicet pretioso Christi

---

*) Recitata in synodo Pontigonensi *add. Sirm., cf. Ann. Bertin. a. 876, ed. Waitz p. 128.*

**) *Superscr. apud Sirm.:* Ad episcopos, qui a Carolo desciscentes Ludovico regi adhaeserant.

a) *Hic locus corruptus esse videtur.* b) misimus *supplendum est; cf. tamen p. 323 l. 15 et p. 326 l. 5.*

1) *Aretino.* 2) *Tuscanensi.* 3) *Scil. Karolum Calvum et Ludovicum Germanicum.* 4) *Pontigone, ubi conventus a. 876 Iun. 21—Iul. 16 congregatus est, MG. Capit. II, 347 n. 279, cf. Dümmler l. l. II, 407 sqq.* 5) *Cf. Leonis I. epist. Reg. Jaffé 402, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 280.* 6) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2750, ed. MG. Epist. VI, 284 l. 19.*

cruore redemptum, in pace positum conturbanti, relictis vestris concivibus atque sodalibus, qui Deo et seniori suo fideles procul dubio esse videntur, haerere atque cum eo adversus dominum gentem et populum vestrum ab statu vestrae fidelitatis et promissione divinorum sacramentorum contra sacri ministerii vestri officium et contra sponsionis ac fidei vestrae iusiurandum arma cum hostibus elevare pariterque nefanda et impia committere praesumpsistis. Heu pro dolor! quare tantae iniquitatis scelus sponte committere, quare tantae infidelitatis malum mundo universo sicut Iudae Scariothis execrabile in exemplum ostendere non dubitastis? Quae gens hoc audiens vos non odiat? Quod regnum vos exosos fore non iudicet, quando etiam gentibus, quae Deum verum utique ignorant, tale committere nefas videtur incongruum? Quare pro terrenis lucris vel minis eos, quos societate et unanimitate vestra defendere salvareque ut vosmet debuistis, appetere et cum inimicis persequi non contempsistis, cum dicente Domino 'maiorem [Io. 15, 13.] caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis'? In quo scilicet vos eam quae per dilectionem operatur caritatem, sine qua impossibile est placere Deo, [cf. Gal. 5, 6.] in qua totam legem et prophetas pendere scimus, nullatenus constet[a] habuisse, quin [cf. Matth. 22, 40] potius Cain fratricidam diu mente gessisse. Nonne lux mundi et sal terrae veritate ad- [cf. Matth. 5, 13—14.] testante vos estis, qui verbis pariter et exemplis quasi luminaria mundo lucere omnibus [cf. Phil. 2, 15.] atque insulsas hominum mentes sapientiae caelestis sale condire instantissime debetis? Nonne vos posuit spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo? Nonne magis vestrum erat docere populum, non autem in tam perversis rebus assensum praebere? Dolemus itaque de vobis quasi de membris corporis Christi, [cf. Eph. 5, 30.] dicentes cum propheta: 'Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, sensus cordis mei [Ier. 4, 19.] turbati sunt', et iterum: 'Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacri- [Ier. 9, 1.] marum, ut plangam populum istum die ac nocte?'

Quapropter monemus, hortamur et saluti vestrae volentes pro affectu consulere magnopere suademus, ut resipiscentes tantae iniquitatis auctore scelesto relicto ad Deo dilectum imperatorem, seniorem vestrum augustum, toto animo fidelique voluntate reverti ac deinceps ei fideliores existere omnibus modis procuretis. Nam vestrum erat pacem [cf. Eph 2, 17.] adnuntiare his qui prope et his qui longe sunt, dicente Domino: 'Supra montem ex- [Is. 40, 9.] celsum ascende tu, qui evangelizas Sion', 'clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem [Is. 58, 1.] tuam'; vestrumque erat adnuntiare populo scelera et peccata sua, ne sanguis eorum de [cf. Ezech. 3, 18] manu vestra a Domino requiratur, non ut dictum est[1] sequi. Et ideo contaminati estis secundum prophetam dicentem: 'Vae quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum et in [Is. 6, 5.] medio populi polluta labia habentis ego habito', et communicantes pravis eorum scele- [cf. Eph. 5, 11.] ribus infructuosisque operibus vos reprehensibiles ostendistis. Tamen quia scimus procul dubio late patere viscera pietatis Dei, revertimini et nolite de cetero iugum cum infide- [cf. 2. Cor. 6, 14.] libus ducere, nolite amplius imitari eos, qui pacis sanctae foedera violant, unitatem dividunt et in agro dominico zizania superseminare ad propriam infelicitatem praesu- [cf. Matth. 13, 25.] munt. Revertimini et sectamini carismata meliora nec iterum antiqui hostis versutiis [cf. 1. Cor. 12, 31.] pareatis, sed sicut Dei ministri Domini praecepta sequentes in omnibus cum iam dicto imperatore, carissimo filio nostro, perfecte stare satagite, quia si cum praefato rege Hludovico vel aliquo filiorum eius ad scandalum et regni perturbationem manere aut eis aliquod adiutorium modo quolibet praebere temptaveritis et non potius ad eundem dilectum filium nostrum caesarem augustum certissime redieritis atque cum eo adversus

---

6. a) constat *coni. Perels.*

1) *Cf. Coelestini I. papae epist. Reg. Jaffé 371, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 278:* Docendus est populus, non sequendus, *ad quem locum iam supra papa l. 20 alludit.*

eius inimicos viribus totis fideliter non steteritis, scitote vos per auctoritatis nostrae legatos anathemati submittendos.

Praesentes autem missos nostros, Iohannem videlicet et Iohannem venerabiles episcopos[1] dilectosque familiares nostros, benigne admittite, iniunctam sibi legationem [cf. Luc. 10, 6.] intelligenter audite et efficaciter obaudite, ut in hoc, quam vere sitis filii pacis, cunctis [cf. 2. Cor. 5, 20; Eph. 2, 14] detur intelligi et neminem possit latere mortalium. Pro Christo enim, qui est pax nostra, legatione funguntur, cum procul dubio a sede apostolica pro pace mittuntur. Optamus vos in Christo nunc et semper bene valere*.

7.

Iohannes VIII. papa episcopos orientalis Franciae vehementer arguit, quia Ludovicum (Germanicum) regem non ab invadendo regno Karoli (Calvi) fratris prohibuerint; se eos excommunicaturum minatur, nisi resipiscant et paci una cum legatis suis consulant.

(876 Febr. 17.)

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 423 n. 3 e codd. s. Remigii Remensis et Virdunensi = Bouquet Recueil VII, 460 n. 4 = Mansi Conc. coll. XVII, 227 n. 315 = Migne Patr. lat. CXXVI, 667 n. 22. — Reg.: Jaffé 3039 (2267).

IOHANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLUDOVICI GLORIOSI REGIS BAIOARIAE CONSTITUTIS.

[cf. 2. Cor. 11, 28.] Apostolicae moderationis ordinem sequimur, si ecclesiarum Dei sollicitudinem [cf. Ezech. 13, 5.] retinentes pro domo spiritalis Israelis murum correctionis opponimus et concordantes animos aut sub ecclesiasticae pacis unione complectimur aut discordes ad concordiae [cf. Matth. 13, 25.] gratiam revocamus aut certe inter nos et illos, qui apostatae angeli, zizanii scilicet seminatoris, fraudibus irretiti sanctae sedi apostolicae concordare despiciunt, sartaginem [cf. Ezech. 4, 3.] ferream iuxta Ezechielis prophetae magisterium collocamus. Reversurus enim ad patrem Dominus pacis bonum discipulis attentius commendavit eamque quasi testamentum fir- [Io. 14, 27.] missimum futuris heredibus dereliquit dicens: 'Pacem meam do vobis, pacem relinquo [Eph. 4, 3—4] vobis'; et beatus apostolus Paulus ait: 'Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae', quia videlicet ad unam vocationis spem nequaquam pertingunt, si non ad eam cum proximis unita mente curratur. Quapropter sicut filii Dei, qui ex testamento eius sibi per apostolos derelicto pacem custodiunt, ita nimirum diaboli sunt filii, qui pacem con- [cf. Io. 8, 44.] fundunt. Ille quippe ab initio mendax fuit et in veritate non stetit, eiusque invidia, [cf. Sap. 2, 24.] sicut scriptum est, mors introivit in orbem terrarum. Nam dum protoplastis invidens deceptionis laqueum iam deceptus utique a semet ipso composuit, mortis poculum mortalibus propinavit et quos immortales obedientiae merito futuros noverat, inobedientiae venenis infecit sicque in omnes homines mortis sententiam vitae hostis induxit. Denique iisdem laqueis, quibus protoplastos deceperat, adhuc Adae filios iugulat et odio suae ambitionis fraterna corda dissociat, ita ut quos unum patris femur tenuerat[2], iam Galliae omnes non capiant, fraternis provectibus frater invideat et quem monitis apostolicis saepius etiam in durissimis casibus obsequentem sequi despexerat, hunc a sede apostolica sibi praelatum doleat, immo ut Cain fratris hostia, scilicet obedientia, stimulatus contra fratrem frendens occurrat, fideles eius fraudibus diversis inficiat, ad

---

*) Recitata in synodo Pontigonensi *add. Sirm.; cf. supra p. 318 ann.* *

1) *Cf. supra p. 318 ann. 1 et 2.* 2) *Scil. Karolum Calvum et Ludovicum Germanicum.*

peierandum terribilis Dei nomen impellat, pacem regni diuturno fratris studio radicatam corrumpere gestiat et lactatus a peccatoribus suis dumtaxat complicibus adquiescens pedes suos ad malum currere faciat, madentibus adhuc campis Fontanicis[1], quos in cf. Prov. 6, 18. iuventute sua humano sanguine tinxerat, in senectute decrepita minarum et caedis spirans ad fundendum christianorum multorum sanguinem pro sua singulari ambitione discurrat. Et qui amore fratris a sede apostolica obedientiae suae merito benedictionem sperare suumque piis operibus propagare debuerat, alterius regnum pervicaciter sibi suis armis subiugare desiderat, scilicet ut quos armis acquirit, ditione possideat et colla vetustae libertatis ingenua nova servitute prosternat. Quis hoc, dilectissimi nobis, nisi antiquus humani generis adversarius inter tales ac tantos fratres, quos nos pari spiritus amore complectimur, per suos satellites operatur, qui dum bonorum provectibus invidet, in agro sanctae Dei ecclesiae semper zizania seminare contendit? Quis hoc, carissimi, cf. Matth. 13, 25. nisi diabolus operatur, qui Karoli virtutibus ab ineuntis aetatis principiis invidens eiusque religiosum propositum longius propagari pavescens, levibus primo iaculis quamquam frequentibus lacessivit, deinde adversitatibus multis quasi durissimis arietibus stimulavit, fideles eius frequentissime rebellare suasit, in procinctu contra Nortmannos pro ecclesiae Dei liberatione pugnanti et inimicos crucis Christi usque ad ultimam deditionem con- cf. Phil. 3, 18. stringere satagenti[2] senioris vestri utrimque[a] animum ad invasionem relicti imperii suscitavit, ipsos familiares, ipsum postremo filium[3] ad eius extinctionem hostiliter provocavit, et ne quandoque ad imperium, quod ei constat non humano collatum beneficio, licet per nostrae mediocritatis ministerium, sed divino pertingere potuisset, tota fraudulentiae suae virtute prohibuit, tota consilii sui versutia debellare contendit? Sed Deus omnipotens, cuius providentia per mutabilium rerum principes mundi latitudo gubernatur et regitur, hunc flagellis erudiri voluit, deprimi penitus, sicut vobis est cognitum, numquam permisit et afflictiones sanctae suae ecclesiae per eum specialiter, sicut divinitus revelatum fuerat et nunc veraciter credimus, tandem aliquando relevare contendens hunc a decessoribus nostris, reverendae scilicet memoriae Nicolao et Adriano pontificibus[4] diu quidem desiderari voluit, tandem usque ad haec periculosissima tempora, quibus a Belial filiis pene tota vallatur Italia, misericorditer reservavit, angelicis ductibus vias cf. ex. gr. Deut. 13, 13. eius per invia loca direxit, frustratis insidiis ei compositis liberavit, paludes lubricas equitabiles reddidit, vada profundorum fluminum multis saeculis incognita transmeabilia demonstravit, ei clementis contra naturam cedentibus dissidentium corda perterruit, non solum sine sanguine, verum etiam cum magnis honoribus hinc inde gaudentibus populis Italiam penetrare permisit et per apostolicae sedis privilegium cunctorum favoribus approbatum sceptris imperialibus sublimavit, ut qui per tot annos communibus peccatis merentibus pro defectibus sanctae Dei ecclesiae diversis modis affligimur, per eius sollicitudinis expertam prudentiam consolemur, per quem Gallicanarum ecclesiarum status et totius religionis vigor illis in partibus plausibiliter refloruisse cognoscitur. Haec itaque hostis humani generis futura prospera praecavens, dilecti filii nostri Hludovici gloriosi regis vestri, si tamen filius dici meretur, qui apostolicae sedis monitis per antecessores nostros perque nos ipsos prolatis semper inobedientissimus extitit, si gloriosus dici debet, cui contra christicolas bella[5] geri placuit nullos habitura triumphos, si rex dici potest[6], qui semet ipsum regere noluit, quominus contra fratris absentiam inglorius pugnavisset, animos incitavit, ut neque divinum timorem prae oculis retinens, neque imminens sibi iudicium provectae senectutis agnoscens, neque sanguinis affinitatem fraternaque pacta

a) *pro* vestrumque? *cf. p. 324 l. 42.*

1) *Meminit pugnae a. 841 commissae.* 2) *In obsidione Andegarensi a. 873, cf. Dümmler l. l. II*[2]*, 361.* 3) *Karolomannum.* 4) *Cf. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' p. 148 ann. 1.* 5) *Lucan. Pharsal. I, 12.* 6) *Cf. supra p. 318 ann. 6.*

perpendens, sed neque christianae religionis disciplinam custodiens tam decessorum nostrorum scripta, quam recentia nostra monita contra morem religiosorum principum et, quod est mirabilius, contra consuetudinem tyrannorum veterum parvipendit et indictum sibi a nobis tempus, cum mediantibus nobis cum fratre iure pacisceretur, praeripiens, quantum in se fuit, per vestram negligentiam sive condescensionis[a] audaciam fratris absentis regnum pervasit ac per hoc totius ecclesiae Dei pulcritudinem maculavit, pacem corrupit, religionem fugavit et, ut cum Terentio[1] compendiose dicamus, dum in alieno bonorum extortor et legum contortor apparuit, cunctis criminibus licentiam relaxavit. Nos etenim quamvis illum, quem interim filiolitatis amore complectimur, oppido reprehensibilem non negemus, vos tamen multo reprehensibiliores agnoscimus, qui in illis partibus sacerdotali magisterio praediti et apostolatus nostri recentibus monitis instituti, dum ex officio vestro restitisse libere nunquam videmini, procul dubio consensisse probamini, et vos, qui pastores dicimini, gregem vobis creditum, quia non retraxistis, utique ad praecipitium provocastis. Et ubi est, quaesumus, quod vice[b] Christi in ecclesia fungimur, si pro Christo contra insolentiam principum non luctamur, praesertim cum Eph. 6, 12. secundum apostolum non sit 'nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates'? Ubi est quod episcopi dicimur, si de sublimibus eccle- cf. Ezech. 33, 6. siasticae discretionis speculis gladium venientem non cernimus, cernentes, ut devitetur, annuntiare diffugimus? Enimvero sacerdotes non ad gratiam, sed ad pompam immerito dici cognoscimur, si quos docere debuimus, sequi contendimus[2], si quos corrigere debuimus, saltem verbis pastoralibus non terremus. Hinc[3] Dominus per Esaiam prophetam Is. 56, 10. sacerdotum taciturnitates increpat dicens: 'Canes muti, non valentes latrare'; hinc per Ezechie- Ezech. 13, 5. lem sacerdotum negligentias arguit dicens: 'Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.' Ex adverso quippe ascendere est pro defensione gregis libera voce huius mundi potestatibus contraire, et in die Domini in praelio stare est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere, quod rursum per eundem prophetam deterret Ezech. 3, 18. inquiens: 'Si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram'. Quid ad haec dicemus, fratres? Forsitan ideo vos excusabiles creditis, quia regem non arguendum dicitis, sed monendum? Ad haec apostolica tuba respondet: Act. 5, 29. 2. Tim. 4, 2. 'Obedire oportet Deo magis quam hominibus', et Paulus Timotheo: 'Argue, obsecra, in- 1. Tim. 6, 17. crepa in omni patientia et doctrina'; item Tito: 'Divitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere neque sperare in incerto divitiarum suarum.' Aut persecutionem quam- Matth. 10, 23 libet praecavistis? Sed a Domino iussum est ita: 'Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.' Aut mortem, quae cunctis ultima poena est, timuistis? Sed Matth. 10, 28. idem redemptor noster in evangelio nos hortatus est dicens: 'Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.' Verum quia nihil horum, quia nec inferendum vobis ab aliquo fuerat, timuistis, restat procul dubio, quia non solum secundum prohibitionem sedis apostolicae compatriotas vestros ab invasione regni alterius sacerdotaliter non vetuistis, immo cupiditati eorum vestri favoris conniventiam sociantes quasi pulvillos sub cubito eorum manuum consuistis et illud vae vobis propheticum Ezech. 13, 18. maturastis, quo dicitur: 'Vae his, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas.' Quasi enim pulvillo cubitus vel cervicalibus caput iacentis excipitur, dum[c] correctionis duritia peccanti subtrahitur eique mollities favoris adhibetur, ut in errore molliter iaceat, quem nulla contradictionis asperitas pulsat. Sed haec rectores, qui semet ipsos diligunt, his procul dubio, iuxta quod beatus praedecessor noster Gregorius[4]

7. a) con condescensionis *Sirm.* b) vicem *Sirm.* c) cum *Gregor. cf. ann. 4.*

1) *Phormio v. 374.* 2) *Cf. supra p. 319 ann. 1.* 3) *Cf. Gregorii I. Regulam pastoralem II, 4 = Registr. I, 24 ed. MG. Epist. I, 32.* 4) *Cf. Gregorii I. Regulam pastoralem II, 8.*

meminit, exhibent, a quibus se noceri[a] posse[b] studio gloriae temporalis timent. Quid igitur, fratres, si tamen adhuc fratres dici meremini, qui sedis apostolicae salubria monita contemnentes pro Christo legatione functi non estis, vobis agendum est, nisi ut tandem [cf. 2. Cor. 5, 20.] aliquando cum sancta sede apostolica sentientes tam dilectum filium nostrum Hludovicum regem vestrum, quem paternis affectibus adhuc complectendum decernimus, quam cunctos illius regni subditos voce libera moneatis et ab invasione sive oppressione imperii dilecti filii nostri Karoli semper augusti penitus compescatis nunquamque de reliquo sive blandimentis sive terroribus consensum quemlibet favoremve praestetis ad funestum praelium conserendum et christianorum sanguinem profundendum, si non vultis amissis sacerdotalibus infulis ab apostolica communione praesentialiter sequestrari et perpetuis anathematis vinculis, quod nunquam cupimus, obligari. Nam[1] cuiuscumque sit gradus, ordinis, sublimitatis sive professionis, qui cum praesentibus legatis nostris, Iohanne Siculensi[2] itemque Iohanne Tuscanensi venerabilibus episcopis, quos vice nostra illas in partes ad examinanda simulque diffinienda canonice sive legaliter quae hoc anno inter utrosque emersere negotia, convenire in loco ab eis designato eisque satisfacere humiliter detrectaverit, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli nostraeque mediocritatis veniam sibi deinceps noverit denegari nec amodo communionis nostrae, ut verbis sanctissimi nostri praedecessoris[3] utamur, futurum esse consortem, quisquis esse noluerit disciplinae. Optamus sanctitatem vestram sedis apostolicae monitis obsequentem semper in Christo bene valere*.

8.

Iohannes VIII. papa comites in regno Ludovici (Germanici) positos simili modo ac episcopos (cf. n. 7) arguit. *(876 Febr. 17.)*

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 426 n. 4 e cod. s. Remigii Remensis = Mansi Conc. coll. XVII, 230 n. 316 = Migne Patr. lat. CXXVI, 672 n. 23. — Reg.: Jaffé 3040 (2268).

IOHANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS GLORIOSIS COMITIBUS IN REGNO HLUDOVICI REGIS BAIOARIAE CONSTITUTIS.

Ministerii nostri est universalis ecclesiae Dei sollicitudinem secundum beati Pauli [cf. 2. Cor. 11, 28.] apostoli sententiam circumferre et quid in qualibet mundi parte congruat sive non congruat, censoria gravitate depromere, quatinus oves dominicae, quae vocem pastoralis nostrae sollicitudinis cognoscentes pastorum principem humiliter audiunt, in ovile dominicum recognitae collocentur et oves morbidae, quae pervicaciter negligunt, ab ovili dominico, ne sanas vicini pecoris contagio laedant, quia nimirum multa corporibus transitione nocent, per apostolicae auctoritatis ministerium repellantur. Scriptum quippe est: [Ier. 15, 19.] 'Si separaveris carum a vili, quasi os meum eris'; et iterum: 'Auferte malum de medio [Deut. 13, 5; 17, 7; 19, 19;] vestri', et Dominus in evangelio praecipit, ut si oculus pes vel manus scandalum nobis [Matth. 5, 29. 30.] generat, abscidatur atque proiciatur, et illud post alia: 'Si ecclesiam non audierit, sit [Matth. 18, 17.]

*) Recitata in synodo Pontigonensi *add. Sirm., cf. Hincmari Annales ad a. 876, ed. Waitz p. 130.*

a) *ita Gregor.*, minus *Sirm., forte* minui *?* b) in *add. Gregor.*

1) *Cf. p. 318 l. 15 sq.* 2) *Legendum est* Ficuclensi *('Cervia'). De Iohanne episcopo Ficoclensi cf. MG. Epist. VI, 774 et supra p. 244 n. 277. Ad synodum vero Pontigonensem praeter Iohannem Tuscanensem Iohannem Aretinum missum esse ex ipsius synodi actis (Capit. II, 349) et Hincmari Annalibus (ed. Waitz p. 128/9) satis constat. Nomen Iohannis Ficoclensis errore hic positum esse, utpote qui fortasse prius ad hanc legationem destinatus sit, putat Dümmler l. l. II², 404 ann. 2. Pro 'Ficuclensi' 'Sabinensem' episcopum perperam coniecit Lapôtre 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 260 ann. 2.* 3) *Cf. p. 318 ann. 5.*

2. Thess. 3, 14. sicut ethnicus et publicanus'; item apostolus: 'Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum illo.' Quibus testimoniis evidentissime provocamur, ut vos, quos contemptis apostolicae sedis epistolis regnum dilecti filii nostri Karoli christianissimi imperatoris contra interdictum nostrum, immo contra Dei omnipotentis timorem pervadere, sicut audivimus, pacemque sanctae Dei ecclesiae corrumpere temptavistis, a corpore totius eiusdem ecclesiae, quam per antecessores nostros perque nosmet ipsos vos suis epistolis commonentem audire hactenus noluistis, sequestrari praesentialiter debeatis. Sed quoniam sanctae sedis apostolicae miseratio vos interim filiorum dilectione complectitur et dissimulare peccata vestra magis quam punire velle cognoscitur, has iterum caritati vestrae sanctae Dei ecclesiae litteras destinamus hortantesque instamus, ut divini iudicii memores et fraterni foederis recordantes imminentemque vestrae vocationis diem ultimum praecaventes, fraudem diabolicam, per quam cf. Sap. 2, 24. mors introivit in orbem terrarum, effugiatis, discordiam, quae nutrix est cunctorum criminum, quasi venenum pestiferum declinetis, ne similes ei efficiamini, de quo Salomon Prov. 6, 12–14. ait: 'Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum et in omni tempore iurgia seminat.' Pacem cf. Matth. 5, 8. 9. et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, diligatis, quoniam sicut pacifici sunt a Domino non solum beati, sed etiam filii Dei vocati, ita Satanae sunt filii, qui pacem confundunt. Nam discordes tam diu nullum boni operis Deo sacrificium immolant, Matth. 5, 23–24. quam diu a proximorum caritate discordant. Unde per Matthaeum praecipitur: 'Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare et vade prius reconciliare[a] fratri tuo et tunc veniens offer munus tuum.' In qua dominica praeceptione pensandum est, quorum hostia respuitur, quam intolerabilis culpa monstratur. Cum enim mala praeterita bonis operibus diluantur, pensare debetis, o prudentissimi comites, quanta sunt mala discordiae, quae nisi extincta fuerint, bonum sacrificii subsequi non permittunt. Quis itaque, dilectissimi, vos ad tantae discordiae crimina, nisi antiquus humani generis adversarius, cf. Matth. 13, 25. provocavit? Qui ex angelo factus apostata bonae messi semper zizania superseminare 1. Petr. 5, 8. laborat. De cuius aviditate per apostolum dicitur: 'Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret, cui resistite fortes in fide.' Et certe cf. Iac. 2, 26. fides sine operibus mortua est, et beatus Paulus collatis multis virtutibus caritatem, cf. 1. Petr. 4, 8. 1. Cor. 13, 8. quae multitudinem peccatorum operit, praetulit dicens: 'Sive prophetiae evacuabuntur ib. v. 13. sive linguae cessabunt sive scientia destruetur', et infra: 'Nunc autem manent fides spes caritas, tria haec, maior autem his est caritas.' Unde bene per Iohannem dicitur: 1. Io. 4, 16. 'Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo' Constat ergo, cf. Prov. 6, 14. quia qui in Deo non manet, in diabolo manet, cuius membra sunt omnes, qui iurgia Io. 8, 44. seminant et ecclesiasticam disciplinam recusant, quibus veraciter dicitur: 'Vos ex patre diabolo estis.' Qui[1] videlicet Karoli virtutibus ab ineuntis aetatis principiis invidens eiusque religiosum propositum longius propagari pavescens, multis adversitatibus lacessivit, fideles eius frequentissime rebellare suasit, in bello contra Nortmannos pro ecclesiae Dei liberatione pugnanti eosque usque ad ultimam deditionem compellere satagenti senioris vestri, parentum quoque sive vestrum animum ad invasionem relicti eius imperii, sicut et modo fecisse dinoscitur, suscitavit, ipsos familiares, ipsum postremo filium ad eius exterminium hostiliter provocavit, et ne quando ad imperium, quod ei constat non humano collatum beneficio, licet per nostrae mediocritatis ministerium, sed divino pertingere potuisset, tota fraudulentiae suae virtute prohibuit, tota consilii sui versutia debellare certavit. Sed Deus omnipotens, cuius providentia per mutabilium

8. a) reconciliari *Vulg.*

1) *Quae sequuntur usque* permisit *(p. 325 l. 2) cum epist. 7 (p. 321 l. 13—25) concordant.*

rerum principes totius mundi latitudo gubernatur et regitur, hunc flagellis erudiri frequentibus voluit, deprimi penitus, sicut a vobis crebro probatum est, nunquam permisit, ut scilicet futurus imperator in regni potestate disceret, quantum timere Dominum in prosperis, quantum in adversis Deo confidere debuisset. Et quidem reprehensibilis esset, si metas sui regni ingrediens fines alterius usurpasset, si fideles alterius sollicitans ad periurium, sicut vos fecisse probamini, compulisset, si pacem regni, sicut vos facitis, temerasset. Nunc vero cum divinitus praescitus et praedestinatus non a semet ipso, sed ab ecclesiae Dei filiis invitatus advenerit, sine sanguine sola sua benevolentia huius Italiae fortissimos sibi duces devinxerit[1], angelico munere vias suas per invia loca directas inspexerit, frustratis insidiis ei compositis divinitus liberatum se senserit, paludes invias sibi pervias factas invenerit, vada profundorum fluminum velut alter dux Israeliticus exercitibus suis pene sicca repererit, miramur et obstupescimus, cur eum a Domino praelatum non intelligitis vos, qui sensibiles estis, quem elementa insensibilia sensisse videntur. Miramur et obstupescimus, cur parricidalia contra eum arma sustollitis, quem ab ipsa sua infantia multis adversitatibus fatigatum vidistis, superatum vero protegente Domino minime cognovistis. Miramur, inquam, et obstupescimus, cur eum, quem obedientiae suae merito vobis divinitus praelatum cognoscitis, non sicut revera imitabilem sequimini, sed sicut detestabilem, quantum in vobis est, persequi laboratis, cum si exemplo illius obedientiae vos sancta sedes apostolica sibi aliquoties devotiores cognosceret, benedictionis suae vos et in hoc saeculo gratia debriaret et in futuro ad hereditatem regni caelestis admitti suis continuis precibus impetraret. Sed quando sanctae sedi apostolicae debitam vos obedientiam servaturos putabimus[a], quos contra Dei omnipotentis ordinationem tam manifestis indiciis rebellare videmus? Neque enim contra Karolum est murmur vestrum, sed contra Dominum, cuius est regnum et cui volucrit ipse dat illud, qui etiam per Salomonem dicit: 'Per me reges regnant', item per doctorem gentium testatur dicens: 'Non est potestas nisi a Deo', et iterum: 'Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.' 'Redite igitur praevaricatores ad cor', et quia mors non tardat, nolite differre de die in diem. Nolite socialia bella committere, nolite parricidales gladios in perniciem vestri sustollere. Nolite Fontanicum detestabile praelium revocare[2], quia sicut qui pro ecclesiae Dei defensione moritur, suo sanguine coronatur, ita qui contra Dei ecclesiam pugnans ut refuga christianitatis perimitur, procul dubio condemnatur. Nolite, carissimi, pro brevibus vitae commodis aeternae remunerationis vobis ianuam claudere. Nolite pro rebus transitoriis aeternorum bonorum commoda praeterire, quia iuxta beati Marci sententiam nihil prodest homini, si lucretur totum mundum, animae vero suae detrimentum patiatur. Huius rei gratia generalitatem vestram, quam paterno affectu complecti volumus, his apostolicae auctoritatis litteris identidem hortamur ac obtestamur, ut tandem aliquando nobiscum pariter sentientes tam dilectum filium nostrum Hludovicum[3], gloriosum regem vestrum, si tamen filius dici meretur, qui apostolicae sedis monitis semper inobedientissimus extitit, si gloriosus dici debet, qui adhuc in senectute decrepita christiani sanguinis effusionem desiderat, si rex dici debet, qui neque vos neque semet ipsum regere valuit, quominus absentis fratris regni pacem corrumperet, quam[4] cunctos vestri regni homines voce libera moneatis et ab invasione sive oppressione imperii dilecti filii nostri Karoli semper augusti funditus retrahatis nunquamque de reliquo sive blandimentis sive terroribus assensum quemlibet

cf. Exod. 14, 22. cf. Dan. 4, 14. et 22. Prov. 8, 15. Rom. 13, 1. ib. v. 2. Is. 46, 8. cf. Eccl. 14, 12. 5, 8. cf. Marc. 8, 36.

8. a) putauimus *Sirm.*

1) *Qui partim m. Septembri 875, partim m. Februario 876 Papiae Karolum regem Italiae collaudaverant. — Cum eis, quae sequuntur, cf. supra n. 7 (p. 321 l. 29 sqq.).* 2) *Cf. n. 7 p. 321 l. 3.* 3) *Quae sequuntur, iterum cum epist. 7 (p. 321 l. 39 sqq.) concordant.* 4) *Cf. n. 7 p. 323 l. 5—9.*

favoremve praestetis ad funestum praelium inferendum et christianorum sanguinem, quod Dominus averterit, effundendum. Nam cuiuscumque sit sublimitatis dignitatisve persona, quae praesentibus legatis nostris Iohanne Siculensi itemque Iohanne Tuscanensi venerabilibus episcopis[1], quos vice nostra illas in partes ad examinanda simulque diffinienda canonice sive legaliter quae hoc anno inter utrosque fratres emersere negotia, convenire in loco ab eis designato eisque satisfacere humiliter detrectaverit, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum Petri et Pauli nostraeque mediocritatis veniam sibi deinceps noverit denegari nec amodo communionis nostrae futurum fore consortem, qui socius esse noluerit disciplinae. Optamus gloriam vestram apostolicis monitis obsequentem semper in Christo bene valere[2].

9.

Iohannes VIII. papa universis per Gallias et Germanias constitutis mittit sententias in synodo Romana die 19. Apr. de Formoso episcopo Portuensi, de Gregorio nomenculatore eorumque complicibus prolatas. *876 Apr. 21.*

Edd.: Sirmond Conc. ant. Galliae III, 431 n. 7 e cod. Remensi = Mansi Conc. coll. XVII, 236 n. 319 = Migne Patr. lat. CXXVI, 675 n. 24. — Reg.: Jaffé 3041 (2270).

IOHANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ABBATIBUS SACERDOTIBUS CUNCTISQUE IUDICIBUS ET UNIVERSO POPULO PER OMNES GALLIAS ET GERMANIAS CONSTITUTIS.

Zelo christianae religionis ecclesia Dei quae penes nos est, instinctuque dilecti filii nostri serenissimi imperatoris, immo spiramine Spiritus sancti commonita pro diversis ecclesiae Dei referendis incommodis contra Gregorium nomenculatorem et Georgium generum eius[3], duo scilicet iniquitatis vasa contra excelsi Dei religionem pugnantia, tam praeterito mense Februario praesentis nonae indictionis per Petrum venerabilem Forosemproniatem episcopum penes praefatum spiritalem filium lacrimabilem suggestionem deposuit[4], quam nostram quoque pontificalem suggestionem pridie kalendas Aprilis die contra eosdem per semet ipsam offerre curavit. Quapropter nos per Zachariam et Gaidericum venerabiles episcopos[5] et Christophorum sedis apostolicae primicerium[6] eis suggestionum contestationem emisimus admonentes atque iubentes, ut si aliquid de conscientiae suae puritate confiderent, ad condictum venire studerent examen. At illi mollibus sermonibus et exquisitis adinventionibus se quidem venturos et ad voluntatem nostram cuncta se emendaturos dixerunt, sed de die in diem sub obtentu aegritudinis tam diu iudicii diem distulerunt, donec aut nos cum fidelibus ecclesiae Dei potuissent perimere aut Sarracenos, quos iam per suos familiarissimos aeque Sarracenos invitaverant,

cf. Gen. 49, 5.

1) *Cf. n. 7 p. 323 ann. 2. Quae sequuntur concordant cum epist. n. 5 et 7 (p. 318 l. 16sqq. et 323 l. 12sqq.).* 2) *Haec quoque epistola in synodo Pontigonensi die 22. Iun. recitata esse videtur, cf. Hincmari Annales, ed. Waitz p. 129:* lectae sunt epistolae a domno apostolico laicis missae. 3) *De quibus eorumque processu et fuga cf. Auxilii In defensionem sacrae ordinationis papae Formosi lib. I c. 4, ed. Dümmler 'Auxilius und Vulgarius' p. 63; Dümmler 'Geschichte des ostfränk. Reiches'* [2] *III, 27; Lapôtre l. l. p. 25sqq., 37sq., 60sq., Gregorovius 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter'* [5] *III, 171sq.; L. M. Hartmann 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 2 p. 23sqq.* 4) *Papiae, ubi Karolus usque ad finem mensis Februarii morabatur, cf. Dümmler 'Geschichte des ostfränk. Reiches'* [2] *II, 401. Petrus episcopus iterum m. Iulio legatione apostolica ad synodum Pontigonensem functus est, cf. supra p. 3 ann. 7, p. 6.* 5) *Anagninum illum, Velitrensem hunc qui ambo iterum a. 878 legatione simul fungebantur, cf. supra p. 79 ann. 2, 3 et p. 189 ann. 10, 14.* 6) *Qui nonnisi in duobus privilegiis eiusdem anni (Reg. Jaffé 3052, 3053) per manum eius datis occurrit, cf. Halphen 'Études sur l'administration de Rome' p. 95.*

in Romanam urbem ad perditionem omnium intromittere valuissent. Cumque nos contra utramque fraudem iuvante Domino praeparatos vidissent et imminere sibi iudicii statutum diem cognoscerent, decepti se cum quibusdam suis complicibus, videlicet Formoso episcopo[1], Stephano secundicerio et Sergio magistro militum[2] et Constantino nomenculatoris filio, quos non nostrae conventionis iudicium, sed reatus propriae conscientiae stimulabat, contra salutem reipublicae et regni dilecti filii nostri Karoli serenissimi principis, cui semper infideles fuerunt et cuius provectioni semper detraxerunt, conspirantes, nescimus quo profecturi, noctis silentio cum adulteris clavibus portam[a] Urbis quae vocatur sancti Pancratii aperuerunt et cum suis complicibus cumque omnibus thesauris sanctae Dei ecclesiae Sarracenis undique populantibus diffugerunt portasque patentes relinquentes multis margaritis fugiendi et Sarracenis ingrediendi aditum, nisi nos divina custodia tueretur, procul dubio reliquerunt. Itaque obstupescentes in talibus Dominicum et Grimoldum venerabiles episcopos[3] ad evocandum eos direximus, qui revertentes nuntiaverunt sibi a satellitibus suis fuisse responsum nescire se, quonam profecti fuissent. Iudicio sane in diem alterum protelato, cum eos iterum synodice simulque et legaliter quaereremus et habere minime valeremus, cum omni Dei ecclesia in basilica sanctae Dei genitricis, quae Ad martyres vocatur[4], synodum vocavimus et post regulares allocutiones sententias in eos protulimus, quarum exempla secundum ecclesiasticum morem generalitati vestrae direximus, ne vobis communicandi cum eis occasionis aditus tribuatur. Quae scilicet sententia ita se habet*:

Formosum Portuensem episcopum, qui a beatae memoriae domno praedecessore[b] nostro papa Nicolao in Bulgarum patriam destinatus[5] noviter in Christo regenerati regis[6] animos adeo[c] suis calliditatibus vitiavit, ut terribilibus sacramentis eum sibi obstrinxisse testatus sit[d], ne se vivo quemlibet episcopum a sede apostolica suscepisset[e], seque eidem terribilibus nihilominus iuramentis, ut ad eum quantocius reverti debuisset, obstrictum fuisse professus sit[d], quique a nobis proficiscendi illuc licentiam litteras et necessaria adiutoria impetravit, quoniam iam dudum per ambitionem a minori ecclesia in maiorem, videlicet sanctam sedem apostolicam, prosilire conatus[7] plurimos sibi consolatores[f] effecit[g] et nunc per repertam[h] hypocrisim retrorsum rediens sine licentia vel conscientia nostra propriam paroeciam deseruit, Urbe discessit et contra salutem reipublicae dilectique[i] filii nostri Karoli a nobis electi et ordinati principis[i] cum suis fau-

---

*) *Haec sententia una cum aliis duabus ad secundam quandam synodum Romanam die 30. Iun. 876 et synodum Trecensem mensibus Iul. et Aug. a. 878 habitas pertinentibus legitur in codice Merseburg. capituli cathedralis n. 104 saec. X. f. 47, e quo edd. E. L. Richter in 'Marburger Prorektoratsprogramm v. 10. Sept. 1843' p. 4 sq. et Dümmler 'Auxilius und Vulgarius' (Leipzig 1866) p. 157 sq. Verum cum sententia illa, quae in synodo Trecensi prolata esse dicitur, plurimas falsas episcoporum subscriptiones perhibeat et propterea dubiae admodum fidei sit (cf. Dümmler l. l. p. 56 et 'Geschichte des Ostfränk. Reiches'* [2] *III, 27 ann. 1), primae quoque sententiae lectiones, quae a recensione Sirmondiana abhorrent, in calce tantum adnotavimus (= M). — Lemma in M:* Sententiae primae synodus domni Iohannis octavi papae contra Formosianos, simoniacos[k], moechos, proditores[l], sacrilegos.

9. a) portas *Sirm.* b) praecessore *M.* c) *om. M.* d) est *M.* e) susciperet *M.* f) coniuratos *M.* g) efficit *M.* h) expertam *M.* i) dilectique — principis *om. M.* k) simachos *M.* l) proditore *M.*

1) *Portuensi, qui postea sedem apostolicam obtinuit a. 891—896.* 2) *Cf. supra p. 23 ann. 1.* 3) *Triventinum illum (cf. supra p. 189 ann. 12 n. 211a), Polimartiensem hunc, qui duces presbyterorum in partes Bulgarum loco Formosi substituendi iam a Nicolao I. papa a. 867 destinati, demum ab Hadriano II. papa missi sunt, cf. Dümmler l. l. II, 256.* 4) *S. Mariae Rotundae quae 'Pantheon' vocatur, cf. Huelsen 'Le chiese di Roma nel medio evo' p. 363.* 5) *A. 866.* 6) *Michaelis, qui prius Bogoris appellabatur, cf. supra p. 58 ann. 9.* 7) *Haec iurgia quid veri contineant, nescimus; cf. Dümmler, 'Auxilius und Vulgarius' p. 4.*

toribus conspiravit, nisi amodo intra diem decimum, id est III.[a] kal. Maii praesentis nonae indictionis praesentiam suam nobis satisfaciendo[b] monstraverit, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum Petri et Pauli omni ecclesiastica communione privatum esse decernimus. Decernitis et vos ita? Responderunt omnes[c]: Decernimus. Et nisi post[d] diem decimum quintum, id est IIII. nonas Maii[d] praesentis VIIII. indictionis resipiscens satisfacturus nobis occurrerit[e], auctoritate et iudicio cf. Sap. 1, 5. sancti Spiritus, qui semper effugiet[f] fictum, omni sacerdotali ministerio penitus denudatum fore iudicamus. Iudicatis et vos ita? Responderunt omnes: Iudicamus. Qui si[g] nec huius dilationis miseratione commotus humiliter se post diem[h] XX., id est VII. idus eiusdem Maii mensis[h], praesentiae nostrae reddiderit vel si viris potentibus[i] sociatus seditiones vel factiones concitaverit vel si in ecclesia[k] Dei in aliquo conturbare praesumpserit, si contra hanc communem[l] omnium nostrum sententiam[m] agere vel resultare temptaverit, anathema sit a Patre et Filio et Spiritu sancto nunquamque in ulla[n] synodo recuperationis spem aut satisfactionis aditum sibi noverit reservatum*.

Gregorium nomenculatorem, Theophylacti quondam nomenculatoris filium, qui iusiurandum fidei suae diverso modo corrumpens puritatem sanctae Dei ecclesiae suis fraudulentiis avaritiis rapinis cupiditatibus simulque calliditatibus per octo ferme annorum curricula maculans summum Romanae urbis pontificium coniurantibus sibi dudum suis complicibus factiose praeripere affectavit et de multis palam recitatis capitulis tam primo penes dilectum filium nostrum Karolum serenissimum imperatorem quam postea penes nos ad generalitatem sanctae Dei ecclesiae per nonnulla suggestionum capitula noxius diffamatur et pro eisdem criminibus a nobis per Zachariam et Gaudericum venerabiles episcopos et Christophorum primicerium sanctae sedis apostolicae cum fratre et genero suisque complicibus iuridice contestatus examini se praesentandum fore et cuncta, quae ecclesiis vel piis locis aliisque hominibus abstulerat, sub iurisiurandi interpositione restituturum promisit, deinde conventum nostrum de die in diem fraudulenter usquequo nos vel fideles huius ecclesiae interimere vel hostes christiani nominis, id est Sarracenos, quos per suos familiarissimos Sarracenos iam invitaverat, intra Romanam urbem introducere potuisset, elusit et praefinitum diem, quo canonice sive legaliter audiri debuisset, fraudulenter praeripiens cum Georgio et Sergio magistris militum necnon et Stephano secundicerio aliisque suis complicibus nocturno silentio portas huius sacrae Urbis Sarracenis circumquaque imminentibus cum clavibus adulterinis aperuit seque contra salutem reipublicae simulque quietem imperii praefati filii nostri serenissimi augusti contra leges conspirando fraudulenter proripuit et cum omnibus pene thesauris ecclesiae Romanae, dubium quo profecturus, excessit;

simulque Stephanum secundicerium, qui diversas ecclesias spolians per avaritiam turpisque lucri compendia tributa vetera multiplicavit et in omnibus perversitatibus superius nominatis fratri complex et consentaneus extitit;

necnon et Georgium Gregorii primicerii filium, qui germani proprii concubinam subripiens cum veneno necavit, deinde post execrabiles christianis incestus vivente nepte sanctissimae recordationis Benedicti papae[1], cuius opibus de paupertate surrexerat,

---

*) *Omissis ceteris M ita pergit:* Responderunt omnes: Anathema sit. Prolata ore apostolico in basilica sanctae Dei genitricis Mariae, quae vocatur Ad martyres III. decimo kal. Mai., et subscripserunt omnes episcopi, presbiteri et diaconi.

a) in *M.* b) satisfatiendum *M.* c) episcopi *add. M.* d) *Pro* diem — Maii *habet M* duos menses. *Hae indutiae ad terminum secundae illae sententiae Romanae ad diem 30. Iun. relatae spectare videntur.* e) advenerit *M.* f) malitiae *add. M.* g) sic *M.* h) *Pro* diem — mensis *habet M* predictas indutias i) potentioribus *M.* k) ecclesiam *M.* l) communionem *M.* m) sententia *M.* n) nulla *M.*

1) *III.*, 855–858.

praefati nomenculatoris Gregorii filiae se fornicario more commiscuit, propter quam pene publice iam dictam legitimam uxorem peremit, de cuius homicidio a principibus adulterinos missos eruens, adiudicante conscio socero nefandus gener impunitus exiliit. Quique post diversa homicidia, depraedationis et malignitatis genera tam patriarchium quam vestiarium sedis apostolicae sibi commissum non tantum auro argento vel palliis, verum etiam aereis signis vasisque privavit et in omnibus impietatibus socerum sequens, immo praeveniens Sarracenis undique saevientibus portas Urbis cum eo fraudulenter aperuit et cum sibi conspirantibus contra salutem reipublicae demigravit;

simulque Sergium magistrum militum, Theodori magistri militum filium, qui reverendae memoriae domno Nicolao, cuius neptem in coniugium suscipiens[a], ita ingratus ac inhumanus extiterat, ut vivente eo et in extremis posito eidem thesauros suos ad eleemosynas faciendum cum praefatis suis complicibus abnegasset, quique eadem sua coniuge, propter quam de maxima paupertate convaluerat, derelicta cum Valvisindula concubina, praestito iureiurando, ut eam nuptialiter sumeret, nuper effugit et in omnibus iniquitatibus cum nominatis suis complicibus conspiravit;

sed et Constantinam, praefati Gregorii nomenculatoris filiam, quae primo per consensum patris sub conditione iurisiurandi legaliter Cessario, Pipini potentissimi vestararii filio, copulata, dein consumptis omnibus soceri sui divitiis viventem et valentem sponsum suum sine ulla legali disquisitione deseruit et ad Gratiani, Gregorii magistri militum filii, nuptias publice convolavit, postremum cum alio fugere gestiens incestum commisit, ex quo praegnans inventa praedictum Gratianum Gregorii filium maritum suum relinquens cum rapacibus periuris sacrilegis moechis fornicatoribus turpiter fornicatura discessit;

nisi intra diem decimum, id est III. kal. Maii praesentis nonae indictionis praesentiam suam nobis praefati, videlicet Gregorius Stephanus Georgius et Sergius simulque Constantina congrue satisfacientes exhibuerint, auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum principum Petri et Pauli omni christiana communione privatos cum omnibus communicatoribus et fautoribus suis permanere decernimus, et nisi post diem quintum decimum, id est IIII. nonas Maii iam dictae praesentis indictionis, simpliciter et humiliter nobis, immo ecclesiae Dei saepe dicti, scilicet Gregorius Stephanus Georgius Sergius et Constantina, purificaturi occurrerint, eos auctoritate et iudicio sancti Spiritus cum cunctis sibi communicantibus perpetuo anathemate condemnamus. Hi vero qui ab omni se societate removentes ad unitatem sanctae apostolicae sedis redierint, communionis et benedictionis nostrae gratiam sibi reddendam esse confidant.

His itaque auctoritate sancti Spiritus promulgatis omnium vestrum generalitatem his apostolicis litteris exhortamur, ut has litteras per omnes dioeceses vestras publice relegentes et ad vicinas paroecias dirigentes praefatorum depositorum excommunicatorum et anathematizatorum consortia quasi venenum pestiferum declinetis neque cum eis communicantibus in cibo potu sive colloquio communicetis, scientes eum, qui eis sive communicantibus eis se in oratione cibo potu colloquioque miscuerit, eadem excommunicationis et anathematis censura iuxta canonicum capitulum[1] modis omnibus obligatum numquamque a nobis sine digna satisfactionis poenitentia sibi fore communicandum. Optamus sanctitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere. Data XI. kalendas Maii.*

---

*) *Add. Sirm.:* Recitata in synodo Pontigonensi. *Scil. 11. die Iulii, cf. Hincmari Annales, ed. Waitz p. 130.*

a) *Sic Sirm., forte legendum est* susceperat.

1) *Cf. Antiocheni concilii can. 2 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 159.*

IOHANNIS VIII. PAPAE EPISTOLAE DUBIAE.

RECENSUIT E. CASPAR.

Quae sequuntur fragmenta non nisi collectione canonum quae dicitur Taurinensis, cod. 903 (E V 44, olim F IV 7) bibliothecae universitatis Taurinensis (= F, cf. supra p. 273) servata sunt. Quae cum ad res Germanicas pertineant, hoc tomo recipienda, sed ob dubiam fidem, quae eis sicut et aliis hac sola collectione traditis fragmentis debetur (cf. imprimis E. Perels in 'Neues Archiv' XXXIX, 120 sqq.), seorsim a ceteris epistolarum fragmentis, quae supra (p. 273—312) ex diversis canonum collectionibus congesta sunt, edenda censuimus. Haec edenti mihi summopere praesto fuit consilium et auxilium E. Seckel b. m.

1.

Iohannes VIII. Ludovico (II.) imperatori exponit de quinque speciebus probationum.

Coll. can.: F f. 58.

Ed.: v. Pflugk-Harttung Acta pont. inedita II, 35 n. 71 ex F. — Reg.: v. Pflugk-Harttung Iter ital. p. 179 n. 56. Jaffé Reg. 2994.

IOHANNES PAPA LUDOICO IMPERATORI.

Quinque sunt principalia probationum vel investigationum membra[1], per quae a iudice prudente rerum veritas potest comprehendi vel colligi, id est: scriptura, testes, manifestum indicium, iusiurandum, divinum experimentum. Haec[a] autem quinque species sic debent inter se invicem fulciri et subveniri, ut cum una species de sua ratione minus aliquid habet et ab altera succurri potest, non fieri vetetur. Verbi gratia scriptura suspecta vel testes pauciores numero iusto iuramento et indicio manifesto possunt succurri, iuramenta suspecta vel testes a divino iudicio possunt fulciri. Sic omnes ad alterutrum suppleant, quod cuilibet fuerit minus; melius est enim, ut his et huiuscemodi subtilitatibus veritas perquiratur, quam occasione alicuius legis falsitas vincat et iniquitas evadat inulta, veritate pro neglecto remanente prostrata. Cum enim rationabiles leges tam seculares quam ecclesiasticae ex ratione fuerunt inventae, merito debent cum ratione temperari ac provide semper tractari.

---

1. a) *Sic F; forte* hae.

1) *Similia leguntur apud glossatores iuris canonici saec. XII.—XIII., cf. Incerti auctoris Ordo iudiciarius I c. 11 § 6, ed. Gross (Innsbruck 1870) p. 115, Tancredi Ordo iudiciarius III t. 5 § 6, ed. Bergmann (Gottingae 1842) p. 220.*

2*.

Iohannes VIII. exponit vitam cum praedicatione concordare debere.

Coll. can.: F *f. 48.*

Ed.: Dümmler Gesta Berengarii (Halle 1871) p. 156 ex F. — Reg: Jaffé 3024.

Hoc autem quod Iohannes ait in apocalipsi: 'Qui audit, dicat: veni', sic est intel- Apoc. 22, 17.
ligendum: ille quidem neglegentes ad bene operandum invitet vel de transgressibus corrigat, qui per semet ipsum dominica praecepta vigilanter observat. Alioquin contineat ac vereatur suum proferre sermonem, iuxta illud, quod dicit Deus peccatori: 'Quare Ps. 49, 16.
tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum?' Nam cuius vita veraciter reprehenditur, eius praedicatio facile contempnitur, quia magis generat scandalum populo, quam fructum acquisitionis deferat Domino.

3**.

Iohannes VIII. Paulino episcopo Reginensi exponit de causa Ambrosii, qui ambitu discidii confessus sit concubuisse cum sua socru.

Coll. can.: F *f. 56'.*

Edd.: Dümmler Gesta Berengarii p. 156 ex F. — v. Pflugk-Harttung Acta pont. II, 36 n. 73 ex F. — Reg.: v. Pflugk-Harttung Iter ital. p. 179 n. 58. Jaffé Reg. 3025. Kehr Italia pontificia V, 367 n. 3.

Vestrae consultationis litteris, quibus significastis te suspicari Ambrosium tuum concivem ambitu discidii se confiteri concubuisse cum sua nunc mortua socru[1], brevi quidem sermone sed provida ratione rescribimus sic: Propria quippe confessio nec testatione nec aliena indiget accusatione, sed quoniam plerumque etiam ipsa spontanea confessio simulate fieri potest, et omni spiritui credendum non est, persona, quam suspec- cf. I. Ioh. 4, 1.
tam asseritis, vestra moderatione faciat idoneam suam confessionem sive solo iureiurando, si persona talis est, sive divino examine, ut moris populi est, aut etiam corpore et sanguine Christi probetur, sicut noster decessor Adrianus[2] fecit in Lothario rege[3] pro Waldrada sua pellice[4]. Interim vero cum sponsa, quam dimittendam iudicamus, si crimen veritate consistit, non culpam augeat cubando cum ea, sed castitatem conservet retinendo se ab ea.

4.

Iohannes VIII. Anselmo episcopo Lemovicino exponit de iudiciis.

Coll. can.: F *f. 62'.*

Ed.: v. Pflugk-Harttung Acta pont. II, 37 n. 74 ex F. — Reg.: v. Pflugk-Harttung Iter ital. p. 180 n. 59. Jaffé Reg. 3026.

---

*) *Lemma in F:* Idem inter alia circa Philetum episcopum Ysaurie[5], qui male vivebat et bene docebat[6].

**) *Lemma in F:* Item exinde Iohannes urbis Rome presul Paulino Regis civitatis coepiscopo[7].

1) *De impedimento affinitatis ex copula illegitima cf. v. Scherer 'Handb. d. Kirchenrechts' II, 333.* 2) *II., 867—72.* 3) *II., 856—869.* 4) *Cf. Hincmari Ann. ad a. 869, ed. Waitz p. 99, Dümmler l. l. II², 239.* 5) *Haec inscriptio omnimodo falsa esse videtur. Nam nec inter episcopatus Isauriae provinciae, nec in episcopatu Isaurensi prov. Lycaoniae nomen Phileti episcopi occurrit, nec Iohannem VIII. huiusmodi epistolam ad episcopum a Romana ditione alienum dedisse verisimile est.* 6) *Cf. praeter alios Isidori Sentent. lib. III c. 36 (Migne LXXXIII, 707).* 7) *Paulus quidam episcopus Reginensis sedit a. 878—81, cf. Saccani 'I vescovi di Reggio-Emilia. Cronotassi'² (1902) p. 42, Kehr l. l. Haec igitur epistola aut ad alium quendam Paulinum episcopum, inter Rotfridum (874) et Azzonem (877) ponendum referri debet, aut non ex registro, sed aliunde in collectionem F pervenit, aut de fide eius sicut de reliquarum dubitandum est.*

IOHANNES ROMANUS PRAESUL ANSELMO LEMOZINAE CIVITATIS COEPISCOPO[1] INTER ALIA.

Iuxta quod providus Gregorius noster praedecessor habuit in more, crimen postquam a iudice semel auditur, nunquam est indiscussum praetereundum[2], ut vel in reis veritas vel in mendacibus puniatur falsitas. Interim vero ibi tituli modo est opus iudicii ordine, ubi latet veritas culpae, cum nimirum humana iudicia ad nichil aliud fuerunt statuta, nisi ut dubiae contentionum causae ibi tractando debeant comperi[a]. Quando igitur fama veri praedicante crimen cognoscitur patenter, sola dampnatio in concilio habita tunc habere dicimus locum, cuncta remota altercationis occasione, quae agitari inordinato iudicio solet, quia supervacuum est fidem exigere testium, unde ipse etiam iudex cognitione non indiget. Ipse quoque Deus itidem videtur innuisse, in lege ponens seorsum testes et opera. Nam si Deus vellet pari ordine vel similibus probationibus iudicium fieri de
Deut. 19, 15. incertis et patefactis criminibus, cum pro dubiis dixerat: 'Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum,' nequaquam alibi subinferret:
Matth. 7, 16. Io. 5, 36. 'A fructibus eorum cognoscetis eos,' et iterum: 'Opera quae ego facio, in testimonio perhibent de me.' Etenim aliud est causa testium sermone investigari, et aliud est ex apertis actionibus verum reperiri. Cum ergo constet dissimilibus modis aperta et dubia causa probari, merito exigit ratio dispari ordine iudicia temperari, maxime cum publicum crimen nedum iudici, verum etiam omnibus persequi licet. Sciendum praeterea est, quia iudex sine dissimulatione vel summa neglegentia solus ignorare non potest quod omnes in civitate cognoscant.

5.

Iohannes VIII. Angilbergae reginae praecipit, ut Wilbertum marchionem, qui Iohanni lectori Romanae ecclesiae iniurias intulerit, officio deponat.

Coll. can.: F f. 47'.

Ed.: Dümmler Gesta Berengarii p. 155 ex F. — Reg: Jaffé 3030.

IOHANNES PAPA INGELBERGAE REGINAE.

Omnes qui fidelitatem Romanae iurant ecclesiae, id est domino Petro vel[a] suo vicario[a], omni procul dubio iurare videntur universaliter clero, qui qualibet administratione divinum exibet cultum in ipsis locis sacratis, quae ad regendum specialiter domino pertinent papae. Non enim prediis iurant vel edibus, sed congruo cultu ea possidentibus, quia ecclesia nichil aliud est nisi populus fidelis, sed praecipue clerus censetur hoc nomine. Propterea Wilbertum tuum marchionem[3] nostrumque fidelem, a quo Iohannes Romanae ecclesiae lector gravem pertulit contumeliosam iniuriam, sic a dignitate depone honoris uti periurum et sacrilegum, si nostra perfrui benedictione cupis et inter catholicas computari filias, secundum quod te credimus esse. Absurdum quippe est eum per quodlibet officium dominari christiano populo, qui patenter implicitus periurio vel alio mortali crimine secundum sanctos[b] canones repellendus est tempore suae penitentiae ab omni communi gaudio.

---

4. a) *Sic F; forte* comperiri.
5. a) *add. in marg. F.* b) sanctorum *F.*

1) *Cf. supra p. 156 ann. 1.* 2) *Cf. Iohannis diaconi Vitam Gregorii I. lib. IV c. 32, ed. Migne Patr. lat. LXXV, 196:* Crimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo praeteribat, etiamsi accusatus cum accusatore suo redisset in gratiam *(= Comp. I lib. V t. 18 c. 2, ed. Friedberg p. 60 = Decr. Gregorii IX. lib. V t. 22 c. 2).* 3) *Marchionem huius nominis tempore Iohannis VIII. nullum novimus.*

6*.

[Iohannes VIII. Karolo Calvo imperatori] scribit de iuramento sancto Petro praestito. *(876.)*

Coll. can.: *F f. 48.*

Ed.: Ewald in NA. VIII, 363 n. 1. — Reg: Jaffé 3029; cf. 'Addenda et Corrigenda', Reg.[2] *II, 704.*

Summopere sciendum est, quia Iacob deosculando virgam Iosep filii sui non virgae, sed tenenti eam honoris exhibuit affectum. Eodem modo quicumque iurant se fieri fideles cuiquam loco sanctorum, non rebus insensibilibus vel irrationalibus, sed animatis |et|[a] ratione utentibus obsequium spondent. Hanc itaque rationem, fili karissime, vestra magnitudo conspiciens, nostris ea ubique conservet legatis, quae vobis Romae sancto Petro promittere placuit. cf. Gen. 47, 31 sec. Septuaginta.

7**.

Iohannes VIII. (Angilbergae reginae) concedit, ut Wilberto marchioni penitenti in altera patria minoris magistratus officium tribuat.

Coll. can.: *F f. 48.*

Ed.: Dümmler Gesta Berengarii p. 155 ex F. — Reg: Jaffé 3031.

Quia nostrum de Wilberto[1] implesti praeceptum et supplicas pro eo penitente, ut perfrui possit in altera patria minori magistratus officio, excusans eum ignoranter commisisse in Iohanne periurium, et testans eundem fieri utillimum ad regendum et defendendum populum, nos hac utili postulatione tua temperanter commoti vestrae potestati concedimus exinde, secundum quod a te desideratum comperimus esse.

---

*) *Superscriptio in F:* Gregorius Foce augusto[2].

**) *Superscriptio in F:* Idem item ad eandem.

6. a) *om. F.*

1) *Cf. n. 5 p. 332 ann. 3.* 2) *Falsam hanc inscriptionem Ewald l. l. p. 606 emendare conatus ob simillimum cum praecedenti epistola n. 5 contextum hanc quoque Iohanni VIII. adscripsit, sed utraque forte ficticia est.*

FRAGMENTA REGISTRI STEPHANI V. PAPAE.

RECENSUIT E. CASPAR.

Congesta sunt ex his collectionibus canonum:

A = *Collectio Britannica, London Brit. Mus. Additional Mss. 8873 s. XII., descr. v. cl. E. Bishop, cont. v. cl. K. Hampe.*

B = *Deusdedit card. Collectio canonum, edd. Martinucci (Venetiis 1869) et Wolf von Glanvell I (Paderborn 1905).*

C = *Anselmi Lucensis ep. Collectio canonum, ed. F. Thaner (Oeniponti 1906—1915).*

D = *Ivonis Carnotensis ep. Decretum, ed. F. I. Fronto Ivonis Carnotensis episcopi opera omnia (Parisiis 1647) p. 1 = Migne Patr. lat. CLXI.*

*D*¹ = *Ivonis Carnotensis ep. Panormia, ed. Migne Patr. lat. CLXI.*

E = *Collectio trium partium, cod. Berol. lat. fol. 197 s. XII.*

1.

Stephanus V. papa Theodosio episcopo Oritano gratias agit, quod legationem apostolicam iussu Hadriani (II.) papae susceptam penes (Basilium I.) imperatorem Constantinopolitanum bene peregerit. *(885.)*

Coll. can.: A f. 153 n. 1.

Edd.: Waitz in NA. IV, 337. — Ewald ibid. V, 400 n. 1. — Reg.: Jaffé 3405.

*TEODOSIO EPISCOPO ORIEN[TANO].[1]

Fidelium[a] relatu comperimus, qualiter antecessor noster papa Adrianus[2] te apostolica legatione ad pium imperatorem[3] fungentem Constantinopolim olim direxerit[4], recipiens ab eo tam et debitas pensiones quam et alia dona nostrae ecclesiae et aliis fidelibus nostris ab illo directa. Unde quia hoc fideliter te egisse audivimus, gratias sanctitati tuae referimus.

---

*) Ex registr[o] Stephani *A, quae superscriptio non ad unam hanc, sed omnes quae sequuntur in A epistolas Stephani V. pertinere videtur.*

1. a) *Littera initialis deest A.*

1) *Nunc 'Oria', oppidum Apuliae. — Theodosius quidam episcopus, idem fortasse, laudatur in actis s. Leucii ab auctore anonymo tempore Iohannis Tranensis episcopi (c. 1050) scriptis (AA. SS. Ian. I, 673). Reliquias s. Leucii Benevento, cuius principi amicitia iunctus erat, Brundisium transtulisse fertur.* 2) *III., 884—885.* 3) *Basilium I., 867—886.* 4) *Unius tantum ab Hadriano III. Constantinopolim missae legationis notitiam habemus; nam Photius in libro de Spiritus sancti mystagogia c. 89, ed. Migne Patr. graeca CII, 381, tradit Hadrianum sibi litteras synodales misisse, quas Theodosium nostrum detulisse verisimile est.*

2.

Stephanus V. papa Petrum Volaterranum episcopum certiorem facit se Senensem, Rosellanum, Populoniensem episcopos admonuisse, ne clericos sine commendaticiis litteris recipiant. *(886.)*

Coll. can.: A f. 153 n. 2.

Ed.: Ewald in NA. V, 400 n. 2. — Reg.: Jaffé 3409. Kehr Italia pontificia III, 282 n. 9.

S[TEPHANUS] PETRO [EPISCOPO V]OLOT[ERRANO][a] [1].

Sicut[b] suggessisti, Luponi Senensi[2] seu Rosellano[3] et Corninensi[4] episcopis direximus epistolas nostras prohibendo[c], ut clericos tuos sine commendaticiis litteris nec recipiant nec contra auctoritatem canonicam[5] consecrare praesumant[d], quoniam si facere amodo temptaverint, canonicae subiacebunt sententiae.

3.

Stephanus V. papa Iohanni duci (Venetiarum) scribit se nunquam ei ducatum Commaclensem concessurum esse. *(886.)*

Coll. can.: A f. 153 n. 3.

Ed. Ewald in NA. V, 400 n. 3. — Reg.: Jaffé 3410. Kehr Italia pontificia V, 187 n. 3; VII, 2 p. 18 n. 24.

S[TEPHANUS] IOHANNI[a] DUCI[6].

De[b] ducatu autem Commeaclensi, pro cuius invasione[c] et oppressione a te ibidem exhibita[7] ab antecessore nostro papa Adriano[8] diceris esse [admonitus, notum][d] facimus, quia nullo modo, nullo ingenio et nulla quacumque intentione ipsum ducatum tibi diebus vitae tuae largiemur aut concedemus.

4.

Stephanus V. papa cuidam scribit se ducatum Commaclensem iam Iohanni (III.) episcopo Papiensi concessum ei dare non posse. *(886.)*

Coll. can.: A f. 153 n. 4.

Ed.: Ewald in NA. V, 401 n. 4. — Reg.: Jaffé 3411; Kehr Italia pontificia V, 187 n. 4.

---

2. a) . . . polot . . . *A; em. Kehr l. l.;* [Leo]polit[ano], *i. e. Montefeltrensi, perperam Ewald.* b) *Littera initialis deest A.* c) phibendo *A.* d) psumant *A.*

3. a) ĩ *A.* b) *Littera initialis deest A.* c) insuasione *A.* d) ravennem que tē *A, id quod certe corruptum est;* excommunicatus *perperam proposuit P. Ewald.*

1) *Cui concessit Karolus III. privilegium, cf. Böhmer-Mühlbacher Regesta* ² *n. 1765.* 2) *'Siena', c. 881—897.* 3) *Rosellana sedes episcopalis a. 1138 Grossetum translata est.* 4) *i. e. Populoniensi sive Massano; nam Populonia diruta sedes episcopalis ad Castrum Corniae translata est, cf. Kehr l. l. — Cornetensi (= 'Corneto') vel Corneliensi (= 'Imola') perperam Ewald.* 5) *Cf. can. apost. 34 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 145.* 6) *Venetiarum, 881—887, nequaquam duci cuidam 'Emiliae', sicut opinantur Ewald et Loewenfeld l. l.; cf. ann. 7.* 7) *Cf. Iohannis diaconi Chron. Venet., edd. MG. SS. VII, 21; Monticolo in 'Fonti per la storia d'Italia' (1890) p. 127, et quae disseruit P. Kehr 'Rom und Venedig bis ins XII. Jahrhundert' in 'Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken' XIX (1927) p. 68sq.* 8) *III., 884—885.*

ITEM[1].

Praecipue cum ipsum ducatum Commeanclensem Iohanni venerabili episcopo Ticinensi[2] in ordinationis nostrae exordio concessimus eo modo, quo eum duces solent tenere, quoniam si hoc factum non habuissemus, pro amore illustris Gaudonis gloriosi militis[3], qui pro te nobis intercessor extitit, utique tibi ipsum ducatum daremus.

5.

Stephanus V. papa Karolo (III.) imperatori ramos palmarum mittit; auxilium eius evocat. *(886 Febr.—Mart.)*[4]

Coll. can.: A f. 153' n. 5.

Edd.: Waitz in NA. IV, 338. — Ewald ibid. V, 401 n. 5. — Reg.: Jaffé 3412.

S[TEPHANUS] CAROLO AUGUSTO[5].

(1) Triumphos victoriae typicis palmarum figuris conferri vobis apostolorum principum intervenientibus[a] optantes direximus, cupientes et eorum suffragiis omnium inimicorum vestrorum vobis colla substerni.

(2) ITEM. Cui enim plus committitur[b], plus ab eo exigitur[c]; non modico, si attendere libeat, debito artamini sanctae matris vestrae apostolicae ecclesiae condolere[d] incommoda, per quam imperii diadema consecuti imperatis omnibus.

6.

Stephanus V. papa Liutwardo episcopo (Vercellensi) exponit de imperatoris officio. *(886.)*

Coll. can.: A f. 153' n. 6. — 2: D X, 117 (Fronto p. 330, Migne Patr. lat. CLXI, 727).

Edd.: Ewald in NA. V, 401 n. 6 ex A. — Reg.: Jaffé 3413. Kehr Italia Pontificia VI 2 p. 11 n. 14.

LIUTWARDO[a] EPISCOPO[6].

(1) Ecce[b] enim ad hoc Karolum prae ceteris mortalibus spectabilius unicum elegit filium Romana ecclesia et prae consortibus sancto unxit crismate ac diademate compsit imperii et sceptrum[c] conferens praefecit omnibus, ut tutissimo eius regimine potita pace secura subsisteret.

cf. Rom. 13, 4. (2) ITEM*. Non autem sine causa gladium portat rex; vindex est enim contra omnes iniquos, ut terrore comprimat quos nequit corrigere monitis salubribus. Ag-

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quod non sine causa gladium portat rex. Stephanus Luitwario episcopo.

5. a) meritis *add. Bishop,* precibus *Ewald.* b) comititur *A.* c) exhigitur *A.* d) condolore *A.*

6. a) Instuuardo *A; corr. Bishop.* b) *Littera initialis deest A.* c) septrum *A.*

1) *Non ad eundem Iohannem ducem, sed ad alium quendam hoc epistolae fragmentum missum esse putat Ewald.* 2) *III., c. 884—924; qui eo tempore, quo Hadrianus III. papa mortuus est (885), Romae versatus maxime dedit operam, ut Stephanus V. papa eligeretur, cf. Ughelli 'Italia sacra'[2] I, 1087.* 3) *Guidonem ducem Spoletinum hic significari, id quod Ewald opinatur, equidem vix crediderim.* 4) *Rami palmarum quadragesimali tempore mitti solebant, cf. supra p. 31 n. 32, p. 292 n. 33, p. 302 n. 48.* 5) *III., 881—887.* 6) *Vercellensi, 880—901, de quo cf. supra p. 199 n. 224 (cum ann. 4) et p. 221 n. 253, p. 254 n. 291, p. 267 n. 309.*

grediatur[a] ergo[b] secure, quae sunt Deo placita; in nullo enim[c] ei beatus Petrus aberit cum suo ancipiti gladio, si tamen patriae saluti consulat.

7.

Stephanus V. papa Athanasio (II.) episcopo Neapolitano praecipit, ut Petrum diaconum aut restituat aut Romam mittat; hostilem minatur invasionem, nisi a Saracenis se separaverit. *(886.)*

Coll. can.: A f. 153' n. 7.

Ed.: Ewald in NA. V, 401 n. 7. — Reg.: Jaffé 3414.

ATHANASIO[a] EPISCOPO NEOPOLIT[ANO][1].

(1) De[b] Petro etiam diacono monemus, ut eum ob reverentiam apostolorum principis nostrumque amorem aut pristino honori restituas aut si tibi proficuus non habetur, ad nos omni occasione postposita mittere procures, quia indecens est et sanctorum canonum regulis inhibitum de minori quemlibet[c] gradu clericorum ignominiose detineri.

(2) ITEM. Et si surda, quod non credimus, aure monita nostra audire curaveritis et quae humanae saluti expediunt, toto mentis annisu iam agere omiseris[d], scias, quia nos omnibus aliis causis praetermissis[e] tam cum spirituali gladio quam hostili populo illuc veniemus et non solum segetes vestras delebimus, sed quantum possumus iure secundum[f] nostrum ministerium contra te, si nos te monentes et a filiis perditionis[2] te separare volentes spreveris, semper contraria agere non recusamus. Et non dicas, quia 'si domnus apostolicus veniens messes nostras deleverit, habemus alias provincias, unde labores habere possimus'. Nam nos et Romam Sardiniam Corsicam et totam christianitatem contra te claudemus, ut nullo modo recuperare valeatis.

8.

Stephanus V. papa omnibus episcopis in ducatu Spoletino constitutis nuntiat se die 6. Iulii synodum celebraturum esse. *(886.)*

Coll. can.: A f. 154 n. 8.

Ed.: Ewald in NA. V, 402 n. 8. — Regg.: Jaffé 3415. Kehr Italia pontificia IV, 4 n. 14.

S[TEPHANUS] OMNIBUS EPISCOPIS IN [SPO]LETINO DUCA[TU.]

(1) Sanctitatem[a] vestram scire volumus, quia pro multiplicibus ecclesiasticis utilitatibus statuimus octava[b][3] apostolorum synodum celebrare.

(2) ITEM. Regularis quippe ordo si violetur, nequaquam impunite est ferendum, ne posteris veniat in exemplum.

---

a) agrediatur *A.* b) igitur *D.* c) *om. D.*

7. a) . . nastasio *A.* b) *Littera initialis in marg. notata alia manu A.* c) quelibet *A.* d) omireris *A.* e) pretermisis *A.* f) ac *A, corr. Ewald.*

8. a) *Littera initialis deest A.* b) in octava *Ewald.*

1) *II., c. 875—898, cf. supra p. 5 ann. 1.* 2) *Scil. a Saracenis, quibus foedere iungebatur Athanasius, cf. supra p. 204 n. 230, p. 217 n. 249, p. 241 n. 273, p. 246 n. 279, p. 264 n. 305.* 3) *I. e. die 6. Iulii.*

9.

Stephanus V. papa Theodosium (Nonensem) episcopum arguit, quia et consecrationem ab Aquileiensi patriarcha, non a Romano pontifice susceperit et regimine Spalatensis ecclesiae post mortem Marini episcopi suscepto duabus ecclesiis praesit. (886.)

Coll. can.: A f. 154 n. 9.
2: D VIII, 59 (ed. Fronto p. 266, Migne Patr. lat. CLXI, 596).

Edd.: Migne Patr. lat. CXXIX, 807 n. 23 ex D. — Ewald in NA. V, 402 n. 9 ex A. Rački 'Starine' XII (1880), 219 n. 12 ex A. — Reg.: Jaffé 3416 (2658); cf. Kehr Italia pontificia VII, 1 p. 27 ad n. 42.

S[TEPHANUS] TEODOSIO E[PISCOPO][1].

(1) Quis[a] vice Marini episcopi in ecclesiae Spalatinae[2] regimen successerit diligentius perrimantes, te curam illius ecclesiae suscepisse audivimus, cumque et quod de tibi commissa ordinaveris studiosius investigaremus, dictum est utrisque[b] praeesse. Quod si verum est, non modice miramur, sed in hoc admiratione dignum non iudicamus, quia in ipso tuae ordinationis initio deliquisse te non modicum audimus. Nam cum piae memoriae decessor tuus[3] hominem excessisse dicitur, ad Aquilegensem diceris convolasse ecclesiam et exinde consecrationem suscepisse, quam in sede beati Petri ab apostolicis debueras manibus petere[4], in quo et te deviasse[c] et eum excessisse luce patet clarius.

(2) ITEM*. Numquidne duabus simul sponsis nubere barbaricam gentem instruis?
Eph. 5, 31. 1. Cor. 6, 16. Numquidne sacramentum ecclesiae exponentem apostolum non[d] legisti: 'Erunt duo in carne una'? An forsan[e] tui codices falso tres in carne una asserunt? Desine iam tali
cf. Prov. 22, 28. tabescere ignavia et disce paternis oboedire regulis, ne inveniaris statutos a patribus terminos transgredi vel per ambitionem de minori[f] ad maiorem transire ecclesiam, quod temptantem laica etiam communione[g] sacri privant canones[5].

10.

Stephanus V. papa Petro electo Salernitano exponit de mercennario. (886.)

Coll. can.: A f. 154' n. 10.

Ed.: Loewenfeld Epistolae pont. Rom. ineditae p. 35 n. 60. — Regg.: Ewald in NA. V, 403 n. 10. Jaffé 3417.

[PETRO ELEC]TO SALERNITANO[6].

cf. Ezech. 34, 3. Mercennarius[a] esse veraciter comprobatur, qui potius lacte nutriri et lanis vestiri
cf. Ezech. 34, 16. appetit quam Christi gregis curam gerere, ut confracta alliget, debilia corroboret et
Ioh. 10, 13. conservet pinguia; et hoc ideo negligit, 'quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus'.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quod nulli liceat duas habere legitimas. Stephanus V. Theodosio episcopo.

9. a) *Littera initialis deest A.* b) te *add. Bishop.* c) devisse *A.* d) *om. A.* e) forsitan *D.* f) maiori *D.* g) comunione *A.*

10. a) *Littera initialis deest A.*

1) *Nonensi (hodie 'Nona'); cf. supra p. 153 n. 191, p. 258 n. 295, p. 260 n. 298.* 2) *Hodie 'Spalato' ('Spljet').* 3) *Cuius nomen ignoratur; decessit a. 879, cf. supra p. 153.* 4) *Iam Iohannes VIII. papa a. 879 episcopos Dalmatinos admonuerat, ut archiepiscopus electus a Romano episcopo consecrationem et pallium perciperet, cf. supra p. 157 n. 196.* 5) *Conc. Sardic. c. 1 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 175.* 6) *Cf. infra p. 345 n. 22, 23.*

11.

Stephanus V. papa Paulo episcopo Placentino scribit de servanda decessorum auctoritate. *(886.)*

Coll. can.: A f. 154' n. 11. — E I, 64, 1 f. 89. — G c. 2 C. XXXV qu. 9 (ed. Friedberg I, 1283).
Edd.: Mansi Coll. conc. XVIII, 26 = Migne Patr. lat. CXXIX, 798 n. 8. — Regg.: Ewald in NA. V, 403 n. 11. Jaffé 3418 (2644). Kehr Italia pontificia V, 444 n. 10.

[PAUL]O PLACENTINO*[1].

Loci[a][2] nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quae a decessoribus nostris[b] utiliter decisa fuerint, roborare et quae a temerariis praesumpta fuerint, in promptu nihilominus ulcisci. Reum quippe ante conspectum divini iudicis se noverit esse, qui nititur utiliter finita rescindere ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici[3] quippe vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita praesumantur[c] aut non concessa impune temptentur. Proinde si negligenter ea, quae male usurpantur, omittimus, excessus viam[d] procul dubio aliis[e] aperimus. cf. 2. Cor. 10, 6.

12.

Stephanus V. papa Girardo Laudensi episcopo praecipit, ut primum se de ereptis sibi rebus reinvestiri faciat, eumque de officio episcopali docet. *(886.)*

Coll. can.: A f. 154' n. 12.
1: E I, 64, 2 f. 89'. — G c. 3 C. III qu. 2 (ed. Friedberg I, 507).
Edd. 1: Mansi Coll. conc. XVIII, 26 ex G = Migne Patr. lat. CXXIX, 807 n. 22. — 2: Loewenfeld Epist. pont. Rom. ineditae p. 35 n. 61 ex A. — Regg.: Ewald in NA. V, 403 n. 12. Jaffé 3419 (2657). Kehr Italia pontificia VI, 1 p. 240 n. 2.

GIRARDO LEODICENSI**[4].

(1) Oportet[a], ut primum vos[b] tam de invasis civitatibus monasteriis[c] et mansis[d] quamque et de reliquis generaliter rebus reinvestire faciatis, quia nec nudi contendere nec inermes inimicis nos[e] debemus opponere[f][5].

(2) Habentes semper[g] prae oculis, ad quod divina providentia[h] suam vobis in terris vicem contulit. Itaque qui vos de caelo respicit suumque vobis confert[i] in terris typum gerere, id a vobis exquirit, ut suis consulatis omni nisu fidelibus et in quocumque posse tribuitur, manum porrigatis[k] patientibus necessitudinem. cf. Ecclus. 7, 36.

---

*) *Lemma et superscriptio in E:* Stephanus V. Paulo episcopo Placentino. Ne utiliter finita rescindantur nec temere illicita praesumantur aut non concessa impune temptentur. — *In G:* Quae utiliter decisa sunt, a successoribus roborentur, a temerariis praesumpta resecentur. Item Stephanus V. Paulo episcopo Placentino.

**) *Lemma et superscriptio in E:* Idem Girardo Laeodicensi. Quod nec nudi contendere nec inermes inimicis nos debemus opponere. — *In G:* Ante litem contestatam violenter ablata restituantur. Item Stephanus V. Gerardo Lodicensi.

11. a) *Littera initialis deest A.* b) *om. A.* c) presūmantur *A.* d) vitam *A.* e) aliis procul dubio *A.*

12. a) *Littera initialis notata in margine A.* b) nos *A, E.* c) monastiis *A;* et monasteriis *G.* d) massis *A.* e) non *A.* f) oponere *A.* g) sep *A.* h) providenciam *A.* i) confer *A.* k) porigatis *A.*

1) *Cf. supra p. 125 n. 146 et 147, p. 249 n. 282. Paulus episcopus sedit ab a. c. 870 usque ad a. 889/90, cf. Reg. Jaffé 3455.* 2) *Cf. Gregorii I. Reg. VIII, 12, MG. Epist. II, 14 sq.* 3) *Cf. l. l. VIII, 27, p. 28.* 4) *Laudensi ('Lodi'), cui Marinus I. a. 883 concessit privilegium, cf. Reg. Jaffé 3389, Kehr l. l. p. 239 n. 1.* 5) *Cf. Decretales Ps.-Isidor. ed. Hinschius p. 503, 676; MG. Epist. VI, 383 ann. 6.*

13.

Stephanus V. papa Karolo (III.) imperatori ramos palmarum mittit.

(887 Mart.)

Coll. can.: A f. 155 n. 13.
Ed.: Ewald in NA. V, 403 n. 13. — Reg.: Jaffé 3427.

CAROLO AUGUSTO.

Ramos[a] palmarum triumphi[b] typum ferentes apostolica vobis benedictione dirigimus[1] optantes, ut qui vos in terris tribuit praeesse aliis, ipse vobis concedat in praesenti saeculo triumphare de spiritalibus et de carnalibus hostibus, quatinus duplici triumpho victoriae illi repraesentari mereamini post fluctuvagi huius decursum[c] temporis in caelesti gloria.

14.

Stephanus V. papa Karolo (III.) imperatori scribit, quibus de causis litterae eius nomen preferentes, quibus legati apostolicae sedis ad placitum die 30. Aprilis habendum expeterentur, dubiae sibi fuerint fidei; maioris decentiae petitionem exposcit.

(887 Apr.)

*Coll. can.: A f. 202, Varia II, 117. — B IV, 183 (105) (ed. W. v. Glanvell p. 488, Martinucci p. 419)**
Reg.: Jaffé 3428. Cf. Ewald NA. V, 412 et 591.

STEPHANUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO[b] IMPERATORI**.

INTER CETERA: De cetero[a] vestra noverit[c] celsitudo litteras vestro nomine insignitas ad nos III. kalendas Aprilis[2] pervenisse, in quibus continebatur vos XIIII. post sanctum paschae diem[3] placitum tenere in Alamannia[d][4], ad quod sanctae Romanae cui Deo auctore praesidemus ecclesiae[e] vos velle venire significabant. Quae in ambiguitatem apud nos ob hoc devenerunt, primo quidem quia earum delator[f] idoneus vestrae honorificentiae non habebatur, persona videlicet vilissima; secundo quia neque ad quid[g] missi dirigi muniti deberentur, nec in epistola continebatur nec ipse verbotenus dicere sapiebat; tertio quia tam celeri tempore nec missi occurrere[h] poterant nec parari ad proficiscen-

---

*) *Alia brevior huius epistolae forma superest in Coll. Baluze t. 68 (Paris Bibl. nation.) sub inscriptione: 'Stephan VI. codex 696 f. 95'', unde eam edidit Loewenfeld in NA. VII, 159.*
Stephanus Romanus episcopus Karolo gloriosissimo imperatori inter alia. — Significantibus litteris nobis a vobis transmissis cognovimus vos in Alamannia placitum tenere et Romanae ecclesiae legatos petere ibi venire. Quae videlicet litterae duabus de causis apud nos ambiguae videntur. Primo quidem, quia delator earum persona videtur vilissima, quod honorificentiae vestrae vel nostrae minimum decet. Secundo quia per quem missi nostri muniti deberent mitti, neque in epistola continebatur neque ipse verbotenus dicere sapiebat. Ideoque nobis, an vestrae essent litterae, ambiguitas grandis inolevit. Attamen *etc., reliqua usque in finem sicut supra, cf. p. 341 l. 6sqq.*

**) *Lemma in B:* Ex registro VI. Stephani papae. — *Lemma et superscriptio in A:* Ex registro Stephani papae. Karolo imperatori.

13. a) *Littera initialis deest A.* b) triumphi *A.* c) decursu *A.*

14. a) Stephanus — cetero *om. A.* b) gloriosi *B.* c) uestram *(corr. ex* uestro*)* convenerit *B;* noverit *bis scr. A.* d) Alemagnia *A.* e) *Supplendum* legatos, *cf. l. 30.* f) relator *A.* g) aliquid *B.* h) occurre *B.*

1) *Cf. supra p. 336 n. 5.* 2) *Die 30. Martii.* 3) *Die 30. Aprilis.* 4) *Scil. in loco Waibilinga, ubi Karolus III. placitum transacto die 16. Aprilis habuit, cf. BM. Reg.² 1748 (1701) a.*

dum; quarto quia qui eos susciperet ad deducendum more solito secundum beati Petri vestramque decentiam, deerat. Novimus itaque vestram gloriam ad huius ecclesiae decentiam et exaltationem summopere anhelare[a], prout talis filius tantae matris honorificentia, a qua totius imperii diadema suscepit. Itaque cum praelibata[b] IIII capita neutrae decentiae congrua[b] haberentur, ambiguitas an vestrae essent litterae, inolevit. Attamen si vestrae expedit decentiae atque utilitati, mittite qui causam indicent[c] et eosdem[d] legatos deducant, et nos congruo tempore pro posse ad vestrum obsequium gratanter mittemus, quia et consuetudo ecclesiae[e] huius et decessorum vestrorum talis extitit et vestrae[f] decentiae sic[g] congruum videtur et creditur. Ipsi[h] perpendite, cuius sit indecentiae, si secundum dedecus[i] matris vestrae eius legati destinantur, et si[k] vobis necessitas quaelibet incumbit[l], qua auctoritate prodesse[m] possint, ut[n] a contrariis honorentur[k] et audiantur, si vulgi more gradiuntur.

15.

Stephanus V. papa Sichiperto episcopo Corsicae ignoscit, quod captus a Sarracenis homines interfecisse videatur. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 155 n. 14. — D¹ III, 155 (ed. Migne Patr. lat. CLXI, 1168). — G c. 38 D. 50 (ed. Friedberg I, 194).

Edd.: Mansi Coll. conc. XVIII, 24 'ex decreto Laborantis ms.' (= G), 26 ex G = Migne Patr. lat. CXXIX, 806 n. 18. — Regg.: Ewald in NA. V, 404 n. 14. Jaffé 3433 (2654).

SICHIPERTO EPISCOPO CORSICAE*[1].

Quia[a] te quasi noxium[b] iudicas, eo quod a Sarracenis[c] captus[d] homines interfecisse videris, bene facis. Sed quoniam non tua sponte[e] id fecisse[f] cognosceris, inde canonice nullo[g] modo iudicaris.

16.

Stephanus V. papa Leoni episcopo Teanensi praecipit de causa Alderici diaconi ventilanda. *(887—888.)*

Coll. can.: D VI, 430, 431 (ed. Fronto p. 238, Migne Patr. lat. CLXI, 539).
1: A f. 155 n. 15. — E I, 64, 9 f. 90 (= Eª). — G c. 1 C. 15 qu. 5 (ed. Friedberg I, 753) (= Gª).
2: D¹ IV, 117 (ed. Migne Patr. lat. CLXI, 1208). — E III 10 (11), 53 f. 150 (= Eᵇ). — G c. 17 C. 2 qu. 1 (ed. Friedberg I, 445) (= Gᵇ).

Edd.: Mansi Coll. conc. XVIII, 25, 23 ex G = Migne Patr. lat. CXXIX, 806 n. 19. Ibid. CXCIV, 1290 ann. 154. — Regg.: Ewald in NA. V, 404 n. 15. Jaffé 3434 (2655).

---

*) *Superscriptio in D¹:* Stephanus V. Sigeberto Corsicae episcopo. — *In G:* Item Stephanus V. Sichiberto Corsicae episcopo.

a) hanelare *A.* b) preliabata *B;* praelibata neutre decentiae quatuor capitula congrua *A.* c) iudicent *Bal.* d) eodem *A.* e) eiusdem *B.* f) nostrae *Bal.* g) si *A, B.* h) ipse *Bal.* i) dededecus *A.* k) *om. A.* l) inconbit *A* m) prodisse *Bal.* n) et *Bal.*

15. a) *Littera initialis deest A.* b) obnoxium *D¹G.* c) Sacerracenis *A.* d) es *add. D¹.* e) sponte tua *D¹.* f) interfuisse *A;* interfecisse *D¹.* g) nulli *D¹.*

1) *Cuius sedes ignoratur.*

LEONI TIAN[ENSI]*[1].

(1) De[a] crimine sibi illato diaconus tuus verissime se fatebatur[b] immunem. Verumtamen si suspicio habetur et accusatores idonei reperiuntur[c] et[d] testes, quales sacri canones sanciunt[2], ascito tecum certo episcoporum numero veniant accusatores, vocetur et ipse Aldericus diaconus[e] et si negaverit, ventiletur causa canonice et si vel sponte confessus vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur[f] sententia. Quodsi nec sponte confitetur nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint et mala fama crebrescit, non publico examine, sed coram te et aliquantis reverentissimis presbyteris et diaconibus tuae ecclesiae[g] secreto iuramento se[h] purificet, et tu[i] deinceps boni testimonii eum annuntia et compesce et[k] commone[l] tuae ecclesiae[m] filios, ne sacer-
cf. Gen. 9, 22. 25. dotem Dei infamare ulterius[n] praesumant[o] timentes maledictionem[p] Cham, qui patris verenda[q] derisit.

(2)**. De[r] manifesta et nota plurimis causa non sunt quaerendi testes, ut sanctus[s] Ambrosius in epistola[t] ad Corinthios dicit[u], de fornicatione[v] sententiam[w] exponens apostoli[w]. Iudicis[3], inquit[x], non est sine accusatore damnare, quia Dominus Iudam, cum fuisset fur, quia non est accusatus, minime abiecit[y]; ac[z] mox[z]: Cognito autem opere isto[a] pellendum illum[b] de coetu fuisse[c] fraternitatis censuit. Omnes enim crimen eius sciebant et non argue-
cf. Gen. 35. bant, publice enim novercam suam loco uxoris habebat[d]. In qua re neque[e] testibus opus erat neque
cf. 1. Cor. 5, 3–5. tergiversatione aliqua poterat tegi crimen. Et paulo post: Absens facie, praesens autem auctoritate spiritus[f], qui[g] nusquam[g] abest, iam iudicavi ut praesens eum, qui hoc admisit, tradi satanae in interitum[h] carnis.

17.

Stephanus V. papa Romanum archiepiscopum Ravennatem arguit, quod contra statuta canonum successorem iam ipse sibi elegerit et decretum super hoc fieri consenserit.

(887—888.)

Coll. can.: A f. 155 n. 16.

Ed.: Loewenfeld Epist. pont. Rom. ineditae p. 35 n. 62. — Regg.: Ewald in NA. V, 404 n. 16. Jaffé 3435. Kehr Italia pontificia V, 48 n. 145.

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De diacono de crimine iniuste infamato. Stephanus papa quintus Leoni episcopo Thianensi. — *In E*[a]*:* Stephanus Leoni Thianensi episcopo. De Alderico diacono, quomodo se purgare debeat de crimine sibi illato. — *In G*[a]*:* Purgationem vero neganti prestandam Stephanus scribit Leoni Thianensi episcopo. Diaconus si de crimine convinci non poterit, apud episcopum se ipsum secreto purificet.

**) *Lemma et superscriptio in D:* Manifestam causam non egere testibus. Idem. — *In D*[1]*:* Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa. Stephanus V. papa Leoni episcopo Tyanensi. — *In E*[b]*:* Stephanus V. Leoni Zannensi episcopo. Manifestam causam non egere testibus. — *In G*[b]*:* Stephanus papa [V.] Leoni episcopo Thianensi. Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa.

16. a) *Littera initialis deest A.* b) fatebatur se *G*[a]. c) repuntur *A;* non reppiuntur *E*[a]. d) ac *A.* e) *om. A.* f) feriat *A.* g) ecclesiae tuae *D.* h) se iuramento *A.* i) *om. E*[a]*, G*[a]. k) ac *D, E*[a]. l) admone *D.* m) ecclesiae tuae *D, E*[a]*, G*[a]. n) ulterius infamare *G*[a]. o) presummant *A.* p) medictus *A;* maledictus *E*[a]*;* quod Cham maledictus est *G*[a]. q) verenda patris *G*[a]. r) In *G*[b]. s) beatus *D.* t) epistolam *D, E*[b]. u) scribit *D.* v) fornicatore *D.* w) exponens sententiam apostoli *G*[b]*;* sententiam apostoli exponens *E*[b]. x) inquam *D*[1]*, E*[b]*, G*[b]. y) obiecit *E*[b]. z) *om. D*[1]*, E*[b]*, G*[b]. a) istius *E*[b]. b) apostolus *add. G*[b]. c) *om. D*[1]*, G*[b]. d) habuit *D*[1]. e) nec *D*[1]. f) auctoritate spiritu *D*[1]*;* spiritu auctoritate *E*[b]. g) quę numquam *E*[b]. h) interitu *D*[1].

1) *Nunc 'Teano', cf. supra p. 193, 261 n. 215, 300.* 2) *Cf. conc. Carthag. c. 131 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 223.* 3) *Comment. in epist. 1 ad Corinth. cap. 5, v. 2—3, ed. Ambrosii opera (Paris. 1586) III, 439; Migne Patr. lat. XVII, 219.*

S[TEPHANUS] ROMANO ARCHIEPISCOPO[a] [1].

(1) Quorundam[b] relatu fidelium didicimus, quod te superstite contra statuta canonum successorem tibi eligere feceris et decretum super hoc fieri tuorumque[c] sacerdotum ac laicorum manibus firmari enormiter consenseris, immemor existens auctoritatis[d] canonicae [2], quae nullum sibi aliquem successorem eligere debere omnibus modis prohibet.

(2) ITEM. Nos statuta antecessorum nostrorum inviolabilia observare studentes mandamus tibi et auctoritate apostolica modis omnibus interdicimus, ut quod ex hac reprehensibili causa factum est, quod sacris videtur canonibus contrarium et sapientibus viris odibile, radicitus amputes et ita curiosius destruas, ut de cetero ne quid inde iam fieri valeat nec amplius in ecclesia tua dedecus crescat nec amodo ad aures nostras[e] perveniat.

18.

Stephanus V. papa Georgium patricium increpat, quod electum in Tarentina ecclesia episcopum eiecerit et alium ex alia ecclesia venientem a Constantinopolitano patriarcha consecrandum studuerit. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 155′ n. 17.

Ed.: Loewenfeld Epist. pont. Rom. ineditae p. 36 n. 63. — Regg.: Ewald in NA. V, 404 n. 17. Jaffé 3436.

GEORGIO PATRICIO [3].

(1) Qui[a] sibi praeesse in episcopum debuerat, canonice Tarentini[b] elegerunt et ad sedem apostolicam, ad quam ecclesiae illius pertinet consecratio, pro a nobis consecrando deferre[c] voluerunt. Sed sanctorum canonum immemor, quod[d] de una in alteram ecclesiam quemlibet eligi nullo modo debere omnino[e] prohibent [4], eundem electum violenter eiciens alterum alterius ecclesiae contra statuta canonica inibi eligi faciens a Constantinopolitana ecclesia consecrari voluisti, licet hunc[f] Constantinopoleos ecclesia sciens a sancta nostra cui Deo auctore[g] praesidemus ecclesia consecrari debere eum distulerit ordinare.

(2) ITEM. Cum prudentiam tuam scire credamus, quoniam qui nec electus a plebe[h] nec a populo[i] est expetitus, nullo modo eligi aut quomodocumque debeat consecrari, ut sacri promulgant canones [5], ne descissio ecclesiae fiat et oves Christi proprium non habentes pastorem incessanter diripiantur, quapropter nos, qui universalem per Dei gratiam curam suscipimus, monemus et apostolica auctoritate mandamus, ut tale quid statim emendetur et tua vis tuaque potentia a iure canonico eiusdem[k] Tarentinae[l] ecclesiae expellatur, quatinus clero et plebi huius ipsius ecclesiae iamiam, postquam

---

17. a) arciēpo *A.* b) *Littera initialis notata in margine A.* c) quorum *add. A.; haud scio an legendum sit* aliquorum. d) actoritatis *A.* e) *corr. ex* tuas *A.*

18. a) *Littera initialis deest A.* b) *Corr. ex* talentini *A.* c) defferre *A.* d) qui *Loewenfeld, cf. infra p. 347 ann. p.* e) omino *A.* f) hanc *A; corr. Loewenfeld.* g) actore *A.* h) *Legendum videtur* clero, *cf. Leonis epist. ann. 5. cit.:* qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti. i) aplo *A.* k) *Sequitur* tyrannide *cancell. A.* l) t̄rentine *A.*

1) *Ravennati, cf. supra p. 89 n. 95, p. 116 n. 131, p. 132 n. 161 etc.* 2) *Cf. conc. Antioch. c. 23 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 164.* 3) *Fortasse idem, qui paulo post, a. 892, 'strategus Langobardiae et Kephalleniae' successor Symbaticii strategi extitit, cf. I. Gay 'L'Italie méridionale et l'empire byzantin' (1904) p. 171sq.* 4) *Cf. can. apost. 14, 15; Nicaen. c. 15, Antioch. c. 21 etc., Migne Patr. lat. LXVII, 143, 150, 163.* 5) *Cf. Leonis I. epist. ad Rusticum Narbon. ep. c. 1 Reg. Jaffé 544 (320); ed. Migne Patr. lat. LIV, 1203.*

Deus omnipotens locum et tempus concessit, liceat tuo sine impedimento, quem utilem et ad hoc salubre opus regendum divina favente clementia praeviderint idoneum, unanimiter eligere.

19.

Stephanus V. papa Tarentinis nuntiat se consecrationem Deusdonae episcopi ab eis electi distulisse. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 156 n. 18.
Regg.: Ewald in NA. V, 404 n. 18. Jaffé 3437.

S[TEPHANUS] TARENTINI[S][1].

Deusdona[a] scilicet presbyter ad nostram apostolicam sedem veniens retulit se a vobis esse electum, postulans a nobis in episcopum consecrari et nec plebem, quae illum eligeret, deferens nec de se factum decretum ostendens. Ob[b] hoc nos, quia utrumque[c] deerat, a vobis eum electum minime esse credidimus[d] et consecrare distulimus.

20.

Stephanus V. papa Paulo Placentino episcopo indicat se Montem Spilonem Wigbodo episcopo (Parmensi) adiudicasse. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 156 n. 19.
Ed.: Ewald in NA. V, 405 n. 19. — Regg.: Jaffé 3438. Kehr Italia pontificia V, 445 n. 12; 417 n. 10

PAULO EPISCOPO P[LACEN]TINO[2].

Religionem[a] tuam scire volumus, quoniam Wibodus venerabilis episcopus[3], ut praetulimus, antecessoribus nostris et nobis multotiens reclamavit et nos te et illum ad iudicium semper vocavimus, illum vero semper habuimus, te nequaquam habere potuimus. Pro quo ecce, quia ipse semper praesens semperque iudicium desiderans semperque fuit oboediens, ipsum Montem Spilonem[4] cum omnibus sibi pertinentibus habere perpetuo deliberavimus, et quia tu semper[b] inoboediens semperque iudicium fugiens et absentia perfruens fueras et[c] tacuisti, perenniter taceas et in hoc os clausum modis omnibus habeas, et quicquid de frugibus exinde tollere praesumpsisti[d], omni temeritate remota integriter praefato Wibodo reddas.

21.

Stephanus V. papa episcopis Italiae nuntiat excommunicationem Giseltrudae et Winigildi cognati, quocum stuprum sacro velamine relicto operata sit.

Coll. can.: A f. 156 n. 20. — D VII, 131 (ed. Fronto p. 255, Migne Patr. lat. CLXI, 575).
Regg.: Ewald in NA. V, 405 n. 20. Jaffé 3439.

---

19. a) *Littera initialis deest A.* b) hob *A.* c) titrumque *A.* d) credidistius *A.*
20. a) *Littera initialis deest A.* b) sep *A.* c) *om. A., add. Ewald.* d) presusisti *A.*

1) *Cf. epist. n. 18 ad eandem rem, ut videtur, spectantem.* 2) *Cf. supra p. 339 n. 11.* 3) *Parmensis, cf. supra p. 26 n. 28 et saepius.* 4) *Eundem locum significari, qui alias Mons Spinoli et Castrum Speculi (hodie 'Specchio') appellatur, apte conicit Kehr l. l. Quo de loco etiam saeculo XII. quaestiones inter Placentinam et Parmensem ecclesias motae sunt, cf. Reg. Jaffé 12739; Kehr l. l. V, 456 n. 68.*

EPISCOPIS ITALIAE*.

Vestrae fraternitati fortasse non manet[a] incognitum, qualiter Giseldruda[b] relicta quondam Petri Deo contempto et sacro velamine relicto cum Winigildo[c] cognato suo, quod valde dolendum dicimus, stuprum est operata. Unde nos hoc audito, quia magis ac[d] magis[d] tale nefandissimum[e] scelus deleri volumus[f] et ita statuere, ne aliis exemplum tribuatur, eos utrosque ad satisfactionem vocavimus et saepe ut venirent et a tali impio scelere resipiscerent monendo ad nos venire decrevimus. Qui[g] quoniam venire nolentes, sed in eadem inoboedientia perseverantes[g] monita nostra pro nihilo duxerunt, ideo illos canonico conventu celebrato excommunicavimus et nisi ad veram satisfactionem occurrere[h] studuerint, perpetuo[i] anathemati summisimus[k].

22.

Stephanus V. papa Waimario Salernitano principi scribit de Petro electo, qui Romam ad consecrandum venire omiserit. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 156′ n. 21.

Ed.: Loewenfeld Epist. pont. Rom. ineditae p. 36 n. 64. — Regg.: Ewald in NA. V, 405 n. 21. Jaffé 3440.

[PRIN]CIPI SALERNITANO [W]AMARIO[1].

Si[a] vester electus Petrus[2] moram fecerit et venire omiserit, liceat clero et plebi eiusdem ecclesiae, quem idoneum providerint, statim eligere et ad sedem apostolicam pro sacrando deferre.

23.

Stephanus V. papa Petrum electum Salernitanum monet, ut tandem Romam consecrandus veniat. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 156′ n. 22.

Ed.: Loewenfeld Epist. pont. Rom. ineditae p. 37 n. 65. — Regg.: Ewald in NA. V, 405 n. 22. Jaffé 3441.

[PE]TRO ELECTO[2].

Sanctorum[a] canonum[3] transgressor et apostolicae censurae violator videris existere, cum sanctam Salernitanam ecclesiam tot retroactis temporibus invasam retineas et a nobis saepius vocatus venire ad te consecrandum renueris[b]. Ecce pro tanta temeritate proprio privari ministerio debueras, eo quod electus venire ut consecrareris nolueris, sed ut moechus[c] ecclesiam illam retinere non formidasti et a nobis excommunicatus olim ut venisses pariter venire neglexisti. Unde miramur, qua auctoritate quove tenore

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De excommunicatione eius, qui velatam duxerat. Stephanus omnibus episcopis per Italiam.

21. a) maue *A.* b) Giseltruda *D.* c) Uuinnigildo *D.* d) *om. A.* e) nefandissimus *A.* f) voluimus *D.* g) Qui — perseverantes *om. A.* h) accurrere *D.* i) ppetuo *A.* k) commisimus *D.*
22. a) *Littera initialis deest A.*
23. a) *Littera initialis deest A.* b) rennueris *A.* c) mecus *A.*

1) *I., c. 880—901, cf. M. Schipa in 'Arch. stor. Napolet.' s. I t. XII p. 209.* 2) *Qui iam a. 882 privilegio cuidam a se dato subscribit:* Petrus Dei gratia episcopus *(cf. Ughelli, Italia sacra ² VII, 360 sq.); frustra etiam paulo ante a Stephano papa monitus, cf. supra p. 338 n. 10.* 3) *Cf. conc. Chalced. c. 25 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 176.*

ecclesiam Domini invasam retines, nesciens quippe, quod Christi ecclesia diu sine proprio pastore non debeat omnino existere. Quapropter apostolica patientia usi monemus te et auctoritate omnipotentis Dei et sanctorum canonum ac nostra hortamur, ut iamiam omni amota excusatione statim ad te consecrandum in nostram venire cum plebe atque clero omni matures praesentiam.

24.

Stephanus V. papa Walpertum patriarcham (Aquileiensem) monet, ut tandem Liutwardum Comensem electum consecret; sin autem, Romae illum consecrationem accepturum esse. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 157 n. 23. — D V, 13 (ed. Fronto p. 139, Migne Patr. lat. CLXI, 327). — E I, 64, 3 f. 89'.

Fragm.: B I, 245 (196) (ed. W. v. Glanvell p. 142, Martinucci p. 132). — C VI, 30 (ed. Thaner p. 283). — G c. 20 C. IX qu. 3 (ed. Friedberg I, 611).

Edd.: De Rubeis Mon. eccl. Aquileien. c. 450. — Mansi Coll. conc. XVIII, 25 (fragm.) ex D = Migne Patr. lat. CXXIX, 805 n. 16. — Cappelletti Le chiese d'Italia XI, 326 (ut epist. Benedicti IV.) — Regg.: Ewald in NA. V, 405 n. 23. Jaffé 3442 (2652). Kehr Italia pontificia VI, 1 p. 400 n. 4; VII, 1 p. 27 n. 42.

VALPERTO PATRIARCHAE*[1].

Miramur prudentiam tuam Cumensi ecclesiae denegare consecrare[a] pastorem, cum te iam ad hoc provocatum noveris apostolica exhortatione. Si[b] enim in eius electione quid[c] tibi displicuit sacris canonibus interdictum, apologeticis tuis litteris[d] respondere nobis debueras. Nunc[e]** vero iterato tibi scribimus[f] nolentes alicuius[g] ecclesiae privilegium infringere, licet apostolica praerogativa possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare. Desine iam cuiuspiam zelo electum[h] a clero et expetitum a populo[2] Liutwardum[h] Cumensi[i][3] ecclesiae antistitem protelare, quia si protelaveris et eum consecrare totiens[k] monitus[l] non maturaveris, cum[m] ad nos venerit[m], procul dubio consecratus abibit[n], quia licet apostolica auctoritate id facere valeamus, tuo tamen incitamur
cf. Prov. 22, 28. exemplo[o], qui transgressis terminis tibi commissis in ecclesia Salonensi episcopum[p][4] ordinare ad indecentiam apostolicae sedis[q] praesumpsisti, quod quantae praevaricationis sit, ipse perpende.

25.

Stephanus V. papa Liutbertum archiepiscopum Moguntinum docet de capitulis Nicaeni concilii, de chorepiscopis, de purgandis parentibus, quorum infantes mortui reperti sunt. *(887—888.)*

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* Quod soli[r] Romano pontifici liceat de qualibet ecclesia, si voluerit, clericum ordinare. Stephanus Walberto patriarchae. — *In E:* Idem Guaberto patriarchae. De eo, quod Cumensi ecclesiae pastorem consecrare denegabat.

**) *Hic incipiunt B, C, G. Superscriptio in B et C:* Idem Walperto (Walberto *C*) patriarchae inter cetera. — *Lemma et superscriptio in G:* Cuiuslibet ecclesiae clericos papa valet ordinare. Item Stephanus episcopus Walberto patriarchae.

24. a) *om. A.* b) Sic *A, D.* c) quod *D, E.* d) litteris tuis *D;* tuis litteris litteris *A.* e) nec *B.* f) scribimus tibi *G.* g) alicui *A.* h) electum — Liutwardum *om. B, C, G;* Lintuuardum *D;* Liutguardum *E.* i) Cumensis *G.* k) tantotiens *B, C;* iam tociens *G.* l) consecrare *rep. B.* m) cum — venerit *om. G.* n) *Hic expliciunt B, C, G.* o) exēpto *A.* p) episcoporum *D.* q) sedis apostolicę *E.* r) solo *Fronto.*

1) *Cf. supra p. 47 n. 49, p. 54 n. 60, p. 68 n. 73.* 2) *Cf. supra p. 343 ann. 5 et h.* 3) *Liutwardus Comensis postea archicancellarius Ludovici III. extitit.* 4) *Scil. Theodosium, cf. p. 338 n. 9.*

Coll. can.: A f. 157 n. 24.

1: D IV, 232 (ed. Fronto p. 132, Migne Patr. lat. CLXI, 314) (= D[a]*). — Fragm. D*[1] *II, 107 (ed. Migne Patr. lat. CLXI, 1108). — G c. 13 D. 16 (ed. Friedberg I, 50) (= G*[a]*).*

3: D X, 27 (ed. Fronto p. 317, Migne Patr. lat. CLXI, 699) (= D[b]*). — E I, 64, 4 f. 89' (= E*[a]*); III, 20 (21), 9 f. 163' (= E*[b]*). — G c. 20 C. II qu. 5 (ed. Friedberg I, 462) (= G*[b]*).*

Edd.: Mansi Coll. conc. XVIII, 25 (3 ex G[b]*). — Migne Patr. lat. CXXIX, 797 n. 6 (3 ex G*[b]*), n. 7 (1 ex D*[a]*). — Jaffé Bibl. rer. Germ. III, 335 n. 13 (3 + 1 ex D et G). — Regg.: Ewald in NA. V, 406 n. 24. Jaffé 3443 (2643, 2642).*

STEPHANUS LIUTBERTO[a] EPISCOPO MAGUNTIAE*[1].

(1) Capitula Nicaeni[b] concilii testimonio Athanasii[c] [2] LXX in figuram septuaginta discipulorum scripta[d] non dubitamus. E quibus XX**[e] tantum in[f] sancta Romana habentur ecclesia[e] [f], sed quo[g] neglectu reliqua[h] defecerint, ambiguum est. Arbitrantur[i] enim plurimi[i] ea[k] Antiocheno inserta concilio[k].

(2) De corepiscopis scilicet, de quibus tua sollicitudo consuluit[l], id solum sufficiat[m], quod sacri censent canones. Oportet quippe in villis et modicis civitatibus secundum patrum statuta[3] non ordinari episcopos, ne nomen vilescat episcopi. Verum quia tu in tantam prolixitatem tuam diocesim extendi testaris, antiquam decessorum tuorum consuetudinem non interdicimus, donec auxiliante Deo convocata synodo, quid super hoc agendum sit, statuatur.

(3)*** Consuluisti etiam[n] de infantibus[o], qui[p] in uno lecto cum parentibus dormientes mortui reperiuntur[q], utrum ferro candente an[r] aqua fervente seu alio quolibet[s] examine parentes se purificare debeant eos non oppressisse. Monendi namque sunt et protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno collocent lecto, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur vel opprimantur[t], unde ipsi homicidii[u] rei inveniantur. Nam ferri candentis vel[v] aquae ferventis examinatione confessionem extorqueri[4] a quolibet sacri non

---

*) *Lemma et superscriptio in D*[a]*:* Quot sint capitula Nicaeni concilii. Stephanus Luythobio Moguntino episcopo.

**) *Hic incipit fragmentum in D*[1] *et G*[a]*. Lemma et superscriptio in D*[1]*:* Nicaeni concilii viginti tantum capitula habentur. Stephanus Luthobio Moguntino episcopo. — *In G*[a]: Stephanus papa scribit dicens Liutberto episcopo Maguntino. Nicaeni concilii viginti tantum capitula habentur.

***) *Superscriptio et lemma in D*[a]*:* Quod homicidae sint, qui filios dormientes oppresserint. Stephanus Ludberto episcopo Mogontino. — *In E*[a]*:* Stephanus Liutberto episcopo Magontino. Utrum ferro candente aut aqua fervente seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant, pueros secum dormientes se non oppressisse. — *In E*[b]*:* Stephanus papa Lamberto episcopo Mogontino. De infantibus, qui cum parentibus dormientes mortui inveniuntur, et quod confessio ferri candentis et aquae ferventis examinatione extorqueri non debeat. — *In G*[b]*:* Stephanus V. Luiberto Maguntino episcopo. Ferventis aquae et candentis ferri iudicium fieri in ecclesia prohibetur.

25. a) lamberto *A.* b) Niteni *A.* c) Anastasii *A.* d) scriptam *A.* e) Viginti tantum capitula Nicaeni concilii in ecclesia Romana habentur *D*[1]*;* Viginti tantum capitula Nicaenae sinodi in sancta Romana ecclesia habentur *G*[a]. f) in ecclesia sancta Romana habentur *D*[a]. g) quod *A.* h) caetera *D*[1]*;* alia *G*[a]. i) arbitrantur plurimi *D*[1]*;* plurimi arbitrantur *G*[a]. k) antioceno ea esse concilio inserta *G*[a]; ea Antiocheno inserta concilio esse *D*[1]. l) consuit *A.* m) sufficiant *A.* n) *om. G*[b], *E*[a]. o) instantibus *A.* p) quod *A.* q) repperiuntur *A, E*[a], *E*[b]. r) aut *A, G*[b]. s) aliquo *A.* t) oprimantur *A.* u) homicidio *A.* v) et *E*[b].

1) *863—889.* 2) *Cf. epistolam sub nomine Athanasii fictam ad Marcum papam, ed. Hinschius Decretales Ps.-Isidorianae p. 452.* 3) *Conc. Sardic. c. 6, cf. conc. Laodic. c. 57 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 178, cf. p. 170.* 4) *Cf. Hincmari 'De divortio Lotharii' Resp. VI, ed. Migne Patr. lat. CXXV, 671; F. Patetta 'Le ordalie' (1890) p. 328 sqq.*

censent[a] canones et quod sanctorum patrum documento sancitum non est, supersticiosa adinventione non est praesumendum. Spontanea enim confessione vel testium approbatione publicata delicta habito prae oculis Dei timore commissa sunt regimini iudicare, cf. 3. Reg. 8, 39. occulta vero et incognita illius sunt[b] iudicio[c] relinquenda[d], qui solus novit corda filiorum hominum. Hi[e] autem, qui probantur vel confitentur talis[f] reatus se[g] noxios[f], tua eos castiget moderatio, quia si conceptum in utero qui per aborsum[h] deleverit, homicida est, quanto magis qui unius saltem diei[i] puerulum[k] peremerit, homicidam se esse[l] excusare nequibit[m]?

26.

Stephanus V. papa Stylianum aliosque orientalis ecclesiae episcopos de signo crucis et de auctoritate Romanae ecclesiae docet[1]. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 157' n. 25. — E I, 64, 5 et 6, f. 89'.

1: D I, 114 (ed. Fronto p. 20, Migne Patr. lat. CLXI, 88) (= D^a); II, 91 (ed. Fronto p. 65, Migne Patr. lat. CLXI, 182) (= D^b). — G III D. 5 c. 10 (ed. Friedberg I, 1415) (= G^a).

2: G c. 4 D. 19 (ed. Friedberg I, 61) (= G^b).

Edd. 1: Mansi Coll. conc. XVIII, 26 ex G^a = Migne Patr. lat. CXXIX, 807 n. 21. — Regg.: Ewald in NA. V, 406 n. 25. Jaffé 3444 (2656).

[S]TILIANO ANASTASIO [EUSE]BIO IOHANNI ET PAULO ARCHIEPISCOPIS [ET E]ORUM CLERO*.

(1) Numquid[a] non omnia carismata[b] sacerdotalis ministerii crucis figura perficiuntur? Numquidne[c] baptismatis unda nisi cruce sanctificata peccata relaxat? Et ut cetera praetereamus, sine crucis signaculo quis sacerdotii[d] gradus ascendit?

(2) ITEM**. Enimvero quia in speculam[e] et exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus praeesse voluit, posita est omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinavit[f], perpetuo[g] et[h] irrefragabiliter observandum est.

---

*) *Superscriptio in D^a:* Stephanus V. Stiliano archiepiscopo. — *Lemma et superscriptio in D^b:* Omnia figura crucis Christi sanctificari. Stephanus papa Stiliano Anastasio Eusebio Iohanni Paulo episcopis etc. — *In E:* Stephanus Stiliano Athanasio Iohanni et Paulo archiepiscopis et eorum clero. De crucis signaculo. — *In G^a:* Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur. Item Stephanus.

**) *Lemma in E:* Quod quicquid Romana ecclesia statuit, irrefragabiliter observandum est. — *Lemma et superscriptio in G^b:* Quicquid Romana ecclesia statuit vel ordinat, ab omnibus est observandum.

a) censerunt *A.* b) sunt illi G^b. c) *om.* G^b. d) reservanda E^a. e) His E^a. f) talis — noxios *om. A spatio relicto.* g) esse E^b. h) abortum D^b, E^b. i) saltim diei *A;* diei saltem E^b. k) puerum E^b. l) se non esse *A;* esse se G^b. m) nequivit *A.*

26. a) *Littera initialis deest A.* b) charismata *corr. ex* chrismata *E;* crismata G^a. c) numquid G^a. d) sacerdotiis *A.* e) s *in fine del. A;* speculum G^b. f) ordinat *A*, G^b. g) ppetuo *A.* h) *om. E*, G^b.

1) *Haec fragmenta ex illa Stephani V. epistola sumpta sunt, quam integram non nisi Graeca versione nobis servatam infra p. 380 n. 3 collocavimus. Errant Friedberg, qui fragmentum G^b Stephano V. (IV.) († 817) tribuit, Jaffé et Loewenfeld, qui utrumque sub proprio numero — 3444 (2656) — a Graeca illa versione — n. 3452 (2639) — seiungunt.*

27.

Stephanus V. papa Lamberto episcopo Cenomanensi scribit de mitiganda poenitentia Hildegardae. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 157' n. 26. — D X, 186 (ed. Fronto p. 339, Migne Patr. lat. CLXI, 745).

Ed.: Migne Patr. lat. CXXIX, 807 n. 24 ex D. — Regg.: Ewald in NA. V, 406 n. 26. Jaffé 3445 (2659).

[LAM]BERTO EPISCOPO CENOMANNICO[a] *[1].

Lecta[b] epistola a sanctitate tua nobis directa, quae hanc feminam nomine Hildegardam filios suos interfecisse et septennem[c] poenitentiam egisse fatebatur, valde condoluimus[d]. Unde quia mandasti, ut viscera pietatis ei praeberemus, volumus et misericorditer mandamus, ut sacris festivitatibus, id est reverendae nativitatis et sancti paschae atque pentecostes[e] et natalis[f] apostolorum, sacrum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi sumere debeat et diebus vitae suae in monasterio retrusa monachicam vitam regulariter ducat.

28.

Stephanus V. papa Widoni (II. duci Spoletino) respondet se electum Reatinae ecclesiae non nisi percepta per epistolam imperatoris licentia consecraturum esse. *(888.)*

Coll. can.: A f. 158 n. 27. — E I, 64, 7 f. 89'. — G c. 18 D 63 (ed. Friedberg I, 239). — Cod. Bamberg. P I, 9 f. 109, descr. E. Duemmler b. m. (= P).

Ed.: Migne Patr. lat. CXXIX, 793 n. 2 ex G. — Regg.: Ewald in NA. V, 407 n. 27. Jaffé 3446 (2627). Kehr Italia pontificia IV, 23 n. 3.

WIDONI** [2].

Lectis[a] sagacitatis vestrae apicibus, qui[b] defuncto ecclesiae Reatinae[c] antistite[3] clerum et plebem eiusdem elegisse sibi futurum[d] antistitem[4] nobisque[e] ad[f] consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu sine proprio consisteret[g] pastore, fatebantur, nos de obitu prioris dolentes, quin[h] de unanimitate et canonica ipsius ecclesiae electione gratulantes[h] nunc ipsum electum[i], ut mandastis, tam citissime ordinare[k] omisimus, quod imperialem[l] nobis, ut mos est, absolutionis minime detulit[m] epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum[n] nobis extitit[o], ideo voluntati vestrae in hoc parere

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De quadam, quae filios suos necaverat. Stephanus III. Lamberto episcopo Cenomannico.

**) *Superscriptio et lemma in E:* Stephanus Guidoni comiti. De electo Reatinae ecclesiae, quem ordinare omisit, eo quod imperialem ei, ut mos est, minime detulit absolutionis epistolam. — *In G:* Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur. Item Stephanus Guidoni comiti. — *Superscriptio in P:* Stephanus papa Widoni comiti.

27. a) Cemomannico *A.* b) *Littera initialis in margine notata A.* c) septēpnē *A.* d) doluimus *D.* e) pentecosten *A.* f) natale *A.*

28. a) *Littera initialis deest A.* b) que *E, G, P.* c) ecclesie Tiatine *A;* Reatinę ęcclesię *E.* d) futurum sibi *G.* e) nobis *G.* f) *om. E, G, P.* g) constet *G.* h) quando *E, P;* quin — gratulantes *om. G;* gratulantes *om. E, P.* i) unanimitate et canonica ipsius ecclesiae electione *add. G.* k) consecrare *A.* l) impale *A.* m) detulerit *G.* n) ambugium *A.* o) est *G.*

1) *Hodie 'Le Mans', c. 885—892; cf. 'Gallia christiana' XIV, 363.* 2) *Duci Spoletino (cf. supra p. 254 n. 290), Stephano V. papae familiarissimo, cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich'² III, 251.* 3) *Richardum episcopum Reatinum (nunc 'Rieti'), significari verisimillimum est, qui a. 887 donationem quandam subscripsit, cf. Ughelli, 'Italia sacra'² I, 1197.* 4) *Cuius nomen ignoramus.*

distulimus, ne augustalis animus durissime modo quocumque[a] perciperet. Sed scientes ecclesiam Domini sine proprio[b] diu pastore[b] non[c] debere consistere[c], gloriae[d] vestrae mandamus, quoniam aliter[e] mox[e] agere haud[f] debuimus, ut vestra sollertia imperiali, ut consuetudo prisca[g] condictat[h], percepta licentia et nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria[i] directa epistola tunc et[k] voluntati vestrae de[l] hoc parebimus[l] eundemque electum adiuvante Domino[m] consecrabimus. Quod, karissime fili, moleste dureque[n] nullo modo suscipiatis[o] nec[p] aliter id nos praeterisse credatis, cum statuta canonica[q] et censuram legalem inviolabilem observare velimus et gloriam vestram prospere semper apostolicis suffragiis augeri desideremus.

29.

Stephanus V. papa Roberto Mettensi episcopo respondet de Flavino clerico, licet captus a Normannis digitum amiserit, promovendo. *(887—888.)*

Coll. can.: A f. 158 n. 28. — D VI, 118 (ed. Fronto p. 207, Migne Patr. lat. CLXI, 474). — D^1 III, 44 (ed. Migne Patr. lat. CLXI, 1139). — E I, 64, 8 f. 90. — G c. 11 D. 55 (ed. Friedberg I, 217).

Edd.: Mansi Coll. conc. XVIII, 19 ex G = Migne Patr. lat. CXXIX, 805 n. 17. — Regg.: Ewald in NA. V, 407 n. 28. Jaffé 3447 (2653).

ROBERTO EPISCOPO M[ETENSI]*[1].

Lator[a] praesentium, Flavinus[b] scilicet clericus, ad sanctam sedem apostolicam veniens detulit a te nobis directam[c] epistolam, qua indagare studuisti eum[d] a Nortmannis[e] nuperrime[f] captum sinistrae manus digitum[g] habere[h] abscissum[i], sciscitans[k], si ob[l] hoc[l] ad ecclesiasticum ordinem valeat promoveri an non. Quod et[m] nos reperientes[n], quia sollertia tua[o] magis super hoc sollicita a sede apostolica doceri flagitat, normam iustitiae semper sequi exoptans[p] studium tuae sanctitatis merito collaudamus, reverentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est, quod[q] a Nortmannis[r] digitum ipsum[s] habeat abscissum[i], ad promovendum, si alias[t] dignus fuerit, nil[u] ei nocebit, eo quod quid[v] de his, qui a dominis vel[w] medicis sive[x] a paganis non[y] sponte tale quid patiuntur[z], sacri censeant canones[2], dilectionem tuam latere non credimus[a], quos[b] ei[c]

---

*) *Lemma et superscriptio in D:* De licita promotione eius, cui digitus ab hostibus abscissus est. Stephanus Roberto Metensi episcopo. — *In D^1:* Non prohibetur a clero, qui digitum sibi casu abscidit. Stephanus Roberto episcopo Aletens. — *In E:* Stephanus Roberto Metensi episcopo. An clericus, cui digitus est abscisus, ad ecclesiasticum ordinem possit promoveri. — *In G:* Non prohibetur a clero, qui digitum casu sibi abscidit. Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

a) quocumque modo *G.* b) proprio pastore diu *G.* c) consistere non debere *A;* debere *superscr.*, posse *del. E.* d) aecclesię *A.* e) nos aliter *G.* f) non *G, P.* g) prisca consuetudo *G.* h) fuerat condictat *A;* dictat *G.* i) *om. P.* k) *om. G.* l) parebimus de hoc *G.* m) aduante Domino *A;* Domino adiuvante *G.* n) *om. G, P.* o) *Hic explicit G.* p) ne *A.* q) canonica instituta *P.*

29. a) *Littera initialis in marg. notata A.* b) Flavinius D^1. c) directam nobis *G.* d) cum *D*, D^1. e) nornnis *A;* normannis *E, G.* f) nuprrime *A.* g) digitum manus D^1. h) haberet *D*, D^1. i) abscisum *A, E, G.* k) sciscitaris *G.* l) hic D^1. m) etiam D^1. n) reppientes *E.* o) *om.* D^1. p) desiderans D^1; desideramus *G.* q) q̊ *A.* r) normannis *A, E, G.* s) *om.* D^1. t) aliter D^1. u) non D^1. v) quis D^1. w) sive a D^1; uel a *G.* x) vel D^1. y) *om.* D^1. z) quod *add.* D^1. a) *Hic explicit G.* b) quid D^1. c) eis *D.*

1) *883—916/7.* 2) *Cf. conc. Nicaen. c. 1 interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 147*

obviare debere, si ita est, minime repperimus[a], monentes[b] religionem tuam, ut circa illum ita peragat, quatinus[c] et mercedem[d] pro eo magnam[d] incurrat et desiderium istius canonica[e] ei auctoritate[e] in[f] aliis[f] non obviante[g] Deo adiuvante perficiat.

30.

Stephanus V. papa Theodosio episcopo (Nonensi) pallium restituta ad pristinum statum ecclesia Salonitana promittit. (888.)

Coll. can.: A f. 158' n. 29.

Edd.: Ewald in NA. V, 407 n. 29. — Miklosić et Rački in 'Starine' XII (1880), 219 n. 13. — Reg.: Jaffé 3448.

TEODOSIO EPISCOPO[1].

(1) Salonitana[a] ecclesia, quam Deo auxiliante restitutam asseris, ut ad[b] pristinum gradum redeat, inhianter cupimus et omnes ecclesiae[c], quae barbarorum rabie destructae sunt, assiduis precibus ut restaurentur imploramus, ita tamen ut in novarum ecclesiarum restauratione neglectus non proveniat antiquarum. Pallium et eius usum[d], quem rogitas, cum Dei misericordia cooperante ipse ad apostolorum limina veneris, consultius dabitur, ut multiplici[e] benedictione locupletatus laetior ad propria redeas, quia ipsius usus non ad pompae[f] fastus[g], sed ad religionis attinet mysterium.

(2) ITEM. Quomodo ab eo[2] benedictionem caperes, qui caret benedictione[3]? Quomodo alteri tribuit quis, quo sibi carere dinoscitur?

31.

Stephanus V. papa Romano archiepiscopo (Ravennati) scribit successorem Imolensi episcopo aegrotanti minime eligendum esse. (888.)

Coll. can.: A f. 158' n. 30.

Ed.: Ewald in NA. V, 407 n. 30. — Regg.: Jaffé 3449. Kehr Italia pontificia V, 163 n. 3.

ROMANO[a] ARCHIEPISCOPO[4].

Nos[b] vero ei Immolensi episcopo succedi eo vivente non praecipiemus, quia iniustum est, ut episcopus, si ei molestia corporis irruit, honore suo privetur aegrotus. Ideoque per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum nobis ex eius depositione[c] proveniat.

32.

Stephanus V. papa Romano archiepiscopo Ravennati praecipit de eligendo episcopo Imolensi. (888.)

Coll. can.: A f. 188' (Varia II n. 50, cf. Ewald in NA. V, 587). — B I, 244 (196) (ed. W. von Glanvell p. 141; Martinucci p. 131). — C VI, 30 (ed. Thaner p. 283). — G c. 12 D. 63 (ed. Friedberg I, 238).

---

a) reperimus *D, D*¹. b) moventes *D*¹. c) quatenus *D, D*¹. d) pro eo magnam mercedem *D*¹. e) canonicae ei institutionis auctoritate *D*¹; canonica auctoritate *E*. f) *om. D*¹. g) obviant *D*¹.

30. a) *Littera initialis deest A.* b) *om. A.* c) eccłi *A.* d) usus *em. Ewald.* e) multipłici *A.* f) ponpe *A.* g) factus *A, corr. Ewald.*

31. a) Rom̄ *A.* b) *Littera initialis deest A.* c) dispositione *A.*

1) *Nonensi; cf. p. 338 n. 9; p. 346 n. 24.* 2) *Scil. Aquileiensi patriarcha, cf. p. 338 n. 9.* 3) *Cf. epist. Innocentii I. Reg. Jaffé 303, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 259.* 4) *Ravennati, cf. p. 342 n. 17.*

Ed.: Migne Patr. lat. CXXIX, 798 n. 9 ex G. — Regg.: Jaffé 3450 (2645). Kehr Italia pontificia V, 163 n. 4.

STEPHANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI*[1].

Nosse tuam venerabilitudinem[a] volumus, ad nostras apostolicas[b] aures fore perventum Immolae[c] episcopum ab hac luce migrasse. In cuius successoris[d] electione populi divisionem provenisse[e] audivimus. quod, quia saepe contingere solet, quaerentibus
cf. Phil. 2, 21. singulis quae sua sunt, non quae Iesu Christi, adeo non[f] miramur. Verumtamen plurimum[g] in hoc tuam oportet[g] adhiberi sollicitudinem, ut convocato clero et populo talis inibi[h] eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obvient canones. Sacerdotum quippe est electio et fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus, non[i] sequendus est populus[i][2].

33.

Stephanus V. papa legatis ad Slavos euntibus commonitorium dat. *(885 ex.)*

Coll. can.: A f. 158' n. 31.

Edd.: Ewald in NA. V, 408 n. 31 = Miklosić et Rački in 'Starine' XII (1880), 220 n. 14 = Emler Regesta Bohemiae et Moraviae IV (1892), 708 n. 1765 = Friedrich Codex diplomaticus regni Bohemiae I (1904/07), 26 n. 27. — Reg.: Jaffé 3408.

COMMONITORIUM DOMINICO EPISCOPO[3] IOHANNI[a] ET STEFANO [PRESBYTERI]S[b] EUNTIBUS AD SCLAVOS[c].

Cum[d] Deo propitio ingressi Sclavorum[e] fines fueritis, tanta vos ornate modestia[f], ut vestri vestrorumque omnium actus exemplum religionis praebeant rudi populo, ha-
Matth. 5,16. bentes prae oculis monentem Dominum, 'ut videant vestra opera bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est'. Cum veneritis ad ducem patriae[4], dicite ei: 'Visitant vos apostolorum principes beatus Petrus regni caelestis claviger et Paulus doctor gentium. Domnus[g] autem Stephanus sanctissimus pontifex sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae et universalis papa, spiritalis videlicet pater vester, visitat vos et mandat vobis amabilem paternitatem. Amplectitur enim vos spiritaliter et diligit sicut unicum et carissimum filium[5]. Omnes sanctissimi episcopi, reverentissimi presbyteri et diaconi cum reliquo clero sanctae Romanae ecclesiae optant vobis salutem; habent enim assidue vestri memoriam in suis Deo dignis orationibus apud beatissimorum apostolorum principum limina. Omnis honorabilis senatus a Deo conservandae Romanae urbis cum reliquo coetu fidelis populi mandat[h] vobis salutes. Desiderant enim omni prosperitate vos in Christi Dei nostri fide pollere et saeculi gloria gaudere'. Primo die

---

*) *Lemma in A:* [Ex] registro Stephani VI. papae archiepiscopo Ravennati. — *In B:* Ex registro VI. Stephani. — *In C:* Praeceptum de electione Imolensis episcopi et de consecratione Cumensis. Stephanus episcopus servus servorum Dei Romano archiepiscopo Ravennati. — *In G:* De eodem. Item Stephanus episcopus servus servorum Dei Romano archiepiscopo Ravennati.

32. a) venerabilitatem *A;* fraternitatem *G.* b) *om. G.* c) Imolē *A;* Immolensem *G.* d) successionis *A.* e) pervenisse *A, B, C.* f) non adeo *G.* g) in hoc tuam plurimum oportet *C;* in hoc plurimum oportet tuam *G.* h) inhibi *C;* ibi *G.* i) est populus non sequendus *G.*

33. a) ĩ *A.* b) *vel* [diaconi]s *monet Friedrich.* c) ad Scalituos || *f. 159:* ad Sclavos *A.* d) *Littera initialis deest A.* e) clavorum *A.* f) mddestia *A.* g) donnus *A.* h) madant *A.*

1) *Cf. supra p. 351 n. 31.* 2) *Cf. Coelestini I. epist. Reg. Jaffé 371 (154), ed. Migne Patr. lat. LXVII, 278.* 3) *Triventino, cf. supra p. 189 ann. 12, p. 327 ann. 3.* 4) *Scil. Sventopulcum, Moraviae ducem, cf. supra p. 160 n. 200, p. 222 n. 255, p. 244 n. 276.* 5) *Cf. supra p. 223 l. 1 n. 255.*

haec dixisse sufficiant, et si de patriae salute interrogaverint, quae ad honorificentiam pertinent christianae religionis, ecclesiae honoris, decentiae imperialis, prudenter respondete!

ITEM. Spiritus[a] [1] sanctus a Patre et Filio nec ingenitus dicitur, ne duo patres, nec genitus, ne[b] duo filii, sed procedens dicitur. Si dixerint: 'Prohibitum est[c] sanctis patribus symbolo addere aliquid vel minuere' — dicite: 'Sancta Romana ecclesia custos est et confirmatrix sanctorum dogmatum, quia in catholica fide principis apostolorum vicariatione in nullo vacillat ipso dicente Domino [2]: "Simon ecce Satanas[d] expetiit vos, Luc. 22, 31 32. ut cribraret quasi triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos." Haec omnes errantes[e] ad fidem duxit ecclesias et vacillantes roboravit, non immutando sancta dogmata, sed aut non intelligentibus aut male sentientibus exponendo.'

Cap. XII. 'Missas[a] [3] et sacratissima illa ministeria, quae Sclavorum lingua idem Methodius [4] celebrare praesumpsit, quamvis decessoris[f] sui temporibus, domni[g] videlicet Iohannis sanctissimi papae [5] iuraverit[h] se ea ulterius non praesumere [6], apostolica auctoritate, ne aliquo modo praesumatur, penitus interdicit. Verumtamen si aliquis Sclavorum lingua tam doctus invenitur, ut post sacratissimam evangelicam apostolicam lectionem eius explicationem doctus sit dicere ad aedificationem eorum, qui non intelligunt, et laudat, si fiat, et[i] concedit et approbat.'

Cap. XIII. 'De[a] veneratione ieiuniorum firmiter tenere, sicut in sua decrevit epistola [7], quia assidue pro viribus ieiunare laudabile est, corpori etiam consulere naturale et festis diebus largiori papulo corpus sobrie reficere peccato non imputatur, si tamen cum gratiarum actione et corpus reficitur et salubre poculum animae ministratur.'

Cap. XIIII[k]. Successorem[a] [8], quem Methodius sibimet[l] contra omnium sanctorum patrum statuta [9] constituere praesumpsit, ne ministret[m], nostra apostolica auctoritate interdicite, donec suam nobis praesentiam exhibeat et causam suam viva[n] voce exponat.

---

a) *Littera initialis deest A.* b) ut *A; cf. infra p. 356 l. 3 sq.* c) a *add. Ewald.* d) sathanas *A.* e) herrantes *A.* f) nostri *add. A.* g) donni *A.* h) iuravarit *A.* i) ut *A.* k) .... ·IIII *A.* l) sibibiet *A.* m) ministrat *A.* n) qa viva *A.*

1) *Cum his, quae sequuntur, cf. infra p. 355 l. 30 sq.* 2) *Cf. infra p. 355 l. 21.* 3) *Cf. infra p. 357 l. 31 sq.* 4) *Archiepiscopus Pannonicus, cf. supra p. 161 n. 201, p. 222 sq. n. 255, p. 243 n. 276, p. 286 n. 23, mortuus 885 April. 6, cf. Dümmler 'Ostfränk. Reich'* ² *III, 253.* 5) *VIII., 872—882.* 6) *Cf. supra p. 161 l. 13 sqq., sed etiam p. 224 l. 5 sqq.* 7) *Cf. infra p. 356 l. 32 sq.* 8) *Scil. Gorazdum, cf. Dümmler l. l. p. 254.* 9) *Cf. can. 23 Antioch. conc. interpr. Dionysio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 164.*

STEPHANI V. PAPAE EPISTOLAE PASSIM COLLECTAE, QUOTQUOT AD RES GERMANICAS SPECTANT.

RECENSUIT G. LAEHR.

Sequentium epistolarum a Stephano V. (885—891) et Formoso (891—896) summis pontificibus scriptarum pleraeque ex codice Treverensi 1081 saec. XI.—XII. (= T), de quo cf. ea quae Dümmler VI. huius seriei tomo p. 241 et Perels in 'Neues Archiv' XXXVII, 562 commemoraverunt, sumptae sunt. Ceteri quos adhibuimus codices suo loco nominabuntur.

In re orthographica, cum neque autographa neque coaeva apographa extent neque variorum scribarum varias proprietates imitari opportunum videatur, usum nobis assuetum secuti sumus.

1.

Stephanus V. papa Zventopolcum 'regem Sclavorum' ob fidem et reverentiam Romanae ecclesiae exhibitam laudat; docet, quid de trinitate credendum et quando ieiunandum sit; (Wichingum episcopum commendat), Methodii superstitionem et missam lingua Sclavorum celebratam reprobat[1]. *(885 ex.)*

Cod.: Sanctae Crucis ('Heiligenkreuz') 217 s. XI., f. 5'—6', 78—81 (= C); cf. de cod. G. Poeck apud H. J. Schmitz 'Die Bußbücher und das kanonische Bußverfahren' (1898) p. 207 ann. 1.

Edd.: Wattenbach 'Beiträge zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen' (Wien 1849) p. 43 = Ginzel 'Geschichte der Slawenapostel Cyrill und Method und der slawischen Liturgie' (1857) Appendix p. 63 = Migne Patr. lat. CXXIX, 801 = Brandl Codex diplomaticus Moraviae VII, 704 n. 9 = Friedrich Codex diplomaticus Bohemiae I, 22 n. 26. — Regg.: Erben Regesta diplomatica necnon epistolaria Bohemiae et Moraviae I (1855), 20 n. 49. Jaffé 3407 (2649).

---

1) *De fide huius epistolae multi disputaverunt; cf. ex. gr. Wattenbach l. l. p. 28 sq.; Ewald in 'Neues Archiv' V (1880), 408 ann. 5; Ginzel 'Geschichte der Slawenapostel' p. 9 sqq.; Hergenröther 'Photius' II (1867), 628; Martinov 'Saint Méthode, apôtre des Slaves, et les lettres des Souverains Pontifes conservées au British Museum' in 'Revue des questions historiques' XXVIII (1880), 386 sqq.; Dümmler 'Ostfränk. Reich'* [2] *III, 254; Bretholz 'Geschichte Mährens' I (1893), 99; Götz 'Geschichte der Slawenapostel Konstantinus (Kyrillus) und Methodius' (1897) p. 42 sqq.; Jagić 'Zur Entstehungsgeschichte der kirchenslawischen Sprache' in 'Denkschriften der kaiserl. Akademie, Phil.-hist. Klasse' (Wien 1902) p. 49 sq.; idem 'Entstehung der kirchenslawischen Sprache' (1913) p. 90; Brückner 'Die Wahrheit über die Slawenapostel' (1913) p. 102 sqq.; von Schubert 'Die sogenannten Slawenapostel Constantin und Methodius' (1916) p. 24; Dvornik 'Les Slaves, Byzance et Rome au IX. siècle' (1926) p. 288 sqq. Videtur epistola genuina Stephani papae a Wichingo episcopo partim falsata vel interpolata esse, cf. 'Neues Archiv' XLVII (1927), 159 sqq. Partes epistolae, quae imprimis suspectae videntur, uncis ( ) inclusae sunt.*

STEPHANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ZVENTOPOLCO REGI SCLAVORUM[1].

Quia[2] te zelo fidei sanctorum apostolorum principi Petro videlicet regni caelestis clavigero omni devotione devovisti eiusque vicarium prae cunctis huius fluctivagi saeculi principibus principalem patronum elegisti eiusque te cum primatibus ac reliquo terrae populo ditioni pariter commisisti, continuis precibus Deum bonorum omnium largitorem exoramus, ut ipsius muneris suffragio, in cuius manu[a] sunt omnia iura regnorum, quatenus eius vallatus auxilio et interventionibus apostolorum principum Petri et Pauli et a diabolicis muniaris insidiis et corporali sospitate laeteris, ut anima et corpore tutus ab aeterno iudice bonis operibus decoratus perpetua felicitate doneris. Nos etiam, qui eius vicariatione fungimur, debitam sollicitudinem pro te gerentes, in quocumque indigueris negotio in his, quae ad salutem tuam pertinent, Deo auxiliante protectorem invenies in omnibus, quem ob fidei dignitatem cum omnibus tuis fidelibus nulla terrarum obsistente intercapidine spiritualibus ulnis quasi praesentem amplectimur amore ut spiritualem filium. Igitur quia orthodoxae fidei anhelare te studiose[b] audivimus et certo indicio ex hoc agnoscimus, quod ad matrem tuam, sanctam videlicet Romanam ecclesiam, recurrere voluisti[c], quae caput est omnium ecclesiarum collato sibi privilegio in beato Petro principe apostolorum, cui suas oves verus pastor commisit dicens: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam' — portas inferi ora orthodoxam fidem blasfemantium appellans —; quae auctore Christo omnes haereses destruxit et vacillantes[3] omnes in fide solidavit creatoris sui munita auxilio dicente eodem domino nostro Iesu Christo: 'Simon, ecce satanas expetiit[d] vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ne deficiat[e] fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.' Quis rogo nisi insipiens in tantum audeat blasphemiae baratrum[f] mergi, ut Petri fidem infamet, pro quo verbum Dei in duabus naturis existens, quod natura servi autem natura contulit deitatis[g]? Tuam devotionem amplectimur volentem discere, ut prudentiam tuam digna attollamus laude, quae non alibi vagari, sed ipsam[h] quae caput est studuit consulere, a qua etiam omnes ecclesiae sumpserunt exordium.

a) [illegible] b) Matth. 16, 18. c) Luc. 22, 31–32.

Verumptamen fundamentum fidei, super quod suam Christus constituit ecclesiam, istud est: Tres certae personae subsistentes Patris et Filii et Spiritus sancti coaeternae sibi sunt et coaequales et istarum trium personarum una est deitas natura, una substantia, una divinitas, una maiestas; in quibus personis discretio est, non confusio, distinctio, non separatio. Distinctionem dico, quia alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti: Pater enim a nullo, Filius a patre, Spiritus sanctus ab utroque; unius eiusdemque[i] substantiae, cuius Pater et Filius est. Et haec sancta trinitas unus et verus Deus est, quae nec initio incipit aut fine clauditur nec loco comprehenditur nec tempore variatur. Pater enim solus de alio non est et ideo solus ingenitus appellatur; Filius

---

*) *Superscriptio in C:* Epistola Stephani papae ad Zventopolcum[k] regem.

1. a) *om. C.* b) studio *coni. Wattenbach.* c) uolusti *C.* d) expetit *C, sed cf. p. 353 l. 8.* e) nedificiat *C.* f) blaspemie baratū *C.* g) *Hic verborum circuitus sensu carere videtur; haud scio an legi possit:* pro quo verbum Dei (rogavit) in duabus naturis existens, quod natura servi (accepta) natura(m) contulit deitatis *(cf. Phil. 2, 7), vel simile quid.* h) ipsum *C.* i) eius deq; *C.* k) abtveno · polcum *C.*

1) *Principi Moraviae, cf. supra p. 222 n. 255; rex appellatur Zventopolcus etiam a Reginone, ed. Kurze p. 134, 143 et in Legenda Pannonica c. 9, ed. Ginzel 'Geschichte der Slawenapostel Cyrill und Method', Appendix p. 27; sed cf. econtra Brückner 'Die Wahrheit über die Slawenapostel', p. 71sq. Cum tota hac epistola cf. Commonitorium papae, supra p. 352 n. 33.* 2) *Exordium huius epistolae summopere congruit cum exordio epistolae Iohannis VIII. supra p. 222 n. 255.* 3) *Cf. supra p. 353 l. 8.*

autem de Patre sempiternus Filius et ideo genitus dicitur; Spiritus[1] vero sanctus Patris et Filii est spiritus sine ullo intervallo, ubi nulla tempora quaeque habent prius vel posterius sunt cogitanda, et ideo nec ingenitus nec genitus, sed procedens dicitur, ne[a] duo patres nec duo filii credantur. Quod Filii sit spiritus, apostolus et evangelista[2][b] [Rom. 8, 9] testatur: 'Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius'; et Paulus apostolus, [Ibid.] quod Patris Filiique sit spiritus, testatur: 'Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.' Et iterum ut Patris sit spiritus, lucidissime [Rom. 8, 11.] distinguit dicens: 'Quodsi spiritus eius, qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra.' Ut vero Filii sit spiritus, idem Paulus testatur: [Gal. 4, 6.] 'Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra clamantem [Ioh. 15, 26.] abba pater.' Ut a Patre procedat, ipsa veritas dicit: 'Spiritus, qui a Patre procedit[c].' [Ioh. 16, 14] Ut a Filio procedat, eadem veritas testatur: 'Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.' Absit enim, ut Spiritus sanctus credatur de Patre in Filium et de Filio ad sanctificandam creaturam quasi quibusdam gradibus procedere, sed quemadmodum de Patre, ita et de Filio simul procedat. Quis enim negabit esse Spiritum sanctum vitam, et cui vita Pater, [Ioh. 5, 26] vita sit Filius? 'Sicut Pater vitam habet in semet ipso, sic dedit et Filio vitam habere in semet ipso.'

Haec tibi de multis pauca dixisse sufficiant, quae te absque ambiguitate lingua confiteri et corde oportet credere, sed non ultra vires examinare. Quia solis corporei[d] radio oculorum retunditur intuitus, quanto magis ineffabilis deitatis claritate terrena mens retunditur. Hanc fidem a Domino in apostolos et apostolis fundatam sancta catholica et apostolica Romana tenet ecclesia, quam tu ut firmiter teneas, monemus exoramus et testificamus[e]. ⟨In qua et Wichingum venerandum episcopum[3] et carissimum confratrem ecclesiastica[4] doctrina eruditum repperimus et ideo eum vobis ad regendam sibi commissam a Deo ecclesiam remisimus, quia fidelissimum eum[f] tibi et pro te satis sollicitum[g] in omnibus agnovimus. Quem veluti spiritualem patrem et proprium pastorem digno honore et debita reverentia sincera mente recipite, tenete et amplectimini, quia in eo ex- [Matth. 10, 40.] hibitum honorem Christo conferitis ipso dicente: 'Qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum, qui me misit.' Ipse itaque omnium[5] ecclesiasticorum negotiorum[h] habeat curam et Dei timorem prae oculis[i] habens dispenset eadem, quia et pro his et pro animabus[6] comissi sibi populi ipse redditurus erit districto iudici rationem.⟩

De ieiunio itaque scias a lege, prophetis et ab ipso Domino in evangelio appro- [cf. Ex. 34, 28.] batum. Moyses namque, ut legem acciperet, quadraginta diebus et noctibus ieiunavit. [cf. 3. Reg. 17—18.] Helias, qui caelum orando clausit, ut non plueret annos tres et menses sex, et rursum [cf. 3. Reg. 19, 8.] orando aperuit et caelum dedit pluviam et terra dedit fructum suum[k], XL diebus et [cf. Matth. 4, 2] noctibus ieiunavit. Auctor et ipse legis Iesus Christus dominus noster XL diebus et noctibus ieiunavit. Si quis[l] vero ieiunium reprobat, reprobet et orationem et blas- [Matth. 17, 20.] phemet esse malum daemones eici dicente Domino: 'Hoc genus non eicitur nisi in oratione et ieiunio.' Praeceptum quippe est ieiunare, sed quibus diebus sit ieiunandum

a) nec *C, cf. supra p. 353 l. 5.* b) ineuangelista *C.* c) ille me clarificavit *add. C; sed haec verba, quae paulo infra recte posita sunt, hic errore scribae irrepsisse manifestum est.* d) corpore *C.* e) obtestamur *verisimiliter legendum est.* f) cum *C.* g) solicitum, *sic saepius C.* h) officiorum *add. C, quod glossae loco habendum neque in textum epistolae recipiendum videtur.* i) ocolis *C.* k) sum *C.* l) Siqus *C.*

1) *Cum his, quae sequuntur cf. supra p. 353 l. 4sqq.* 2) *Hic errasse dictatorem epistolae manifestum est, cum haec verba sint Pauli.* 3) *Nitrensem, qui a. 893 cancellarius Arnulfi regis factus est, cf. Böhmer-Mühlbacher 'Regesten der Karolinger'[2] n. 1891.* 4) *Cf. supra p. 223 l. 12sqq. n. 255.* 5) *Haec congruunt cum can. apost. n. 39, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 146.* 6) *Cf. can. apost. n. 40, l. l.*

quibusve prandendum, praecepto Domini vel apostolorum non est diffinitum assertione[a], sed antiqua patrum consuetudine tenet[b] ecclesia, quia et priorum instituta et consuetudo maiorum pro lege tenenda sunt. Quarta feria ieiunandum est, quia considerato evangelio quarta sabbati Iudaei consilium inierunt, ut Iesum dolo tenerent et occiderent. cf. Matth. 26, 3. Sexta autem sabbati recte ieiunio deputatur propter dominicae passionis reverentiam. Sabbato quoque nihilominus ieiunandum est propter renovandam memoriam rei gestae, quia discipuli Dominum humane intellegentes eo die in sepulchro quiescentem[c] doluerunt. Quintam vero feriam quidam arbitrati sunt esse dissolutam, quia eo die reconciliatio sit paenitentium et eo die sanctum crisma conficitur et eo die redemptor cum discipulis cenavit et eis sacramentum sui corporis et sanguinis tradidit, eo die videntibus discipulis ad caelos ascendit. Dominicus certe dies propter resurrectionis gloriam et adventum[d] sancti Spiritus laetitiae consecratus est. Duos qui remanent, proprio uniuscuiusque relinquamus arbitrio, in quibus id observandum censeo, ut 'qui manducat, non Rom. 14, 3. manducantem non spernat[e], et qui non manducat, manducantem non iudicet', ut quicquid[f] agimus, in gloria Dei faciamus. cf. 1. Cor. 10, 31. Ieiunium scilicet, quod quatuor temporum dicitur, antiqui patres celebrandum non[g] frustra sanxerunt dicente psalmista: 'Benedicam Do- Ps. 33, 2. minum in omni tempore', ut singulis quibusque temporibus anni humiliemus animam in ieiunio. Primi itaque[h] mensis ieiunium Dominus in exodo, cf. Ex. 12. quarti, septimi et decimi ieiunium per Zachariam prophetam celebrari praecepit, cf. Zach. 8, 19. ut qui omni tempore de misericordia confidamus paenitendo. Haec tibi de ieiunio pauca dixisse sufficiant, quamvis plurima dici possent eius mysteria, quae nunc exponere non est temporis. Hoc tamen ieiunium Deo prae ceteris acceptabile credito: 'Dissolve colligationes impietatis, solve Is. 58, 6. fasciculos[i] deprimentis, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos et omne onus disrumpe.' Quod his adornandum est monilibus: 'Frange esurienti panem tuum et egenos vagosque Is. 58, 7. induc in domum tuam.' Has scias Deo acceptabiles lampades, quibus ieiunium adornandum[k] est cotidie, ut Deo sit placitum.

Methodium[l][1] namque superstitioni non aedificationi, contentioni non paci insistentem[2] audientes plurimum mirati sumus[m]; et si ita est, ut[n] audivimus, superstitionem eius penitus abdicamus. Anathema vero pro contemnenda catholica fide qui indixit[3], in caput redundabit[o] eius. Tu autem et populus tuus sancti Spiritus iudicio eritis innoxii, si tamen fidem, quam Romana praedicat ecclesia, tenueritis[p] inviolabiliter. Divina[4] autem officia et sacra mysteria ac missarum sollemnia, quae idem Methodius Sclavorum lingua celebrare praesumpsit, (quod, ne ulterius faceret, super sacratissimum beati Petri corpus iuramento firmaverat[5], sui periurii[q] reatum perhorrescentes[r]) nullo modo deinceps[s] a quolibet praesumatur. Dei namque nostraque apostolica auctoritate sub anathematis vinculo interdicimus, excepto quod ad simplicis populi et non intelligentis[t][6] aedificationem attinet, si evangelii vel apostoli expositio ab eruditis eadem lingua annuntietur[u],

---

a) asercione *C.* b) tent *C.* c) quiesentem *C.* d) adventus *C.* e) spernet, a *suprascr. C.* f) quicquro *C.* g) ne *C.* h) taque *C.* i) fasculos *C.* k) adomandum *C.* l) † Methodium *C.* m) mirabilem *C.* n) *om. C.* o) renundabit *C.* p) tenuentes *C.* q) sup iurii *C.* r) phorpescentes *C.* s) dinceps *C.* t) *corr. ex* intelligentes *C.* u) annuceī *C.*

1) *Archiepiscopum Pannonicum, mortuum 885 April. 6.* 2) *Haec de mortuo Methodio dicta esse demonstravit Martinov 'Saint Méthode, apôtre des Slaves et les lettres des Souverains Pontifes conservées au British Museum' in 'Revue des questions historiques' XXVIII (1880), 389 sq.* 3) *Wichingum et Sventopolcum a Methodio excommunicatos esse in Legenda Moravica c. 11, ed. Ginzel l. l. p. 17 traditur; cf. etiam Vitam s. Clementis c. 7, ed. Ginzel p. 40.* 4) *Cf. supra p. 353 l. 13 sqq.* 5) *Cf. Lapôtre, 'L'Europe et le Saint-Siège à l'époque Carolingienne. I. Le pape Iean VIII' (1895) p. 142.* 6) *Cf. supra p. 224 l. 11.*

et largimur et exhortamur et ut frequentissime fiat monemus, ut[1] omnis lingua laudet Deum et confiteatur ei. (Contumaces[2] autem et inoboedientes contentioni et scandalo in- cf. Matth. 13, 25. sistentes post primam et secundam admonitionem si se minime correxerint[a], quasi zizaniorum seminatores ab ecclesiae gremio abici sancimus et, ne una ovis morvida totum gregem contaminet, nostro vigore refrenari et a vestris finibus procul excludi praecipimus.)

2.

Stephanus V. papa Herimannum archiepiscopum Coloniensem eiusque episcopos suffraganeos admonet, ut ad litem, quae inter Coloniensem et Bremensem ecclesias orta sit, diffiniendam utriusque partis legati Romam veniant. *890 Oct. 31.*

Cod.: T f. 33' (68').

Edd.: Floss 'Leonis p. VIII. privilegium de investituris' et 'Die Papstwahl unter den Ottonen' (1858) Diplom. n. 25 p. 120. Lappenberg 'Hamburg. Urkundenbuch' I, 777 n. 22b (Fragm.) = Migne Patr. lat. CXXIX, 800 n. 12. — Reg.: Jaffé 3458 (2648).

STEPHANUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HERIMANNO, AGRIPPINENSIS COLONIAE ARCHIEPISCOPO[3] SEU VENERABILIBUS FRANCONI TUNGRENSI[b][4], ODIBALDO TRAIECTENSI[5], WOLFELMO MIMIGERNAFARDENSI[6], DRUOGONI MIMIDONENSI[7], ENGILMARO OSANABRUGGENSI[8] EPISCOPIS.

Litteras a vestra venerabilitudine delegatas[9] caritative suscepimus, quas percurrentes quia commissam vobis Dei ecclesiam mundanae tempestatis turbine et anxii maeroris trepidatione interius exteriusque lacerari et opprimi queriminic[c], non modice compatimur; verum confortamur, eo quod singulare refugium ab apostolica pietate[d] cum cf. 2. Cor. 11, 28. omni humilitatis devotione poscitis, cui speciali praerogativa omnium ecclesiarum sollicitudo commissa est ab ipso pastore pastorum dicente ei, cuius in terris vicem gerimus Matth. 16, 18. ob solidae confessionis oraculum: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ec- Matth. 16, 19. clesiam meam', et paulo post: 'Tibi dabo claves regni caelorum, et quaecumque ligaveris super terram, ligata erunt et in caelis' et reliqua quae sequuntur. Nam cum diversis tribulationum fluctibus hinc inde vos mergi et diversarum calamitatum opprobriis arceri[e] fatemini, si nostri examen iudicii parvi penderint, ut ad resistendum his, qui suorum morum corruptelis vos intus[f] lacerant potius quam foris ab hostibus[g] affligamini, nomina siluistis et solius[h] Domini misericordia spem ad resistendum asseritis fore quaerendam, coniecturari[i] qui sint temere indignum censuimus, licet quod[k] circumvallari vos undique hostium[10] insidiis ingemescatis, in tantum ut nulli vestrum pateat aditus nostram adire mansuetudinem ab his, qui Reni fluenta obsident et quos possunt, neci addicunt, graviter doleamus. De cetero Bremensis ecclesiae sedem Agrippinae Coloniae subiectam in ecclesiasticae disciplinae officio fuisse scripsistis, cuius fines barbaris contiguas gentibus significastis[11]. Quam ob rem Guntarii quondam benivolen-

---

a) correxerit *C.*

2. a) *Littera initialis recentiori manu adscripta T.* b) tungrossi *T.* c) querimonii *T.* d) pietati *T.* e) atceri *T.* f) uitus *T.* g) ostibus *T.* h) sili' *T.* i) *Suppl.* ita coniecturari, *cf. l. 27:* ut. k) *om. T, add. Floss.*

1) *Cf. Phil. 2, 11; epist. Iohannis VIII. n. 255 supra p. 224 l. 2.* 2) *Cf. supra p. 223 l. 32 sqq.* 3) *890—923/24.* 4) *Hodie 'Tongern' ('Tongres'), 852/56—901/04.* 5) *Hodie 'Utrecht', c. 873—899.* 6) *Hodie 'Münster', c. 887—c. 895.* 7) *Hodie 'Minden', 887—902.* 8) *Hodie 'Osnabrück', 885/89 — c. 918.* 9) *Quae litterae deperditae sunt.* 10) *Scil. Normannorum.* 11) *De re cf. G. Dehio 'Geschichte des Erzbistums Hamburg-Bremen' I (1877), 98 sq. et Append. X p. 58 sq., Dümmler 'Ostfränk. Reich' III, 402 sqq., Hauck 'Kirchengesch. Deutschlands' II[3.4], 709 ann. 3.*

tiam a sede apostolica usum pallii promereri[1], ut verbum Dei honoratius praedicare et suo archiepiscopo parere[a], vos scripsisse legentes risimus, mirati prudentiam vestram arbitrari non ad ministerii sacratissimi sed ad saecularis dignitatis honorificentiam pallii usum pro libitu cuilibet tribui. Scilicet si provincia et suffraganei, quibus praesit, deest, qualiter usum pallii promeruit, ambiguum habetur. Verumtamen ut auferatur ambiguitas et iusto examine rectitudo libretur[b], utrarumque partium disceptatores in nostram praesentiam venire commonemus, ut liberius quae ratio dictat, agnita veritate apostolica censura decernat, quia et ad eum[2] similiter scripsimus. Nulla itaque ratio sinit duorum liti ad unius vocem imponere finem. De immutatione vero sanctorum martyrum sive translatione, unde nuper consuluistis et nunc iterato consuluistis, sufficiat, quod primo consultui responsum est. Id tamen semper habeatur prae oculis, quia curiositatis causa et leviter sanctorum corpora nullo modo sunt tractanda, sed potius summa devotione sunt veneranda prout talis capitis membra, cuius nutu caelestia simul et terrena dispensantur. Obtamus vos in Christo bene valere.

DATA II. KAL. NOVEMBR. INDICTIONE VIIII.

3.

Egilmarus episcopus Osnaburgensis Stephanum V. papam implorat, ut decimas episcopatui Osnaburgensi contra canonum decreta ablatas restitui faciat. — Stephanus V. papa respondet sedem apostolicam decrevisse ecclesiae Osnaburgensi adminiculum impendendum esse (Fragmentum). *(891.)*

Cod.: Apographum saec. XIV/XV. in archivio ecclesiae Osnaburgensis servatum, Littera K N. 59 (= O), nonnullis locis alio atramento correctum (= O¹).

Edd.: Moeser 'Vetus Kalendarium et Necrologium ecclesiae Osnabruggensis' = 'Osnabrückische Geschichte' IV = 'Sämtliche Werke' (1843) VIII, 301 n. 245 = Erhard 'Regesta historiae Westphaliae' (1847) I, Cod. diplom. p. 35 n. 41 = Migne Patr. lat. CXXIX, 808 n. 25. Cf. Diekamp 'Westfälisches Urkundenbuch', Suppl. I (1885), 50 n. 323. Philippi 'Osnabrücker Urkundenbuch' (1892) I, 53 n. 60. — Regg.: Erhard 'Regesta historiae Westphaliae' I, 116 n. 484. Jaffé 3464 (2660).

DOMINO* SANCTISSIMO ET EGREGIAE SANCTITATIS APICE PRAESTANTISSIMO ET BEATISSIMO PAPAE STEPHANO EXIGUUS SERVORUM CHRISTI SERVUS EGILMARUS OSNABURGENSIS EPISCOPUS[3] CUM OMNI SUBIECTA[a] CONGREGATIONIS CATERVA VERAE FELICITATIS IMPLORAT CORONAM.

Dum orthodoxam Christi ecclesiam apostolica institutione fundatam et a sanctis patribus firmissime roboratam rabie persequentium et fraude iniquorum dolemus dilaniatam ac per hoc potius tepidam minusque in divino cultu fervidam gemimus, vestrae pietatis iura, quae penes Deum sunt, manifesta deposcimus, ut nos, quibus ovium cura dominicarum commissa est, fulcire et adiuvare dignemini, quo eas ab errore devio ad viam veritatis et ad lumen de tenebris reducere queamus. Quod tunc recte fit, si cf. 1. Petr. 2,9.
pravitas in rectitudinem convertatur, quae ideo diu apud nos per varias negligentias pullulat, quia per multos retro annos sancta synodus minime congregata hanc non

---

*) *Lemma in O:* Querimonia Egilmari episcopi Osnaburgensis ad Stephanum papam de decimis suae ecclesiae inde ablatis.

a) deberet *vel simile quid excidisse videtur.* b) liberetur *T, corr. Floss.*
3. a) subiectu *rasura corr. in* subiecti *O.*

1) *Cf. Nicolai I. epist. Reg. Jaffé 2758, ed. MG. Epist. VI, 291.* 2) *Scil. ad Adalgarium archiepiscopum Bremensem a. 888—909. Quae epistola deperdita est.* 3) *Cf. supra n. 2 p. 358 ann. 8.*

resecat[a]. Unde audire dignetur sanctissima industria vestra rationis sententiam, de cuius controversia quatitur pusillanimitas nostra[1]. Primitus de decimis, quibus subditorum catervam pascere debemus, contra ius canonicum et fas ecclesiasticum iniusto ordine a nobis per vim ablatis, pro qua vero re sint ablatae et unde processerit origo, ut decimarum, quibus tantummodo episcopatus in Saxonia sunt constituti, non nisi quarta pars ad Osnaburgensem ecclesiam in honore sancti Petri principis apostolorum consecratam inserviat, cuius etiam nos servitores sumus, cum ceterae partes[b] maiores ex quantitate et numero ad eandem sedem ex debito pertinentes inter monachos Huxilienses, ubi nova Corbeia ab eis vocitatur, et puellas Hervordenses[c] divisae sint[2], praeter praedia nonnulla, quae eis ex ipso episcopatu pertinentia subiecta sunt et ecclesias baptismales N.[d], quae prius episcopatui connexae subiugatae erant, quae iam non requirimus, sed saltim decimas tantum debite pertinentes ad nos reddi, quae ablatae sunt, flagitamus — haec veridica ratio est: Cum dudum, inquam, magnus et ammirabilis princeps Karolus, qui gentem Saxonicam per strenua bellorum certamina Deo adminiculante ad fidem christianitatis convertit[2], synodalis atque canonici iuris consultis singulos eiusdem provinciae episcopatus ex decimarum stipendiis constituisset, quia aliis ibi pastores[e] et episcopi donariis carebant[2], unde paulatim roborari christianitas potuisset, et post eius excessum filius eius bonae memoriae Hludowicus[f] diu sanctae ecclesiae propagator viguisset, accidit, ut tres filii eius maligno usi consilio eum in custodiam[g] mitterent. Cui consilio una conspiratione consensum et adiutorium praedictae sedis nostrae in honore sancti Petri apostoli dedicatae episcopus nomine Gefwini[3] praebuit, ita ut mucronem ab eo violenter ipse discingeret[4]. Cum autem rursus ex eadem custodia Deo volente per adiutorium filii eius homonymi[h] Hludowici cum honore ad regnum remeasset, praedictus episcopus suae perfidiae et infidelitatis conscius ad coenobium Vuldense confugiens monasticum habitum assumpsit et semel in anno latenter ipsius episcopatus locum invisere solebat, sicque episcopalis cura sine praesule et rectore ea tempestate remanebat. Interim a multis invaditur, rapitur et dispergitur et dissipatur, donec post mitissimi praefati Hludowici principis excessum, cum valida et periculosa regni disceptatio inter tres filios immineret et uni ex hiis scilicet eius aequivoco[i] huius divisio in sortem cederet, quidam eius fidelis comes ditissimus Cobbo[5] nuncupatus de praedicto episcopatu quicquid voluit agere adeptus germano eius nomine Werin in monasterio Huxiliensi tunc temporis abbate[6] et sorore eius in puellarum coenobio Hervordensi abbatissa[7] degentibus quantum voluit de decimis, quae ad eundem episcopatum pertinebant, tradi fecit[2] ad eadem monasteria in alterius parrochia alteriusque dioecesi constituta praeter synodum et conscientiam episcoporum. Cum interim Gorbertus[8] episcopus de gente Sveonum, quo ordinatus erat, cum persecutione eiectus esset, necessitate compulsus praedictum Cobbonem adiit, quo imperante et rege concedente suscepit

a) reserat *O*, *corr. Ohnsorge.* b) ceteris partibus *corr.* O^1. c) *ras. corr. ex* Heruiordenses *O.* d) *Post* ·N· *spatium circa 10 litterarum vacuum rel. T.* e) *Sequitur* tū rudi *eras. O.* f) *Hic et infra* h *eras. O.* g) custodia *O.* h) omonimi *O.* i) eq́ uico.

1) *De re cf. Dümmler 'Ostfränk. Reich'* ² *III, 336 sq., Roger Wilmans 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westphalen' (1867), p. 319 sqq., Philippi 'Osnabrücker Urkundenbuch' I p. XII et 'Archiv für Urkundenforschung' II (1909), 330 sqq., Tangl 'Archiv für Urkundenforschung' II, 218 sqq. et 'Historische Aufsätze Karl Zeumer dargebracht' (1910) p. 637 sqq.* 2) *Hic et infra Benno II. ep. (1067—1088) verbis Egilmari usus est, cf. Tangl 'Arch. f. Urkundenforschung' II, 292 ann. 1; 317; 239; 246.* 3) *Geswinus vel Gefwinus episcopus (de cuius nomine cf. Philippi 'Osnabr. Urk.-Buch' I, 11 n. 15) sedit c. 829—c. 845.* 4) *Eadem, quorum Ebbo archiepiscopus Remensis accusatus esset, hic falso de Gefwino narrari monstravit Tangl l. l. p. 220.* 5) *De Cobbone comite cf. Waitz 'Heinrich I'* ³ *p. 183, Dümmler l. l. I, 283 sq.* 6) *826—856.* 7) *Nomine Addila, cf. Dümmler l. l. p. 145 ann. 4.* 8) *Gorbertus vel Gozbertus sedit c. 845—c. 860.*

gratulabunde eundem episcopatum decimis, unde solummodo constitutus est, maxima ex parte vacuatum, eoque favente[a] et timente, ne forte ei, ad quod ordinatus non[b] erat, auferretur[c], suo tempore sine aliqua contradictione ita permansit. Egilbertus[1] vero praedecessor et[d] coepiscopus noster crebro pro ipso negotio Guntharium[2] et Willibertum[3] archiepiscopos interpellavit[4] et variis occupationibus, quibus sancta synodus per longa transacta tempora non est congregata, obstantibus causa finetenus non est determinata[e]. At vero cum mihi indigno eiusdem episcopatus cura fuisset iniuncta et inter varias negligentias, quas perlongum est enucleare, plures ecclesias inconsecratas, aliquantas etiam homicidiis perpetratis infectas variisque spurcitiis et flagitiis minime purgatas repperissem[f], in quibus praedictorum monasteriorum subiugati de plaga occidentali advenientes presbyteri ignoti, de quorum consecratione ambigimus, officia celebrant, ne ibi divina mysteria ab ipsis celebrarentur, inhibendo interdixi, donec vos venerabiles patres et magistros super hac re consulerem. Quam ob causam illico praedicti monachi et puellae ad aures principis Arnulfi accusationem contra canonica sancita[g] [5] detulerunt, deferentes praeceptum ut aiunt a Hludowico rege et Rabano Magontiacense[6] alterius pontifice diocesis statutum, sed non certis testificationibus fidei accommodatum, quia fraudulenter dicitur ab ipsis fictum[h], ut ipsi sine nostra dictione vel aliqua contradictione possideant decimas praedicti episcopii[i] contra ius canonicum. Et quod primum in fundamento eiusdem ecclesiae a praefato magno Karolo coepiscopis et canonico decreto erat statutum, ut maneret ratum, hoc miro et detestabili modo qualiter a Magontiacense alterius diocesis praesule fore queat irritum, ignoramus. Unde an hoc, quod contrarium canonicae auctoritati videtur, an illud, quod regulariter ex decimis prius statutum est, restaurando roboretur, vos iudicate, domine pater beatissime. Interea supradicti accusatores, qui me, non tamen in praesentia, de infidelitate regis accusaverunt, asserentes me hoc velle destruere, quod priores augusti vel reges sanxerunt, ad rationem me venire compulerunt. Dum coram Arnulfo principe et episcopis novem, quorum haec sunt nomina: Williberto Agrippinae Coloniae archiepiscopo, Arn Wirciburgense[7], Odilbaldo Trectense[8], Drogone Mindense[9], Godethanc Spirense[10], Wicberto Hildensummense[11], Wiberto Ferdense[12], Evulfo Holmorstedense[13], Bisone Patharburnense[14], causam huiuscemodi negotii in medio proferrem, obnixis precibus in amore summi pastoris et pontificis Iesu Christi, cuius vicarii esse creduntur, et sancti Petri apostoli omniumque sanctorum honore postulavi, ut secundum conscriptum, quod coram eis legi feci et quod penes nos habemus, et iusta iudicia et canonica scita[k] recte de hoc negotio respondendo decernerent[l]. At illi scientes voluntatem principis et quorundam comitum et, ne eum offenderent, renitentes, nil de causa prolata respondere praesumpserunt, sed penitus cum responsione canonica in amore Dei petita iustitia mihi denegata est. Sicque adulando principi iussus sum ab eo, si eius gratiam vellem habere propitiam eiusque potestati non contrairem, ut haec et in decimis et reliquis huiuscemodi negotiis querulosis omnia permitterem fore, sicut inveni, meaque compulsa interpellatio cassata est. Sed nec[m]

---

a) cavente *coni. Philippi.* b) *Postea del. O.* c) auferetur *O.* d) *Deest O, add. O*[1]. e) determata *O.* f) reperisse *O.* g) sencita *O,* sancita *corr. O*[1]. h) ficti *O.* i) episcopi *O,* episcopii *corr. O*[1]. k) *Sic O;* scāmita *superscr. O*[1]. l) decernēdo *O.* m) ne *O.*

1) *Ante a. 868—885.* 2) *Archiepiscopum Coloniensem 850—863.* 3) *Archiepiscopum Coloniensem 870—889.* 4) *Cf. Philippi 'Osnabr. UB.' I, 30 n. 45; Tangl l. l. p. 317 sqq.* 5) *Cf. conc. Antioch. c. 11, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 161.* 6) *847—856; cf. Böhmer-Mühlbacher Reg.*[2] *n. 1406.* 7) *855—892.* 8) *Id est* Traiectense, *cf. supra p. 358 ann. 5.* 9) *Cf. supra l. l. ann. 7.* 10) *Post 877 — ante 903.* 11) *Hodie 'Hildesheim', 880—908.* 12) *Hodie 'Verden', c. 874 — post a. 895.* 13) *Hodie 'Halberstadt', c. 887—894.* 14) *886—908.*

hoc impetrare quivi, ut accusatores in praesentia exhiberentur et causa recte examinaretur. En patres benignissimi, nisi super huius controversiae[a] querimonia dexteram iustitiae porrigatis, nec episcopale ministerium ad christianitatis observantiam quimus exercere, nec claustra monasterii, quae nec aliqua inveni, propter penuriam et decimarum abstractionem emendare, quae nuperrime coepimus construere, neque clerum ad Dei servitium pascere valebimus et vestire, sed cogentibus[b] variis aerumpnis dispergi dolebimus non posse rursus congregari. Ecce, patres egregii, tot annis transactis tempore praedecessorum meorum praefatae ecclesiae inconsecratae hactenus permanent et contra voluntatem nostram — quia prohibetur in canonibus iubente lege divina — missarum officia[c] inibi celebrantur ab hiis, de quorum ordinatione dubitatur[1], decimae a nobis tolluntur, parvitas nostra non mediocriter in omnibus, quae digna sunt emendatione, cf. Io. 10, 1. contempnitur, quia ubi unum foraminis aditum inimicus invenerit, occasionem intrandi ostendens[d] ad caulas ovium hostes exhibebit. Unde vos, summae sedis apostolicae auctorem ceu totius christianitatis caput[e] invocamus; et qui coram altaribus corpore in pavimento prostrati patrocinia sanctorum imploramus, ut salutis et sanctitatis vestrae cf. Ps. 111, 9. prosperitas proteletur et in aeternum gloria et cornu vestrum dilatetur, pedibus pietatis vestrae mente provoluti petimus[f], ut super hac re quid nobis faciendum sit, censeatis aut utrum sub taciturnitatis nodo calcare et silentio haec talia propter scandala vitanda premere debeamus vel spem recuperandi ex decimis habeamus sequendumve nobis sit, ut de hac censura nobis iustitiam fieri reclamemus, in propatulo nobis enucleare certumque facere dignetur beatissima paternitas vestra, quam conservare dignetur ineffabilis[g] pietas sempiterna.

STEPHANUS* SANCTAE APOSTOLICAE ET UNIVERSALIS ROMANAE ECCLESIAE EPISCOPUS EGILMARO VENERABILI OSNABURGENSIS ECCLESIAE EPISCOPO IN DOMINO SALUTEM.

Bonorum operum et spiritualium studiorum Deum auctorem esse non dubium est. Unde laetari me fecerunt scripturae tuae ex bono studio et ex integritate fidei et devotionis tuae, sed ex afflictione tua magna ex parte tristari, super qua tu conquestus es et crebrior ad nos sermo commeantium prolatus est. Non oportuit quidem ab illis, a[h] quibus sustentari et portari atque honorari debuisti, tot ac tantas, innocens ut credimus, oppressiones perpeti. Mandasti enim nobis sanctitatem tuam a Godescalco Novae Corbeiae abbate[2] et Hervordense abbatissa[3] ipsorumque fautoribus variis calamitatibus vexari et dilaniari et apud filium nostrum Arnulfum crebris accusationibus plus aequo infamari, ecclesiam tuam suis dotibus et fidelium oblationibus expoliari. Inde, frater, noli mirari, si te membrum malivoli et impii persequuntur, cum ipsum cf. Matth. 10, 25. Christum caput[e] nostrum sint persecuti, sicut ipsa veritas ait: 'Si patrem familias Beelzebuc vocaverunt, quanto magis domesticos eius.' Noli multum vexari, noli turbari, cf. Eph. 6, 10. sed confortare in Domino et in potentia virtutis eius. Nos vero ad supplementum fratres et coepiscopos nostros amplius quam quinquaginta vocavimus, cum quibus regulariter tractando decrevimus, quae et qualia tibi et tecum litigantibus responsa remittamus, quia una eademque die illorum litteras[4] super hiisdem negotiis simul cum tuis suscepimus. Hiis enim epistolis in omnium audientia perlectis multas, ut nosti, querimonias et oppressiones super illorum temeritate tua continebat in se, sed et illorum

---

*) *Superscriptio in O:* Responsio Stephani.

a) controuercie *O.* b) cogendum *O, corr. Ohnsorge.* c) ne *add. O*¹. d) *Sic O;* ascendens *perperam O*¹. e) capud *O.* f) petamus *O.* g) *Sequitur* et *erasum O.* h) *Deest O.*

1) *Sed cf. Gregorii III. epist. Reg. Jaffé 2251, ed. M. Tangl 'Die Briefe des hl. Bonifatius und Lullus' p. 72 l. 26sqq.* 2) *890—900.* 3) *Nomine Haduwy vel Haduini, cf. Waitz 'Heinrich I'* ³ *p. 183.* 4) *Quae deperditae sunt.*

non minor erat lamentatio de te. Quapropter necessarium esse duximus, ut remotis tergiversationibus veritatis elucubratione adminiculum tibi a nobis impendatur atque ab apostolica sede suffragetur, ne in totius ecclesiae perturbationem haec impudens procedat intentio et ea, quae a sanctis praedecessoribus nostris dudum prohibita fuerant, denuo reviviscant. Abbati vero litteras suis respondentes iam remisimus in haec verba[a] . . . .

4.

Stephanus V. papa ecclesia Coloniensi a Normannis vastata precibus Herimanni Coloniensis archiepiscopi adnuens reliquias sanctorum mittit et privilegium a Leone papa III. ecclesiae Coloniensi datum confirmat. *891 Mai.*

Cod.: T f. 34 (69).

Edd.: Floss l. l. p. 123 n. 26. Ennen und Eckertz 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' (1860) I, 456 n. 7. — Reg.: Jaffé 3469.

STEPHANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HERIMANNO SANCTAE COLONIENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO[1] ET PER TE IN EADEM ECCLESIA VENERABILI IMPERPETUUM.

Divina nos saluberrima praecepta et sanctorum canonum ac venerabilium patrum instruunt efficaciter documenta omnium ecclesiarum Dei pio considerationis intuitu, immo et apostolicae[a] moderationis annisu utilitatis commoditatem atque infirmitatis integritatem stabilire, quatenus procurata earum utilitatum subsidia, ut divino cultui dedicatae existunt, inconcusse permaneant atque in Dei laudibus diutissime persolvendis valeant proficere[b], quia profecto pastoralis inter cetera congruae operationis certamina, quae indeficienter studemus procurare, hoc procul dubio commissa sollicitudo nos provocat pia consideratione sanccire, ut nullam indigentiae inopiam quaecumque ecclesia, quae sub episcopali regimine constituta est, quoquo modo perpeti debeat. Et ideo fas exigit aequanimiter nos uniuscuiusque ecclesiae privilegia[c], iura parrochiarum ac dioceseos et monasteriorum apostolica[d] censura promulgare possidenda, quatenus et sanctorum canonum instituta illibata[e] permaneant et nobis quoque lucri potissimum praemium a conditore omnium Deo in sideriis arcibus[f] proscribatur. Igitur quia insidiante humani generis inimico basilicae et omnes fabricae domorum Coloniensium civitatis una cum nomina praedictae ecclesiae igne combustae perierunt[2], convenit fraternitas tua nos implorasse, ut reliquias sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae dominae nostrae et sanctorum ei mittere deberemus, quatenus urbs, quae per diaboli insidias igne cremata est, patrocinia sanctorum mereatur consequi atque ut praefatae ecclesiae sancti Petri in praefato loco constitutae apostolicae auctoritatis privilegium muniremus et omnia ei iuste pertinentia perenni iure ibidem inviolabiliter permanenda confirmaremus. Petitionem ergo dilectionis tuae boni operis desiderium gaudentes congrua gratulatione suscepimus atque iuxta fraternitatis tuae petitionem sanctorum pignora secundum con-

---

a) *Hic explicit O.*

4. a) aplica *T.* b) proficiscere *T.* c) priuilegii *T.* d) apostolice *T.* e) inlibita *T.* f) artibus *T.*

1) *Cf. supra p. 358 ann. 3.* 2) *Dümmler 'Geschichte des Ostfränk. Reiches'[2] III, 404 hoc loco devastationem illam famosissimam a. 881/2 a Normannis peractam respici censet; eo magis animadvertendum est papam translationem reliquiarum sanctarum, quamvis iterum expetitam, etiam 890 Okt. 31 recusavisse, cf. supra p. 359 l. 9sqq.*

suetam reverentiam sanctitati tuae emisimus et per huius nostrae apostolicae auctoritatis paginam statuentes decernimus, ut omnes ecclesias seu monasteria atque parrochias, quae ad praefatam sanctam Coloniensem ecclesiam pertinere noscuntur, porro et cuncta loca urbana vel rustica, id est mansos, casales, praedia etiam diversa culta vel inculta colonis prorsus et familiis, quae per iustas et rationabiles munitiones tam ex dono vel largitate regum seu reginarum atque christianissimorum virorum in eadem ecclesia advenerunt, sicuti omnia praedicta venerabilis ecclesia usque ad praesens tempus detinuit, et a nunc in perpetuum proprio iure defendat atque in utilitatibus suis perhenniter cuncta proficiant, quemadmodum in confirmationis privilegio super his omnibus ab antecessore nostro piae memoriae Leone, sanctissimo huius almae sedis praesule [1], facto nobisque praesentato legimus contineri. Necnon et omnes decimas in eadem saepe [a] dicta sancta Coloniensi ecclesia iuste et canonice concedi decernimus, quae per solitariam consuetudinem a singulis quibusque hominibus a tempore Karoli magni quondam imperatoris rationabiliter dari canoniceque posci persolvique solitae [b] sunt. Pro quo etiam sub divini iudicii [c] obtestatione promulgantes decernimus, ut nullo modo cuiquam publicae actionis virorum vel aliae cuiusque sint dignitatis magnae vel parvae personae quamlibet liceat habere ditionem in iam dictis locis seu familiis [d] seu diversis rebus ubicumque detinere videtur, nec quippiam horum [e] ex eadem ecclesia auferre aut diripere [f] praesumat, potius autem iure perpetuo, ut superius praefiximus, proficiant ad augmentum et in potestate atque ditione fraternae [g] sanctitati tuae vel omnibus successoribus tuis archiepiscopis perhenniter [h] permaneant disponenda ac possidenda. Si quis autem, quod non obtamus, temerario ausu contra huius nostrae apostolicae auctoritatis seriem pie a nobis promulgatam agere temptaverit, sciat se anathematis vinculo innodatum et a regno Dei alienum. Qui vero pio intuitu custos et observator extiterit, benedictionis gratiam et caelestis regni gaudia a misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur.

Scriptum per manum Georgii [i] scriniarii [k] sanctae Romanae ecclesiae in mense Maio indictione VIIII.

—

5.

Stephanus V. papa Herimannum Coloniensem archiepiscopum certiorem facit litem inter Coloniensem et Bremensem ecclesias ortam per synodum a Folcone Remensi archiepiscopo apud Wormaciam convocandam examinatum et deinde Romae diiudicatum iri. (891.)

Cod.: T f. 33 (68).

Edd.: Floss l. l. p. 117 n. 24 = Lappenberg 'Hamburg. UB.' I, 778 n. 23b = Migne Patr. lat. CXXIX, 817 n. 32. — Reg.: Jaffé 3470 (2666).

STEPHANUS [a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HERIMANNO AGRIPPINAE COLONIAE ARCHIEPISCOPO [2].

Litteris tuis [3] multa prolixitate fluctuantibus sub brevitate respondere praevidemus, quia diversarum provinciarum cum ad sedem apostolicam sine intermissione variae confluunt quaestiones, quas sine responsione solvere non oportet, nisi succincta responderit

a) spe *T.* b) soliti *T.* c) indicii *T.* d) famulus *T.* e) horis *T.* f) audiripere *T.* g) frī *T.* h) perheniter *T.* i) *Sic T; forte legendum* Gregorii ? *cf. Jaffé Reg.*[2] *I, 427.* k) scrinarii *T.*
5. a) *Littera initialis deest T.*

1) *III. 795—816, cuius privilegium ecclesiae Coloniensi concessum non exstat, cf. Jaffé 2537*.*
2) *Cf. supra p. 358 ann. 3, 363 ann. 1.* 3) *Deperditae sunt.*

scedula, ipsis etiam notariis verteretur in nausiam. Quereris Bremensem ecclesiam Agrippinae Coloniae sedi fuisse subiectam, cuius ecclesiae antistes nuper ad nos dirigens et nunc per semet accedens ecclesiae suae privilegia a te vel antecessore tuo questus est violare conari. De ecclesiarum itaque privilegio, quod terrarum longitudo obnubilat et praeteritorum patrum auctoritas non manifestat, temere iudicandum pro libitu cuiusquam non censemus. Scriptum quippe est: 'Causam, quam nesciebam, dili- (Iob 29, 16.) gentissime[a] investigabam.' Qua pro re non atramento[b] et pellibus haec discussio concedenda est, sed alternandi sermocinatione[c] sub cautela et diligenti examinatione libranda. Unde oportet utrosque vos in nostram venire praesentiam et synodica his diffinitione terminum imponere, ne ulterius lis[d] rediviva quolibet odio fraternam caritatem obfuscet. Nefas quippe est, si hi, qui in specula positi sunt et alios lumine sui exempli accendere debent[e] ad dilectionem ducatumque praebere ad iustitiam, lupinis se morsibus laniant. Verum quia veniente Adalgario venerabili episcopo[1] ipse venire distulisti et a te directis, prout ipsi fatebantur, vicariationem tuam ad integrum non commisisti, finem imponere tantae liti noluimus, ne quippiam praepropere sanxisse videremur. Sed ut rei veritas in clariorem lucem erumpat, Folkoni venerabili Remensis ecclesiae[f] archiepiscopo[2] scripsimus[3], ut nostra vice apud Vangionem[4] synodum convocet mense Augusto in assumptione Dei genitricis virginis Mariae futurae Deo propitio decimae indictionis[5], ad quam tuam reverentiam et Sunderoldi venerabilis archiepiscopi[6] utrorumque suffraganeorum et affinium sanctissimorum episcoporum coetum[g] convenire monemus. Cui et eundem Adalgarium reverentissimum episcopum interesse iniunximus[h], quatinus facta inibi examinatio quid cuique debeatur ostendat, nullum tamen imponat terminum. Deinde utrosque vos, si facultas suppetit, alioquin ita a vobis utrisque[i] instructos legatos ad nostram praesentiam iubemus dirigite vicariatione vestra commissa, ut disceptandi et deliberandi habeant libertatem[k], quia et ad hoc reverentissimum Folkonem praesidere inibi instituimus, ut veridica eius assertione per strenuum episcopalis ordinis virum noscere valeamus rei veritatem omni ambiguitate postposita et ita Deo favente deliberare, ut nullis ultra temporibus de hac re necessarium sit vertere quaestionem.

---

a) dilentissime *T.* b) atramenti *T.* c) sermonatione *T.* d) ulterialis *T.* e) debet *T.* f) *om. T.* g) cecum *T, corr. Floss.* h) iniuximus *T.* i) utrique *T.* k) liberalitatem *T, sed cf. Flodoard. SS. XIII, 558 l. 21.*

1) *Bremensi, archiepiscopo Hamburgensi 888—909.* 2) *883—900.* 3) *Cuius epistolae mentio fit in Flodoardi Historia Remensis ecclesiae IV, 1, ed. MG. SS. XIII, 558.* 4) *Hodie 'Worms'.* 5) *Id est 892 Aug. 15.* 6) *Moguntini 889—891 Iun. 26.*

FORMOSI PAPAE EPISTOLAE QUOTQUOT AD RES GERMANICAS SPECTANT.

RECENSUIT G. LAEHR.

1.

Formosus papa Herimanno Coloniensi archiepiscopo respondet, repetens partim, quod Stephanus V. papa scripserat (n. 5), litem inter Coloniensem et Bremensem ecclesias ortam per concilium episcoporum Germaniae perscrutandam et deinceps ab apostolica sede diffiniendam esse. Concilium mense Augusto praesentis anni (892) indicit. *(892.)*

Cod.: T f. 35.

Edd.: Floss l. l. p. 127 n. 27 = Lappenberg 'Hamburg. UB' I, 779 n. 24b = Migne Patr. lat. CXXIX, 840 n. 3. — Reg.: Jaffé 3483 (2676).

FORMOSUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO HERIMANNO AGRIPPINAE COLONIAE ARCHIEPISCOPO[1].

θρόνῳ καθίδρυτο. Διό, ὥς ἀνωτέρω ἔφθημεν εἰπεῖν, καὶ χειροτονίας ἐποίει καὶ τοσοῦτον τὸν βασιλέα κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διήγειρεν, ὥς καὶ τὸ ζῆν αὐτὸν κακῶς ἀφαιρεθῆναι[1]. Οὗ καὶ κακῶς οὕτως ἀποθανόντος εὐθὺς ὁ Φώτιος εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐκάθισεν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν Σανταβαρηνόν, ὃν καὶ τῷ βασιλεῖ σφόδρα ᾠκείωσε καὶ ἐπίσκοπον Εὐχαΐτων ἐποίησε[2], μοναστήριά τε περιφανῆ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις διακείμενα καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις ὑποκείμενα ἐξ ἐκείνων μὲν ἀφείλετο, τῷ Σανταβαρηνῷ δὲ ἐπέδωκεν, ὡς προσενωθῆναι ταῦτα τῇ τῶν Εὐχαΐτων ἐκκλησίᾳ καὶ ἐπισκόπους ἐν αὐτοῖς παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ χειροτονηθῆναι. Οὗτος σὺν τῷ Φωτίῳ κατὰ τοῦ νῦν ἡμῶν βασιλεύοντος πανευσεβεστάτου Λέοντος βουλεύονται βουλὴν πονηράν[3], ὑποβαλόντες κατ' αὐτοῦ τὸν πατέρα Βασίλειον ὡς ἐπιβούλου καὶ ἐναντίου τῶν πατρικῶν θελημάτων. Ἐπεὶ γὰρ ἐνόσησεν ὁ Βασίλειος νόσον δυσίατον καὶ πρὸς τὸ θανεῖν γέγονεν, ὑπέλαβον, ὡς ἐκείνου θελόντως[a] καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκποδὼν γενομένου αὐτοὶ καθέξουσι τὴν βασιλείαν ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ δι' ἑτέρου οἵου βούλονται προσώπου ταύτην οἰκονομοῦντες. Ἀλλ' οὐκ εἴασεν εἰς τέλος ἐκβῆναι τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια· κἂν γὰρ ἐν ἰδιώταις ἀπελύθη διὰ τοῦτο ὁ υἱὸς Λέων παρὰ τοῦ πατρὸς Βασιλείου καὶ ἐν φυλακῇ ἦν φρουρούμενος, ἀλλ' εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον ἀνήχθη μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρός[4]. Οὗτος τὸν μὲν Φώτιον εὐθὺς ἐξωθεῖ ὡς παράνομα καὶ ἄθεσμα πολλὰ διαπραξάμενον, ἡμᾶς δὲ τοὺς μὴ[b] πειθομένους ἐκείνῳ καὶ διὰ τοῦτο πεῖραν πολλῶν λαβόντας δεινῶν, ἐλευθέρους ἐκείνων ἀπέδειξεν.

Ἐπεὶ δὲ ἴσμεν, ὅτι ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου τὸ ἰθύνεσθαι καὶ κανονίζεσθαι ἔχομεν, τούτου χάριν διὰ τοῦ εὐτελοῦς ἡμῶν γράμματος τὴν ὑμετέραν παρακαλοῦμεν σεβασμιότητα καὶ σπλαγχνισθῆναι ὑμᾶς δεόμεθα εἰς λαὸν τὸν μὴ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας τὴν τοῦ Φωτίου χειροτονίαν δεξάμενον — καὶ πρότερον μὲν[c] τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ὑμῶν τοὺς ἀποκρισιαρίους Ῥαδούαλδον καὶ Ζαχαρίαν τοὺς τὸν Φώτιον ἀπ' ἀρχῆς καθιδρυκότας εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, εἶτα δὲ καὶ Εὐγένιον καὶ Παῦλον τοὺς τὸ δεύτερον τῷ αὐτῷ Φωτίῳ κοινωνήσαντας — μὴ τῇ τοῦ Φωτίου ἀπωλείᾳ συναπολέσθαι μηδὲ ἕτερον ἀναρίθμητον πλῆθος ἐκδιωχθῆναι. Τοῦτο γὰρ καὶ σύνηθες τῇ ἐκκλησίᾳ ἐστίν. Ἡ γὰρ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος[5] τὸν μὲν ἔξαρχον τῆς δυσσεβείας Διόσκορον τὸν φονέα Φλαβιανοῦ τοῦ μακαρίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως[6] καθῄρησεν ὡς φονέα καὶ αἱρετικὸν καὶ ἀκοινωνησίαν τολμήσαντα ἐπαγαγεῖν τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Λέοντι. Τοὺς δὲ ὑπὸ Διοσκόρου εἴτε χειροτονηθέντας εἴτε ὑποπεσόντας, ἀλλὰ μὴν καὶ διώκτας τῆς εὐσεβείας γεγονότας, διὰ μετανοίας ἐδέξατο. Καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ δὲ ἑβδόμη σύνοδος[7] τοὺς ἀρχηγοὺς μὲν τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως ἀπεκήρυξε, τοὺς δὲ ἀκολούθους αὐτῶν διὰ μετανοίας ἐδέξατο. Ὅθεν χρὴ καὶ τὴν σὴν ἐν ἀρετῇ[d] τελειότητα τὸν μὲν Φώτιον ὡς ἐξ ἀρχῆς σχισματικὸν καὶ παρ' ὁμοίων τὴν χειροτονίαν ἀκανονίστως εἰληφότα καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα ἃ[e] εἰργάσατο ὅμοια ἀποδιῶξαι, τούς γε μὴν ἐξ αὐτοῦ ὡς ἐξ ἀπάτης φενακισθέντας[f] συμπαθείας οἰκονομικῶς ἀξιωθήσεσθαι πρεσβεύομεν, ὡς ἂν γένηται εἰρηναία κατάστασις τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ, ἵνα μὴ οἱ μὲν Ἀπολλῶ, οἱ δὲ Κηφᾶ, οἱ δὲ Παύλου ὦσι, καὶ οὕτω διαιρεῖται cf. 1. Cor. 3, 22.
τὸ ἓν σῶμα τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἵνα πάντες ὁμοθυμαδὸν ὡς μίαν ἔχοντες κεφαλὴν τὸν πάντων[g] Χριστὸν θεὸν τὸν σωτῆρα ἡμῶν κοινῇ τούτῳ τὸν ὕμνον πέμπωμεν καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ὁμοίως κηρύττωμεν, μὴ δι' ἕνα ἄνθρωπον ἁμαρτόντα τοσοῦτον πλῆθος

---

a) sic codd., θανόντος Vat in marg. et Labbe, forte recte. b) om. codd., add. Labbe. c) ἀποστείλαντος vel simile quid excidisse videtur. d) ἐνάρητον Vat in marg. e) om. Bav, Ott, add. in marg. Vat. f) φαινακισθέντας M. g) πάντα Bav.

1) De hac narratione haud dubie falsa cf. Hergenröther l. l. II, 280sqq. 2) Cf. (Ps.-)Symeon l. l. 3) Insidiarum, quas Santabarenus Leoni paravisse dicitur, Photium participem fuisse minime verisimile est; immo ab eo imperatorem, ne filium oculis privaret, impeditum esse narrat Theophan. contin. c. 100, ed. Bonn. p. 350. De inquisitione Santabareni coram Photio deposito habita cf. ibid. p. 355. 4) Leo, qui Sapiens dicitur, 886—911. 5) Chalcedon. a. 451 habita. 6) 447—449. 7) A. 787.

ἀπολεῖται. Καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὡς φθάσαντες ἔφαμεν, τῇ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων κελεύσει τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβόντες, πολλῶν ἡμᾶς πρὸς τὴν κοινωνίαν ὠθούντων καὶ διομνυμένων τούτους παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου οἰκονομίας χάριν ἐαθῆναι[a] *εἰς τὸ τὰ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀκωλύτως διατελεῖν, οὐδαμῶς αὐτοὺς*[b] *ἐπιστεύσαμεν τὸ πιστὸν καὶ ἀναμφίλεκτον παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐκδεχόμενοι. Οὐδεὶς, ὦ τιμία κεφαλή, ἐπὶ θεῷ μάρτυρι, τῶν τῷ Φωτίῳ κοινωνησάντων ἰδίᾳ γνώμῃ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ βίᾳ τῶν τότε κρατούντων. Διὸ δεόμεθα τὴν σὴν ὁσιότητα ἐλεῆσαι λαὸν ἀπεγνωσμένον. Δυσωπεῖ σε Πέτρος, οὗ* (cf. Matth. 18, 21—22.) *τὸν θρόνον ἔλαχες διέπειν, ὃς συγχωρεῖν ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ παρὰ τοῦ πάντων δεσπότου καὶ τοῖς ἐν γνώσει ἁμαρτάνουσιν ἐδιδάχθη. Ἐπάκουσον ἡμῶν καὶ λήψῃ καὶ αὐτὸς ἐκ θεοῦ τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν καὶ μακρὸν χρόνον εἰς τὸ ἰθύνειν τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῶν νοερῶν δυνάμεων ἀποστόλων προφητῶν μαρτύρων ὁσίων καὶ πάντων τῶν ἁγίων.*

3.

Stephanus V. papa omnibus episcopis et ceteris clericis (orientalium partium) respondet ea, quae illi de Photii 'expulsione' scripserint, aliquantum differre ab eis, quae imperator Constantinopolitanus de eiusdem 'abdicatione' scripserit. Quam ob rem se iudicium ferre in hac causa non posse, nisi antea ab utraque parte legatis Romam missis causam diligentissime perscrutatus sit. *(888.)*

Codd: M p. 113, V f. 105, Ott f. 281, Vat f. 69, Bav f. 377'.
Edd: Rader p. 400. Labbe VIII, 1408 = Mansi XVI, 436. — Reg: Jaffé 3452 (2639).

ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΔΟΥΛΟΣ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΟΙΣ ΕΝ ΕΚΑΣΤΩΙ ΚΛΗΜΑΤΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ*[1] *ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΙΣ ΚΛΗΡΙΚΟΙΣ.*

(cf. Matth. 16, 15—18.) *Ἡ καθολικὴ τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησία ἡ τεθεμελιωμένη*[a] *ἐπὶ τῇ στερεᾷ πέτρᾳ τῇ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ὁμολογίᾳ, κἂν πλείσταις ταραχαῖς καὶ καταιγίσιν ἀνέμων ταράττηται, ἀλλ' οὖν ἔτι καὶ στερεοῦται καὶ αὔξει. Οὐ θαυμαστόν, εἰ ὁ πονηρὸς τὰ μέλη τῆς* (cf. Matth. 4, 1—10.) *ἐκκλησίας πειράζειν ἐπιχειρεῖ, ὁ καὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἐκκλησίας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ ὀκνήσας πειρᾶσαι. Τοίνυν τὸν ἱκανῶς μεμισημένον Φώτιον οὐ θαυμαστόν ἐστιν εἰ τῆς ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον πεποιήκατε, τὸν καταπαίξαντα καὶ τὸν ζωοποιὸν τοῦ κυρίου σταυρόν. Δι'*[2] *οὗν*[b] *δὴ τιμίου σταυροῦ πάντα τὰ χαρίσματα τῆς ἱερατικῆς ὑπηρεσίας*[c] *πληροῦται καὶ ἡ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κολυμβήθρα ἐν αὐτῷ ἁγιάζεται. Τοίνυν ὁ προρη-* (cf. Num. 21 22.) *θεὶς λαϊκὸς*[d] *εἰ ὁδῷ βασιλικῇ ἐπορεύετο καὶ τοῖς παρὰ τῶν πατέρων πεπηγμένοις ὅροις συνεσφίγγετο, εἰς τοσαύτην μανίαν οὐκ ἂν ἦλθε. Διὸ οἱ*[e] *τὴν ταπείνωσιν τοῦ Χριστοῦ, τὸν* (cf. Ex. 12.) *τίμιον δηλονότι*[f] *σταυρόν, καταπαίζοντες ἐπατάχθησαν, ὥσπερ τὰ πρωτότοκα τῆς Αἰγύπτου. Τότε γὰρ τὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐσφραγισμένα ὄντα διεφυλάχθησαν. Τί δὲ ἄρα ἦν τὸ αἷμα*

---

*) *Lemma: Ἐπιστολὴ ἀντίγραφος*[g] *πρὸς τὴν ἀνωτέραν ἐπιστολήν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει*[h] *οὕτως.*

a) *ἐσθῆναι Bav.* b) *sic codd.*

3. a) *τεθελιωμένη M.* b) *οὐ M, Bav.* c) *ὑπειρεσίας M.* d) *λαὸς codd.; sed non populum a Photio seductum, sed Photium ipsum significari manifestum est, nec populi, sed solius Photii supra mentio facta est, cf. Rader p. 401.* e) *ἡ Ott, Bav.* f) *δῆλον M.* g) *ἀντίγραφον V.* h) *ἔχον V.*

1) *In fragmentis Latine servatis (cf. supra p. 348 n. 26) nomina quaedam episcoporum traduntur, scil. Styliani metropolitae, Anastasii ignotae sedis episcopi, Eusebii Nazianzeni, Iohannis Comani sive Leontopolitani, Pauli ignotae sedis episcopi. Cf. etiam infra p. 381 n. 4.* 2) *Quae sequuntur, etiam Latino contextu nobis servata sunt in fragmentis registri Stephani, cf. supra p. 348 n. 26(1), unde intellegi potest hac Graeca versione contextum epistolae admodum abbreviatum esse.*

τοῦ ἀμνοῦ τοῦ ἐν ταῖς τῶν Ἰσραηλιτῶν φλιαῖς, εἰ μὴ ὁ σταυρὸς τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, ὅπερ ἐν τοῖς μετώποις τῶν πιστῶν ἐνσφραγίζεται; Ὁ γοῦν τὸν σωτήριον σταυρὸν εἰς οὐδὲν λογιζόμενος τῷ εὐαγγελικῷ ξίφει ἀναιρεῖται. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Φωτίου οὕτως ὑμεῖς ὑπεγράψατε[1]*, ἡμεῖς δὲ τὸ βασιλικὸν γράμμα*[2] *ἀναγνόντες πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου*[a] *διστάμενον εὕρομεν. Περιεῖχε γὰρ οὕτως, ὅτι Φώτιος ἡσυχαστικὴν διαγωγὴν ᾑρετήσατο*[b] *καὶ ἐνυπογράφως τὸν θρόνον παρῃτήσατο*[3] *καὶ ἰδίως*[c] *τὰ περὶ ἑαυτοῦ*[d] *συνεφώνησε, ταπείνωσιν ἀντὶ ὑπερηφανίας ἑλόμενος. Οὗ δὴ χάριν ἐν ἀμφιβολίᾳ ἐγενόμεθα. Πολὺ γὰρ διαφέρει τὸ παραιτήσασθαι τοῦ*[e] *ἐξωσθῆναι. Ἡμεῖς τοίνυν ἄνευ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὴν οἱανοῦν ἐπενεγκεῖν κρίσιν οὐ δυνάμεθα. Διὸ καὶ ἀρτίως τὴν ψῆφον παρεδράμομεν καὶ χρεία ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου μέρους εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους ἀποσταλῆναι, ὡς ἂν ἐξεταζομένης πάσης ἀμφιβολίας καὶ ἐκ πάντων τῶν μερῶν τῆς ἀληθείας φανερουμένης εἰπεῖν δυνησόμεθα, ὃ ὁ θεὸς δώσει. Καὶ γὰρ*[4] *ὡς κάτοπτρον καὶ ὑπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς ἐκκλησίαις καθίσταται, καὶ εἴ τι ἂν ὁρίσῃ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει, καὶ χρὴ μετὰ ἐξετάσεως τὰς κρίσεις φέρειν.*

- - -

4.

Stylianus episcopus Neocaesariensis Stephano V. papae respondet a se Photium nunquam patriarcham habitum esse, quam ob rem ipse eum non tam iudicandum quam abiectum censuerit. Denuo rogat, ut papa per epistolas encyclicas eos, qui vi vel fraude adducti Photium secuti sint, in gremium ecclesiae recipi iubeat. *(891 in.)*

Codd: M p. 114, V f. 106, Ott f. 282, Vat f. 70, Bav f. 378.
Edd: Rader p. 402. Labbe VIII, 1409 = Mansi XVI, 437.

ΤΩΙ[a] ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΑΓΙΩΤΑΤΩΙ[b] ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩΙ[c] ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΩΙ ΠΑΠΑΙ ΣΤΥΛΙΑΝΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝ ΕΜΟΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΝΑΖΙΑΝΖΟΥ ΙΩΑΝΝΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΚΟΜΑΝΩΝ ΙΩΑΝΝΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΩΣ**.*

Τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ γράμματα τῆς ὑμῶν ἁγιοπρεποῦς καὶ ἐξοχωτάτης ἀρχιερωσύνης[5] *ἡ ἡμετέρα μετριότης δεξαμένη ἥσθη ἐν τούτοις*[d] *. . . . . Περιεῖχε τὸ σεβάσμιον τῆς σῆς*

---

*) *Lemma in codd.: Ἑτέρα ἐπιστολὴ παρακλητικὴ*[e] *πεμφθεῖσα μετὰ ἔτη τρία*[6] *παρὰ τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου Νεοκαισαρείας πρὸς τὸν αὐτὸν Στέφανον πάπαν Ῥώμης, ὅτε καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων μερῶν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ πάπα, μητροπολίτου καὶ βασιλέως*[f]*, ἄνθρωπος*[g] *μετὰ καὶ γραμμάτων βασιλικῶν*[h][7] *ἦλθον.*

**) *Reliquam inscriptionem om. codd., qui add.: καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι οἱ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ προγραφέντες.*

a) *ἡμετέρου codd., em. Rader.* b) *sic codd., forte ᾑρετίσατο?* c) *ἰδίᾳ M, Ott.* d) *αὐτοῦ M.* e) *τῷ M, Bav.*

4. a) *Τοῦ V, M, Bav; corr. τῷ Ott.* b) *ἁγιωτάτου V, Bav; corr. ἁγιωτάτῳ Ott.* c) *μακαριωτάτου V, M, Bav; corr. μακαριωτάτῳ Ott.* d) *Quae sequebantur in epistola, in codicibus omissa, sed breviter, quae hoc loco continerentur, adumbrata sunt: καὶ μετὰ τὸ προοίμιον τῆς ἐπιστολῆς, ἐν ᾧ καὶ ἐγκώμιον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, γέγραπται ταῦτα ῥητῶς.* e) *παρακλετικὴ V.* f) *βασιλικοῦ V, M.* g) *sic codd., forte ἄνθρωποι?* h) *γράμματα βασιλέως V.*

1) *Cf. supra p. 379.* 2) *Quod deperditum est. Cf., quae in codicibus epistolam n. 1 sequuntur, supra p. 374 ann. *; Dölger l. l. n. 513.* 3) *Cf. Vita Euthymii 2, 22, ed. de Boor (1888) p. 5: παραίτησιν καὶ μὴ βουλόμενον ἀπῄτει (sc. imperator Photium), ἣν καὶ βεβιασμένως πεποίηκεν, et quae de Boor p. 143 sqq. hac de re disseruit.* 4) *Quae sequuntur, etiam Latino contextu nobis servata sunt, cf. supra p. 348 n. 26(2).* 5) *Cf. supra p. 380 n. 3.* 6) *Cf. de Boor, Vita Euthymii (1888) p. 147.* 7) *Cf. Reg. apud Dölger l. l. n. 515.*

ἐνθέου ἀρχιερωσύνης, ὅτι διαφωνία εὑρέθη ἐν τοῖς γράμμασι τῶν τε γαληνοτάτων ἡμῶν βασιλέων καὶ τῆς ἡμῶν μετριότητος. Ἡ δὲ αἰτία τῆς διαφωνίας ἐστὶν αὕτη. Οἱ παραιτησάμενον[a] γράψαντες τὸν Φώτιον αὐτοὶ τοῦτον καὶ ἱερέα ἐδέξαντο, ἡμεῖς δὲ οἱ μηδ' ὅλως τοῦτον ἴχνος ἱερωσύνης ὁμολογοῦντες ἔχειν κατὰ τὴν ἔννομον[b] καὶ κανονικὴν κρίσιν τῶν ἀοιδίμων τοῦ τε μακαρίου πάπα Νικολάου[1] καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ[2], καθὼς καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθεῖσα[3] παρὰ τῶν τοποτηρητῶν τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς[c] θρόνων τριῶν, πῶς ἠδυνάμεθα τὸν οὕτω κατακριθέντα ὡς παραιτησάμενον γράφειν; Ἐθαυμάσαμεν δὲ καί, πῶς ὃν ἔγραψας ἀποκεκινημένον ἀπὸ τῆς στερεᾶς πέτρας τοῦ Χριστοῦ ἐν προοιμίοις τῆς ἐπιστολῆς[4], τοῦτον ἐν τῷ ταύτης τέλει ὡς ἔννομον ἀρχιερέα κριθῆναι ὀφείλειν ἔγραψας[5]. Πῶς ὁ ἀπόβλητος κριθήσεται; Οὕτω γὰρ τὰ τῶν προκατόχων θεοφόρων ἀνδρῶν θεσπίσματα περὶ αὐτοῦ ἀθετοῦνται. Ὅμως ὅσον τις ἐθέλει τὰ περὶ τὸν Φώτιον ἐξετάζειν, πλέον οἶμαι τὴν κατάκρισιν αὐτοῦ αὐξάνεσθαι. Οὗ τἄλλα ἐῶμεν, ἃ δὲ κατὰ τοῦ ἀνεπιλήπτου τῷ ὄντι καὶ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Μαρίνου συνέπλασε, ποῦ θήσεις; Ἃ οὐκ ἀγνοεῖν σε οἴδαμεν, καθὼς ἡ πρὸς τὸν ἀοίδιμον Βασίλειον καὶ βασιλέα ἡμῶν γραφή σου δηλοῖ[6]. Ἀλλ' ἡμεῖς πάλιν τῶν προτέρων δεήσεων[7] ἐχόμεθα περὶ τῶν δεξαμένων τὸν Φώτιον κατὰ βίαν καὶ παρακαλοῦμεν ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς πέμψαι πρὸς τοὺς πατριαρχικοὺς τῆς ἀνατολῆς θρόνους, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ τὴν παρ' ἡμῶν οἰκονομίαν δεξάμενοι συνασμενίσωσι καὶ ἐπισφραγίσωσι διὰ τὴν ἀξίωσιν τοῦ σοφωτάτου ἡμῶν βασιλέως[8] τοῦ ἐξαγαγόντος ἡμᾶς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου καὶ δωρησαμένου ἡμῖν φῶς ἐλεύθερον. Οὐκ ἔστιν ἀκανόνιστον τὸ τὸν μὲν Φώτιον καθῃρημένον εἶναι, τοὺς δὲ βίᾳ τοῦτον δεξαμένους καὶ νῦν μετανοοῦντας δεχθῆναι. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας πρὸς Ῥουφῖνον ἔγραψεν[9], ὅτι δεῖ ἐν ταῖς συνοδικαῖς συνελεύσεσι τοὺς ἀρχηγοὺς καὶ μόνων τῶν αἱρέσεων καὶ τῶν σχισμάτων ἀπορρίπτεσθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς οἰκονομίας τρόπῳ ἐπαναλαμβάνεσθαι. Εἰρήνη τῷ κόσμῳ καὶ ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πληθυνθείη πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων τῶν πανευφήμων ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

5.

Formosus papa Styliano Neocaesariensi episcopo respondet se quamvis non sine gravi dubitatione legatos mittere, qui ad pacem in ecclesia orientali restituendam clericos a Photio ordinatos per poenitentiam in gremium ecclesiae recipiant. (891/2.)

Codd: M p. 115, V f. 106', Ott f. 282', Vat f. 71, Bav f. 378'.
Edd: Rader p. 406. Labbe VIII, 1412 = Mansi XVI, 440. — Reg: Jaffé 3478 (2671).

Τὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης γράμματα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ἀποσταλέντα[10] ἀσμένως ἐδεξάμεθα[a] ..... Αἰτεῖς ἔλεος καὶ οὐ προστίθεις, ὅπως καὶ τίνι, λαϊκῷ ἢ ἱερεῖ.*

---

*) *Superscriptio et lemma in codicibus: Ἐπιστολὴ ἀντίγραφος πρὸς ταύτην τὴν ἀναγεγραμμένην γραφεῖσα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα καὶ διαδόχου τοῦ μακαρίου Στεφάνου[b] πρὸς τὸν αὐτὸν Στυλιανὸν Φορμώσου[c]· ἐκείνου γὰρ μὴ φθάσαντος ἀντιγράψαι ἔγραψε Φόρμωσος[d].*

a) *παραιτησάμενοι codd.* b) *ἔνομον M, Vat in textu; ἔννομον Vat in marg.* c) *ἀνατολικῆς M, Bav.*
5. a) *Quae in epistola sequebantur, in codicibus omissa sunt his verbis insertis: καὶ μετὰ πολλὰ τὰ ἐν μέσῳ, ἃ περιέχει ἡ τοιαύτη ἐπιστολή, γράφει καὶ ταῦτα·* b) *τῆς codd.* c) *φορμόσου M, Ott, Vat, corr. Bav.* d) *Φορμουσος Ott; Φόρμοσος Vat, corr. Bav.*

1) *I., 858—867.* 2) *II., 867—872.* 3) *A. 869—870.* 4) *Cf. supra p. 380 l. 22 sq.* 5) *Cf. supra p. 381 l. 8 sq. Hic Stylianum id, quod Stephanus V. scripserat, falso interpretatum esse monet de Boor Vita Euthymii (1888) p. 148 sq. Non enim id inquirendum esse papa scripserat, utrum Photius damnandus sit necne, sed quomodo a sede patriarchali remotus sit.* 6) *Cf. supra p. 373.* 7) *Cf. p. 379.* 8) *Leonis VI. 886—911.* 9) *Migne Patr. graeca XXVI, 1180.* 10) *Cf. supra p. 381 n. 4. De re cf. de Boor l. l. p. 149 sqq.*

Ἐὰν εἴπῃς[a] λαϊκῷ, συγγνώμης ἄξιος, ὡς παρὰ λαϊκοῦ ἔχων τὸ ἀξίωμα. Ἐὰν εἴπῃς ἱερεῖ, οὐ προσέχεις, ὅτι τιμὴν οὐκ ἠδύνατο δοῦναι ὅστις τιμὴν οὐκ ἔσχεν[1]. Οὐδὲν ἠδυνήθη δοῦναι Φώτιος[b] ἐκτὸς κατακρίσεως, ἧς ἔσχε διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς σκολιᾶς χειρός[2], καὶ ἐγκατάκρισιν δέδωκε. Πῶς ὤφειλε λαμβάνειν τιμὴν ὁ μέτοχος γεγονὼς τοῦ κατακριθέντος; Ἐπεὶ τὸν χειροτονηθέντα ἐλεηθῆναι δυσωπεῖς, σκόπει, ὅτι τὸν χειροτονήσαντα πλέον περιθάλπεις κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον· ‘ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν καὶ τοὺς καρ- Matth. 12, 33. ποὺς αὐτοῦ καλοὺς ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ σαπρούς.’ ‘Μήτι γε δύναται ἡ συκῆ σταφυλὴν ποιῆσαι ἢ ἡ[c] ἄμπελος σῦκα’; Ἔδει τοίνυν, ἵνα ἡ ἐκ- Iac. 3, 12. κλησία αὕτη, εἰς ἣν τὰ τοιαῦτα ἀνάκειται, προσφέρειν ἐκδίκησιν χαλεπωτάτην, ἵνα διὰ τῆς τοιαύτης ἐκδικήσεως ἡ ἐκκλησία ὑμῶν καλῶς καθαρισθῇ, ἀλλὰ συνέχουσιν ἡμᾶς ἡ πρᾳότης καὶ ἡ φίλων κακία[d] καὶ πείθουσιν, ὥστε τινῶν μὲν ἀνασχέσθαι, τινὰ[e] δὲ παντελῶς ἀφελεῖν. Διὸ καὶ ἀπεστείλαμεν ἐκ τῆς ἡμετέρας πλευρᾶς τοὺς εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Καπούανον Λανδενοῦλφον[3] καὶ Ῥωμανόν[4], μεθ’ ὧν συνελθεῖν καὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην παραινοῦμεν καὶ Θεοφύλακτον μητροπολίτην Ἀγκύρας καὶ Πέτρον τὸν ἡμέτερον πιστὸν, οὕτω μέντοι, ἵνα πρὸ πάντων ἐν τῷ Φωτίῳ τῷ καὶ παραβάτῃ καὶ ἀθεμίτῳ ἡ ἀπόφασις ἡ ἀπὸ τῶν προηγησαμένων καὶ οἰκουμενικῶν ἀρχιερέων ἐξενεχθεῖσα συνοδικῶς, ἔτι δὲ ἐπικυρωθεῖσα καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας χθαμαλότητος, εἰς τὸ διηνεκὲς διαμεῖναι ἀμετάθετον· καὶ τοὺς χειροτονηθέντας παρὰ Φωτίου ἐλεοῦντες ἐκρίναμεν, ἵνα καὶ προσφερομένων λιβέλλων ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσωσι καὶ διὰ μετανοίας συγγνώμην αἰτήσωσιν ὑπισχνούμενοι μηδέποτέ τι τοιοῦτον ἡμαρτηκέναι[f]. Ἑξῆς τούτων οὕτω διαπραχθέντων καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἐντάλματι διατεταγμένα ἅμα μετὰ τῶν προειρημένων προσώπων ἡ σὴ ἁγιωσύνη περαιωσάτω, μήτε προσθεμένη[g] τι μήτε ὑφελομένη, μήτε ἐναλλάξασα τούτων. Οὕτω γὰρ παρ’ ἡμῶν καὶ τῆς σῆς σεβασμιότητος ἐν τῇ τῶν θεοπίστων κοινωνίᾳ τούτων ἀποδεχθέντων ὡς λαϊκῶν τὸ σκάνδαλον ἀφανισθήσεται, τούτων δὲ ἀποτελεσθέντων, εἴ τις αὐτῶν ἀπαναίνεται τοῦ κοινωνῆσαι, γινωσκέτω ἑαυτὸν μὴ εἶναι μέτοχον[h] τῆς ἡμετέρας κοινωνίας. Ἐν Χριστῷ ἔρρωσθε.

6.

Iohannes IX. papa Stylianum Neocaesariensem episcopum propter fidem ecclesiae Romanae exhibitam laudat. Quae pontifices Romani de Ignatio et Photio et sequentibus patriarchis decreverunt, ea firmanda decernit. *(899.)*

Codd: M p. 125, V f. 114, Ott f. 290, Vat f. 78', Bav f. 385.

Edd: Rader p. 430. Labbe VIII, 1429 = Mansi XVI, 456. — Reg: Jaffé 3522 (2706).

Ἀξίας* χάριτας, τιμιώτατε ἀδελφέ, τῇ σῇ ἀγάπῃ ἀναφέρομεν, ὅτι οὐδέποτε ἀπὸ τῆς σῆς μητρὸς τῆς ἁγίας[a] καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ῥωμαϊκῆς[b] ἐκκλησίας παρεκκλῖναι ἠθέ-

---

*) *Haec epistola responsio est epistolae Styliani deperditae, cuius codices hoc modo mentionem faciunt:* Ἐπὶ τούτοις ἰστέον, ὅτι ὁ Μάπας ὁ μητροπολίτης Νεοκαισαρείας ὁ Στυλιανὸς μετὰ τὸ δέξασθαι τὴν[c] ἐπιστολὴν τοῦ πάπα Φορμώσου[d] τὴν ἀνενέργητον[c], καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προ-

a) εἶπε *M;* εἴπῃ *corr. ex* εἶπε *Bav.* b) Φωτίῳ *M, Ott, Vat, Bav.* c) *om. V, Bav.* d) φιλικακία *corr. ex* φιλία κακία *Ott;* φίλη κακία *Vat.* e) τινῶν *Vat.* f) ἁμαρτήσεσθαι *intelligendum.* g) προθεμένη *M, Ott, Bav.* h) μέτριον *Bav.*

6. a) καὶ *add. Bav.* b) *om. Vat, al. m. add. Bav.* c) τὴν — ἀνενέργητον *om. Bav.* d) φορμόσου *M, Vat.*

1) *Cf. supra p. 351 l. 17 et ann. 3.* 2) *Cf. supra p. 376 l. 18.* 3) *Cf. supra p. 191 n. 213—216, p. 224 n. 256.* 4) *Fanensem episcopum, qui etiam donationi cuidam a Theodosio episcopo Firmano coram Karolo III. factae a. 887 nomen suum subscribi fecit, cf. Mansi Coll. conc. XVIII, 57.*

λησας, οὐδέ τινες γὰρ βάσανοι ἢ ἐξορίαι ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησάν σε[a] σχίσαι ἀπὸ τῆς σῆς μητρός. Μενοῦνγε πιστεύω τῇ θάλψει τῆς σῆς εὐχῆς καταμαλαχθῆναι τὴν τῶν καρδιῶν σκληρίαν τῶν μελλόντων σωθῆναι καὶ τὴν ἐκζητουμένην εἰρήνην προσκαλέσασθαι, ὅπερ βεβαίοις φαίνεται τεκμηρίοις, καὶ τὸ σχίσμα τῶν μ' σχεδὸν ἐτῶν[1] εἰς τὴν προτέραν ὑγείαν ἐπανελθεῖν. Ἃ γὰρ ἡ σὴ μήτηρ ἠθέτησε μέχρι τῆς δεῦρο, καὶ σὺ ἠθέτησας, καὶ οἷς ἐπένευσεν, ἐπένευσας καὶ αὐτός. Βουλόμεθα οὖν καὶ νῦν, ὅπως κατ' αὐτὴν τὴν τάξιν αἱ διατάξεις τῶν ἁγιωτάτων πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων ἀπαράσπαστοι διαμείνοιεν[b]. Διὸ καὶ Ἰγνάτιον Φώτιόν τε Στέφανον[2] καὶ Ἀντώνιον[3], καθὼς ὁ ἁγιώτατος πάπας Νικόλαος[4] καὶ Ἰωάννης[5] καὶ ἕκτος Στέφανος[6] καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία μέχρι τοῦ νῦν ἐκράτησε, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς τῇ αὐτῇ[c] ἀποδεχόμεθα καὶ κρατοῦμεν τάξει. Καὶ αὐτοῖς τοῖς περιοῦσι τῆς αὐτῶν χειροτονίας τῇ αὐτῇ τάξει χεῖρα ὀρέγομεν, καὶ ἵνα καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν ὡσαύτως χεῖρα ὀρέξῃς παραινοῦμεν. Καὶ εἰρήνης καὶ κοινωνίας εὐλογίαν αὐτοῖς ἀποδῶμεν καὶ αὐτῶν οὕτως δηλονότι φυλαττόντων τὰς τάξεις. Τὸ δὲ σὸν χειρόγραφον[7], ὃ ἐποίησας ἡμῖν, πλεῖστα ἐκζητήσαντες οὐχ εὕρομεν.*

λαβοῦσιν, ἑπτὰ χρόνων παραδραμόντων χαυνωθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν καὶ καταλιπὼν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὰ ἐναντία τῶν δεδογμένων ἐστράφη καὶ ἔγραψε πρὸς τὴν Ῥώμην αἰτούμενος πεμφθῆναι ἐκεῖθεν χειροτονίαν[d] αὐτοῦ καὶ ἐπιτροπὴν ἐκεῖθεν λαβεῖν τοῦ συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ πάπας Ἰωάννης δεξάμενος καὶ πεμψάμενος τὴν τοιαύτην τοῦ Μάπα αἴτησιν ἐσκέψατο, μή ποτε κατ' εἰρωνείαν τοιαῦτα ἔγραψε πρὸς τὸ ἐξουθενῆσαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰ καὶ[e] τοῦτο ποιήσουσι. Διὸ οὔτε ἐπέτρεψεν οὔτε τὸ ἰδιόγραφον ἀπέστειλεν, ἀλλ' ἀντέγραψε πρὸς αὐτὸν γράμμα ἔχον οὕτως.

*) *In codd. additur hoc scholion epitomatoris: Σκοπητέον τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς περινενοημένα ῥήματα. Καὶ γὰρ οὐδὲ οὗτος ὁ πάπας ἔλυσεν ἢ ἀπεδέξατο Φώτιον ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπεβεβαίωσε τὰς κρίσεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ. Εἰπὼν δὲ· ʽοὐδέ τινες βάσανοι ἢ ἐξορίαι ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησάν σε ἀποσχίσαι τῆς μητρός σου τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας', τύραννον καὶ διώκτην καὶ πορνοβοσκὸν ἐνέφηνε δηλαδὴ τὸν Φώτιον. Παρακατιὼν δὲ ἀπέδειξε καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν μὴ σεσωσμένους μήτε ὑγιαίνοντας ἐπὶ ἔτη μ' τῷ λόγῳ τῆς ἱερωσύνης καὶ ἐντέλλεται ἀπερισπάστως φυλαχθῆναι τὰς διατάξεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ τὰς θεσπισθείσας δηλονότι[f] κατὰ Γρηγορίου τοῦ Συρακούσης[8] καὶ Φωτίου καὶ τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν, εἰπών, ὡς ʽταύτῃ τῇ προωρισμένων ἐκείνων κρίσει καὶ τάξει καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ἀποδεχόμεθα καὶ κρατοῦμεν', τὸν μὲν Ἰγνάτιον καθοσιωμένον[g] προδήλως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκαθοσιώτους[9]. Ἕκτος γὰρ ἀπὸ Νικολάου ὁ[h] Στέφανος ἀριθμεῖται· πρῶτος γὰρ Νικόλαος[h][10] ὁ κατακρίνας τὸν Φώτιον καὶ δικαιώσας Ἰγνάτιον, εἶθ' οὕτως Ἀδριανὸς[11] καὶ μετ' αὐτὸν Ἰωάννης[12] καὶ μετὰ τοῦτον Μαρῖνος[13] καὶ μετὰ Μαρῖνον Ἀδριανὸς[14] ἕτερος καὶ ἕκτος Στέφανος[15], ἔπειτα Φόρμοσος[16] καὶ μετὰ τοῦτον ἄλλοι τέσσαρες ἦσαν, Βονιφάτιος[17], Στέφανος[18], Ῥωμανὸς[19] καὶ Θεόδωρος[20], καὶ μετ' αὐτοὺς Ἰωάννης[21] ὁ ταῦτα γράψας. Εἰπὼν δὲ ὅτι ʽκαθὼς καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία μέχρι τῆς δεῦρο ἐκράτησε', συμπεριέλαβε πάντως καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν πατριάρχας, ὧν τὰς διατάξεις εἶπε κρατεῖν καὶ αὐτόν, ὡς ἀδύνατον εἶναι τὰ δύο γενέσθαι καὶ τὰς διατάξεις ἐκείνων κρατεῖν καὶ τοὺς ἀποβληθέντας περὶ τῶν διατάξεων ἐκείνων δεχθῆναι εἰς ἱερωσύνην τὸ σύνολον, ἀλλὰ μόνον εἰρήνης αὐτοὺς καὶ κοινωνίας εὐλογίαν ἀπολαβεῖν οἷα λαϊκούς, ὡς ἀριδήλως δεδήλωκεν.*

a) *τε M, Bav.* b) *forte διαμένοιεν?* c) *αὐτοῦ codd.* d) *χειρόγραφον corr. Hefele, ʽConcilien-Geschichte'[2] IV, 488 ann. 3.* e) *om. Vat, Bav.* f) *δῆλον M.* g) *forte καθωσιωμένον?* h) *ὁ — Νικόλαος om. Bav.*

1) *Cf. l. 27 sq.* 2) *Patriarcham Constantinopolitanum 886—893.* 3) *Item 893—901.* 4) *I., 858—867.* 5) *VIII., 872—882.* 6) *Quem nos V. nominamus, 885—891.* 7) *Hoc χειρόγραφον idem esse patet ac χειροτονίαν sive χειρόγραφον, quod Stylianus poposcerat (cf. ann. d). Cf. de hac re Hergenröther l. l. II, 707 sqq., de Boor l. l. p. 154.* 8) *Cf. supra p. 375 ann. 2.* 9) *Omnes post Ignatium patriarchas Constantinopolitanos a papa damnatos esse ex ipsis Iohannis IX. papa verbis non concludi posse manifestum est. Cf. Hergenröther l. l. II, 711.* 10) *I., 858—867.* 11) *II., 867—872.* 12) *VIII., 872—882.* 13) *I., 882—884.* 14) *III., 884—885.* 15) *V., 885—891.* 16) *891—896.* 17) *VI., 896.* 18) *VI., 896—897.* 19) *897.* 20) *II., 897.* 21) *IX., 898—900.*

LUDOVICI II. IMPERATORIS EPISTOLA AD BASILIUM I. IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM MISSA.

RECENSUIT W. HENZE (†).

Hanc epistolam, qua Ludovicus imperator a. 871 Basilio imperatori se titulum imperatoris et iure antiquorum principum et unctione papali accepisse ostendit, Barense oppidum captum esse nuntiat, ut sibi amplior classis mittatur postulat, historiae suae inseruit anonymus scriptor chronici Salernitani (cap. 107), cuius extat unus codex, olim Salernitanus, nunc Vaticanus lat. 5001 (saec. XIII.), in quo epistola Ludovici legitur f. 60—67'. De codice cf. G. H. Pertz 'Archiv' V, 131; SS. III, 241 et 468; L. Bethmann 'Archiv' X, 375. Recentiores qui supersunt codices manuscriptos a codice Vaticano archetypo dependere demonstravit G. H. Pertz l. l., cf. etiam 'Archiv' V, 150.

Ediderunt chronicon Salernitanum Muratorius 'Rerum Italicarum scriptores' II, 2 (1726) p. 171, Pratillus 'Peregrinii historia principum Langobardorum' II (1750), 37, qui uterque codicem Vaticanum ipse non inspexit, denique codice archetypo diligentissime collato G. H. Pertz SS. III, 467. Ludovici epistolam ex chronico depromptam edidit primus a. 1602 Baronius 'Annales ecclesiastici' [1] *X, 486 ad a. 871 n. 51, quem secuti sunt Duchesne 'Historiae Francorum scriptores' III (1641), 555; Vorburg 'Historiae' XII (1660), 569; Goldast 'Collectio constitutionum imperialium' (1713) I, 195, IV, 17. Epistolae textum Muratorianum repetivit Bouquet 'Recueil des historiens de France' VII (1749), 572. Pertzii editionem secutus est Theiner 'Annales ecclesiastici Baronii'* [2] *XV (1868), 221 ad a. 871 et Kukuljević Sakcinski 'Codex dipl. regni Croatiae Dalmatiae et Slavoniae' I (1874), 53 (excerptum). Cf. Böhmer-Mühlbacher 'Regesta imperii'* [2] *n. 1247 (1213).*

Ipse ut epistolam ederem, imagine phototypica usus sum. Et priorum quidem editorum, scil. Baronii Muratorii Pratilli lectiones et coniecturas non repetivi, sed quicquid a Pertzii editione differt, notavi omissis levioribus solummodo scribae mendis. Id praecipue egi, ut quantum fieri posset textum genuinum codicis (= c) restituerem, quem nonnullis locis rasuris vel coniecturis viri cuiusdam docti saec. XVI. (= m. 2) depravatum esse iam Pertz monuit.

Amari 'Storia dei musulmani di Sicilia' I (1854), 381 ann. et A. Kleinclausz 'L'empire carolingien' in 'Revue Bourguignonne' XII (1902), 441; 'La lettre de Louis II à Basile le Macédonien' in 'Le moyen âge' 2. ser. VIII (1904), 45 epistolam spuriam esse iudicaverunt, quam opinionem multi refellerunt, postremo L. M. Hartmann 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 1 (1908) p. 306 ann. 26; cf. etiam quae disserui in

'Neues Archiv' XXXV (1910), 663 [nunc etiam E. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' (1920) p. 238 ann. 5].

[Editor ipse a. 1915 insperata morte praeventus opus typis mandare non iam potuit. Ad eius editionem imprimendam auxilio nobis fuit O. Vehse, qui codicem Vaticanum denuo inspexit et contulit.]

In nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Lodoguicus divina ordinante providentia imperator augustus Romanorum dilectissimo spiritualique fratri nostro Basilio gloriosissimo et piissimo atque imperatori novae Romae.

Probabile quidem et laudabile constat aliquem fratrum monitis[a] quasi quibusdam flatibus ad ignem caritatis accendi; probabilius autem est sic impensius[b] ultroneae voluntatis ad hoc motibus inflamari; set probatissimum[c] est quandocumque viam quemquam virtutis arripere et magis magisque miris successibus in sublime proficere. Nam ille semper miles[d] a duce magis diligitur, qui post veniens hostium vires fortiter premit, quam his[e], qui maturius quidem accessit, sed forte aut nichil aut certe modicum gessit.

Secundum quam regulam divinitus sublimatum imperium nostrum ex die, qua coepit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde suo plantare, multiplices fructus exibere non destitit, non minus quae[f] vestra ac[g] quae[h] nostra sunt procurans et vindicans. Quamvis quae circa missos nostros in causa familiaritatis et benignitatis te gloriaris egisse, nos prius erga Iohannem famosissimum patricium[1] gessisse patescat, quem revera non sicut amicum vel quemadmodum fratris, id est imperii tui, hominem[i], sed quasi consanguineum nostrum et tamquam excellentiae tuae sobolem tractavimus et diliximus; nec hunc penes nos positum aut tarditas unquam temporis aut intima locorum a penetralibus nostris fecere extorrem. Ceterum spiritualem fraternitatem tuam miramur tot
1. Cor. 11, 16. sermonum ambages contentiosius adversus apostolum praetendentem, qui dicit: 'Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei', cum imperii dignitas apud Deum non in vocabuli nomine, set in culmine pietatis gloriosa[k] consistat; nec nobis quod appellamur mirandum, set quod sumus magnopere providendum. Verum quia de imperatorio nomine multa nobis scripsisti, cogimur et nos quoque ad scripta tua quaedam rescribere, ne si usquequaque super hoc siluerimus, non ut contentionem vitantes, set quasi ratione convincti[l], siluisse ab insipientibus videamur.
cf. Deuter. 19, 14. Indicat itaque dilectio tua se maledictum legis pavescere, et idcirco terminos aeternos transferre et veterum imperatorum formas commutare ac praeter canonica ac paterna praecepta conversari rennuat et recuset. Et tamen qui sunt illi vel ubi aut unde fuerint prolati termini aeterni vel veteres formae aut illa canonica et paterna praecepta, minus[m] aperte declarat, nisi forte super imperatoris nomen velit haec cuncta sentiri. Verum apud nos multa lecta sunt, multa quidem indefesse leguntur; nunquam tamen invenimus terminos positos vel formas aut praecepta prolata, neminem appellandum basilea nisi eum, quem in urbe Constantinopolitana[n] imperii tenere gubernacula contigisset, cum gentium singularum monimentis[o] interim postpositis sacrae nobis affluenter ystoriae monstrant[p] plurimos fuisse basileis[q] nuncupatos, non solum electos quosque[r], quales videlicet fuere Melchisedech et David, verum etiam reprobos, quales primores Assiriorum Aegyptio-

a) monĩs *c.* b) ipñ|b̄ius *c,* ñ *et* b̄ *(?) partim erasa.* c) probabilissimum *Pertz.* d) milex *c.* e) h *eras. c.* f) q *(linea curvata erasa) c.* g) *evanuit c.* h) *evanuit c;* nunc quam *m. 2.* i) m *(cubans, quod saepius invenies in codice) eras. c.* k) gloriose *Pertz.* l) convicti *Pertz.* m) nimis *c.* n) Constantinopoli *Pertz.* o) monĩtis *c.* p) mostrant *c, sic saepius.* q) *post* fuisse *una littera* (t ?) *erasa;* basil : : : *c,* eos *corr. m. 2.* r) *ex* electoresque *corr. c.*

1) *De quo cf. supra p. 186 ann. 5.*

rum Moabitarum et ceterarum nationum, quas dinumerare longum est, extitisse probantur. Ergo cum ita sit, frustra causandum ducit prudentia tua alios praeter se basilis[a] appellandos[b], nisi forte radendum ducat totius codices mundi, in quibus pene cunctarum gentium primi a temporibus priscis et deinceps basilei inveniuntur ascripti.

Et certe, ut de Latinis codicibus interim taceamus, si Graecos etiam noviter editos revolvas codices, invenies procul dubio plurimos tali nomine vocitatos et non solum Graecorum, set et Persarum Hepierotarum Indorum Bithiniensium[c] Parthorum Armeniorum Sarracenorum Aethiopum Guandalorum et Gothorum atque aliarum gentium praelatos *βασίλεων* appellatione veneratos. Intuere igitur, frater, et considera, quod multi fuerint[d], qui basilei diversis temporibus et in diversis locis et nationibus nuncupati sunt vel hactenus nuncupentur; et noli vel nobis quod dicimur invidere, vel tibi singulariter usurpare, quod non solum nobiscum, set et cum pluribus praepositis aliarum gentium possides. Grave namque vitium est singularis dignitatis fastigium: quod quis[e] in principio ambierit, vel quid ei ambiendo talia contingerit, commemorare nolumus, ne fraternitas commemoratum ad iniuriam suam existimet.

Dicis autem, quod quatuor patriarchales sedes unum imperium inter sacra misteria memorari a deiferis apostolis usque nunc traditum habeant; nosque hortaris ut persuadeamus eis, quo[f] nos imperatores[g] appellent. Quod tamen nec ratio dictat nec opus est; primo quidem, quia nobis non congruit alios qualiter nos vocent instruere, deinde vero quia nobis etiam minime suadentibus tam patriarchas singulos quam ceteros homines, qui sub caelo sunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos quamque privatos, tali nos novimus appellare[h] cognomine, quotiens eorum accipimus epistolas et litteras. Invenimus praesertim, cum et ipsi patrui nostri, gloriosi reges, absque invidia imperatorem nos vocitent et imperatorem esse procul dubio fatentur, non profecto ad aetatem, qua nobis maiores sunt, attendentes, set ad unctionem et sacrationem, qua per summi pontificis manus impositione et oratione divinitus ad hoc sumus culmen provecti, et ad Romani principatus imperium, quod[i] superno nutu potimur, aspicientes. Porro si unum imperium patriarchae inter sancta[k] sacrificia memorant, laudandi sunt non utique inconvenienter agentes: unum est enim imperium Patris et Filii et Spiritus sancti, cuius pars est ecclesia constituta in terris, quam[l] tamen Deus nec per te solum nec per me tantum gubernari disposuit, nisi quia tanta sumus[m] ad invicem caritate connexi, ut non iam divisi, set unum existere videamur. (cf. Rom. 12, 10.) Non autem credimus sanctissimos patriarchas sic tui memoriam facere, ut aliorum quoque principum[n], ut omittamus nostram, mentionem praetereant, cum pro huiusmodi etiam apostolus orare iusserit, cum persequerentur ecclesiam[1], ut securam et tranquillam vitam (1. Tim. 2, 2.) agerent[o] cum omni pietate, praesertim cum eis[p] etiam pro impiis orare non diffidamus, sub quorum ditione consistunt, sicut ille quoque populus in Babiloniam ductus pro rege Babiloniae per Iheremiam iubetur orare; nam in illorum pace fidelis etiam populus (cf. Jer. 29, 7.) constituit pacem.

Illud autem mirari merito possumus, quod sublimitas tua ad novam vel recentiorem appellationem aspirare nos autumat, cum quantum ad lineam generis pertinet, non sit novum vel recens, quod iam ab avo nostro non usurpatum est[q], ut perhibes, set Dei nutu

a) non *add. Pertz, dubito an recte.* b) appellandus *c.* c) bithiensium *c.* d) fuerunt *m. 2.* e) *lectio dubia;* quod qui *m. 2;* qui quis *Pertz.* f) quod *m. 2; forte* quominus? g) imperatorem *ex* imperatores *corr. m. 2.* h) appellari *Pertz.* i) quo *m. 2.* k) sacramenta *del. c.* l) quam *in rasura, ut vid., add. m. 2.* m) sumus tanta *Pertz.* n) *Sic c; non, ut legit Pertz,* principium; m *postea ut vid. eras.* o) ageret *c.* p) eos *corr. Pertz.* q) usurpa ê (= est *ut saepius in codice) c;* usurpatione *vel* usurpatore *m. 2;* iam usurpatione *Pertz.*

1) *Cf. infra p. 389 ann. 3, et 'N. Archiv' XXXV, 672.*

et ecclesiae iudicio summique praesulis impositionem[a] et unctionem manus obtinuit, sicut in codicibus tuis invenire facile poteris. Verum quid mirum, si novum sit, cum omne vetus a novo principium[b] habeat, non novum a veteri? Et certe cum primi Romani principes[c] imperare coeperunt, novum fuit, set de die in diem devenit in vetustatem; non ergo quaecumque novitas in culpa est, set reprehensibilis novitas; unde et apostolus, 1. Tim. 6, 20. cum dilecto discipulo scriberet[d], non ait: 'Vocum novitates devita' — set: 'Prophanas vocum novitates devita.' Sane antiquam esse imperii nostri dignitatem nullus[e] ambigit, qui vel nos[f] successores antiquorum imperatorum esse non nescit vel divinae pietatis divitias non ignorat. Nam quid mirum, si in fine temporis palam exibuit, quod ante tempora in abdito consilio suo praedestinavit?

Set nec hoc ammiratione caret, quod asseris, principem Arabum protosimbolum[1] dici, cum in voluminibus nostris nichil tale repperiatur et vestri codices modo architon[2] modo regem vel alio quolibet vocabulo nuncupent[g]. Verum nos omnibus litteris scripturas cf. Ps. 71, 10. sacras praeferimus, quae per David non protosimbulos[h], set reges Arabum et Saba proficere confitentur. Chaganum vero nos[i] praelatum Avarum[3], non Gazanorum[4] aut Nortmannorum[5] nuncupari repperimus, neque principem Vulgarum, set regem vel dominum Vulgarum[6]. Quae omnia idcirco dicimus, ut quam aliter se habeant, quae scripsisti, legens in Graecis voluminibus ipse cognoscas; quos nimirum suis cognominibus acquiescere perhibes nec tamen propria ipsorum cognomina recolis. Verum idcirco ab his[k] omnibus astute *βασυλεως* vocabulum adimis, ut hoc soli tibi, non tam proprie quam violenter inflectas. Illud autem ridere libuit[7], quod de imperatorio nomine dixisti neque paternum esse neque genti convenire. Quomodo[l] enim paternum non est, quod iam in avo nostro paternum fuit? Quomodo autem genti non convenit, cum sciamus, ut de ceteris brevitatis causa[m] taceamus, ex Hispanorum[8] Hisaurorum[n][9] et Chazarorum[10] gente[o] imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter asseverabis nationes has gente[p] Francorum aut religione aut virtutibus clariores, et tamen eas admittere non renuis, imperatores ex his praedicare non despicis. Porro de eo, quod dicis, non in tota nos Francia imperare, accipe, frater, breve responsum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos procul dubio retinemus,

---

a) per impositionem *Pertz; cf. quae de eo loco disserui in 'Neues Archiv' XXXV, 675 sq.* b) -um *in rasura ut videtur add. m. 2.* c) -ipes *in rasura add. m. 2;* habeat *del. c.* d) -t *add. m. 2 (?).* e) de hac vita *add. et del. c.* f) nos *in rasura c.* g) nuncupet *c.* h) prosinbulo *c.* i) *sic cod.;* non *Pertz.* k) ab *iterum add. et del. c.* l) quomodo *in rasura c.* m) gratia *Pertz.* n) hisſturorum *c.* o) gentes, -s *eras. c.* p) gentes *c.*

1) *de Boor, Theophanis Chronographia II, 225 l. 7, ann. 7: docet in margine et codicis Casinensis et Historiae miscellae adnotatum esse:* protosymbolus graece primus consiliarius interpretatur; quia enim principem Saracenorum Graeci regem vocare refugiunt, hunc protosymbolum vocant quasi primum consilia dantem. *Eandem rem testatur Const. Porphyr. De cerem. II, 48; nam imperatores Byzantini scribebant: τῷ . . . πρωτοσυμβούλῳ καὶ διατάκτορι τῶν Ἀγαρηνῶν. Cf. 'Neues Archiv' XXXV, 671.* 2) *Vox ἄρχιτος non occurrit apud Graecos; ἀρχηγός tunc appellabatur princeps Arabum cf. Theophan. ed. de Boor, I, 401 l. 4.* 3) *Cf. Const. Porph. Exc. de legat. ed. de Boor, p. 226 l. 8: χάγανος Ἀβάρων.* 4) *I. e. Chazarorum, cf. Const. Porphyr. De adm. imp. 42; De cerem. II, 48: χάγανος Χαζαρίας.* 5) *I. e. Russorum, cf. Const. Porph. De cerem. II, 48: πρὸς τὸν ἄρχοντα Ῥωσίας.* 6) *Symeonem principem Bulgarum, cum Romanum imper. conveniret, a suis βασιλέα salutatum esse τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ narrat Theophan. cont. ed. Bonn. p. 407. — Antea τὸν ἐκ θεοῦ ἄρχοντα τῶν Βουλγάρων, tunc τὸν κύριον . . . βασιλέα Βουλγαρίας principem Bulgarum in epistolis appellatum esse narrat Const. Porph. De cerem. II, 48.* 7) *Cf. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' p. 253 ann. 3.* 8) *Theodosius imperator eiusque filii cf. Epit. Aur. Vict. de Caesar. cap. 48.* 9) *Leo III., cf. Theophan. I, 391 l. 6 sqq. et qui sunt ex eius genere nati: Constantinus V., Leo IV., Constantinus VI.* 10) *Uxor Constantini V., mater Leonis IV., e gente principum Chazarorum erat, cf. Theophan. I, 426, 16; ac Leo ipse ἐκ μητρικῆς ἐπωνυμίας Χάζαρις ἐπικληθείς (*Vita Theophanis ab ignoto composita *ed. de Boor, Theophanis Chronographia II, 4 l. 27). Hinc error ortus est, quo incidere non potuit vir Romanus nisi rerum Byzantinarum peritissimus.*

quod illi retinent, cum quibus una caro et sanguis sumus hac[a] unus per Dominum spiritus[1]. Praeterea mirari se dilecta fraternitas tua significat, quod non Francorum[2] set Romanorum imperatores[b] appellemus[c] set scire te convenit, quia nisi Romanorum imperatores[b] essemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen et dignitatem assumpsimus, apud quos profecto primum tantae culmen sublimitatis et appellationis effulsit, quorumque gentem et urbem divinitus gubernandam et matrem omnium ecclesiarum Dei defendendam atque sublimandam suscepimus, a qua et regnandi prius et postmodum imperandi auctoritatem prosapiae nostrae seminarium sumpsit. Nam Francorum principes primo reges, deinde vero imperatores dicti sunt, hii dumtaxat qui a Romano pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt. In qua etiam Karolus Magnus, abavus noster, unctione huiusmodi per summum pontificem delibutus primus ex gente ac genealogia nostra pietate in eo habundante et imperator dictus et christus Domini factus est, praesertim cum (cf. 1. Reg. 24, 7.) saepe tales ad imperium sint[d] asciti, qui nulla divina operatione per pontificum ministerium proposita[e] solum a senatu et populo nichil horum curantibus imperatoria dignitate potiti sunt; nonnulli vero nec sic, set tantum a militibus sunt clamati et in imperio stabiliti sunt, ita ut etiam horum quidam a feminis, quidam autem hoc atque alio modo ad imperii Romani sceptra promoti sunt.

Porro si calumpniaris Romanum pontificem, quod gesserit, calumpniari poteris et (cf. 1. Reg. 15 sq.) Samuel, quod spreto Saule, quem ipse unxerat, David in regem ungere non renuerit. Verum super hoc si est qui summo pontifici saltem unum faciat muctum, congruo profecto illius non carebit responso; set interim si paginas revolvas Graecorum annalium et quae discrimina tam[f] ab alienis per vos nequaquam defensi quam a vestratibus[3] pontifices[g] Romani pertulerunt, perscruteris, profecto invenies, unde illos iuste non valeas redarguere. Verum haec illi quae extrinsecus agebantur facile parvi penderunt, nisi et intrinsecus per diversas haereses perimere conantium molimina deprehenderunt. Unde merito apostatis desertis — quae enim communicatio Christi et Belial? — adhaeserunt (cf. 2. Cor. 6, 15.) genti adhaerenti Deo et ipsius regni fructus facienti; quoniam non est personarum ac- (cf. Matth. 21, 43.) ceptor Deus, set ut eximius apostolorum[h] innuit, 'in omni gente qui timet eum acceptus (Act. ap. 10, 35.) est illi'. Ergo cum ita sit, cur nos satagis reprehendere, quoniam ex Francis oriundi Romani moderamur habenas imperii, cum in omni gente qui timet Deum acceptus sit illi[i]? Et certe Theodosius maior et filii eius, Arcadius et Honorius, atque Theodosius minor, Arcadii filius, ex Hispanis ad imperii Romani culmen assumpti sunt, nec[k] tamen invenimus quod aliqui[l] clamaverint vel reprehenderint[m], quod non Romanus, sed Hispanus existeret, vel restiterint aut prohibuerint filios eius in loco patris et honore succedere, quemadmodum, ut cum pace tua dicamus, nunc tua conari videtur diligenda fraternitas et sustinenda dilectio. Quasi gens Francorum non pertineat ad hereditatem, de qua Pater ad Filium loquitur: 'Postula, inquiens, a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam' et cetera et (Ps. 2, 8.) alibi: 'Glorificantes me glorificabo', et alia innumerabilia. (1. Reg. 2, 30.)

---

a) hac *c*, h *totum fere eras.* b) imperator *ras. corr. ex* imperatores *c.* c) *sic c; vel* nos appellemus *(sic Pertz) vel* appellemur *legendum est.* d) sunt *Pertz.* e) p̄posita *c.* f) discriminata *c.* g) *corr. ex* ponfices *ut vid. c.* h) apostolorum *bis scr., alter. del. c.* i) *sic c*, ille *legit Pertz.* k) et *c.* l) aliquis *c.*, -s *eras.;* aliquis clamaverit *Pertz.* m) Theodosium *add. Pertz.*

1) *Cf. Ludovici I. Ordinat. imp. ed. MG. Capit. I, 271 l. 10:* sub seniore fratre regali potestate potiantur, *et 272 l. 28:* imperialis potentia coherceat. 2) *Cf. epist. a Michaele et Theophilo imperatoribus ad Ludovicum I. missam (MG. Concil. II, 475 l. 30—32):* Michahel et Theophilus, fideles in ipso deo imperatores Romanorum dilecto et honorabili fratri Hludowico, glorioso regi Francorum et Langobardorum et vocato eorum imperatori. 3) *Cf. Nicolai I. epist. Reg. Jaffé 2796, ed. MG. Epist. VI, 484:* imperatores, qui persecuti fuerunt ecclesiam Dei et maxime ecclesiam Romanam, id est Nero Diocletianus Constantius Anastasius et ceteri moris eorum.

Ergo, frater karissime, desine in hoc contentiosius agere, desine adulatoribus quibusque tandem aures tuae puritatis[a] inflectere. Denique gens Francorum multos et fecundissimos Domino fructus attulit, non solum cito credendo, verum etiam nonnullos Matth. 21, 43. alios salutifere convertendo. Unde vobis a Domino iure praedictum est: 'Auferetur[b] a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus eius'. Sicut ergo potuit Deus de cf. Matth. 3, 9. lapidibus suscitare filios Abrahae, ita potuit de Francorum duritia Romani suscitare succf. Gal. 3, 29. cessores imperii; et sicut si Christi sumus, secundum apostolum Abrahae semen existimus, ita si sumus Christi, omnia possumus per gratiam ipsius, quae possunt illi, qui videntur existere Christi; et sicut nos per fidem Christi Habrahae semen existimus Iudaeique propter perfidiam Abrahae filii esse desierunt, ita quoque nobis propter[c] bonam opinionem, orthodosiam, regimen imperii Romani suscepimus; Graeci[d] propter kacodosiam, id est malam opinionem, Romanorum imperatores existere cessaverunt, deserentes videlicet non solum urbem et sedes[e] imperii, set et gentem Romanam et ipsam quoque linguam penitus amittentes[1] atque ad aliam urbem sedem gentem et linguam per omnia transmigrantes.

Rom. 11, 2. Set ne, frater desiderabilis, tristitia cor tuum repleat, audi sequentia qui[f] 'non cf. Rom. 11, 11 sq. repulit Deus plebem suam quam praescivit'. 'Dico ergo: numquid sic offenderunt, ut caderent. Absit. Set illorum delicto'[g] honor noster et diminutione[h] ipsorum plenitudo cf. Rom. 11, 17. nostra effecta est. Cum enim fracti sunt rami, nos inserti sumus in illis, cum oleastri quidem ammodo fuissemus, et socii radicorum[i] et pinguedinum olivae sumus effecti. cf. Rom. 11, 19–20. Dicimus ergo: fracti sunt rami, ut nos insereremur[k]; bene; non enim nisi propter crecf. Matth. 11, 15. dulitatem non rectam fracti sunt, nos autem fide stamus. Qui habet aures audiendi, audiat. Sed dicis, quod esset tempus, secundum quod fraternitati nostrae repromiseris, quando et hac potiremur appellatione, si Deus in finem ea quae consiliati sumus[2] perducere voluisset. Et quidem de consilio quod asseris, quae diximus, haec ipsa et nunc dicimus; cf. Num. 20, 17. non enim est in nobis 'est' et 'non' et a verbo nostro nec ad dexteram neque ad sinistram divertimus, set in ipso immoti persistimus. Appellationem autem illam sicut hactenus nec nos nec patres nostri per carnem et sanguinem possedisse dignoscimur, ita quoque de cetero non immerito possidere contemnimus. Per patres etenim nos, non per filios, consuevimus honorari et apud nos omnis gloria non a filiis ad patrem, set a patribus in filios derivatur. Quod enim nos a patre luminum, a quo omne datum opticf. Iacob. 1, 17. mum et omne donum perfectum sumpsimus, neque a filio neque per hominem aut ab hominibus[l] accipere volumus.

Postremo scito quia qui 'riga'[3] quemquam appellat, quid dicat[m], nec ipse novit. cf. 1. Cor. 13, 1. Siquidem etiam si linguis omnibus more apostolorum, immo angelorum, loquaris, cuius linguae sit 'rix' vel cui dignitati sonus ille barbarus congruat[n], quod 'rix' dicitur, interpretari non poteris. Nichil enim est hoc, nisi forte ad idioma propriae linguae tractum 'riga' regem significare monstraveris. Quod si ita est, quia non iam barbarum, sed La-

---

a) pietatis *Pertz.* b) aufertur *Pertz.* c) nos per *Pertz.* d) supscepimus *in ras. m. 2, genuina lectione ut vid., deleta;* greci *c, sequitur littera erasa;* vero *add. Pertz.* e) sedem *Pertz.* f) *forte* quia? g) *sic c;* delicta *legit Pertz.* h) diminuco *c.* i) *sic c; forte* radicum. k) inseremur *c.* l) oīmibꝫ *c.* m) dicam *c.* n) congruit *Pertz.*

1) *Cf. Nicolai I. epist. Reg. Jaffé 2796, ed. MG. Epist. VI, 459 cum ann. 2.* 2) *Consilium erat, ut Ludovici filia Basilii filio nuberet; cf. 'Neues Archiv' XXXV, 673 sq. et Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' p. 235.* 3) *Antea imperatores Constantinopolitani scribebant τῷ ῥῆγι, cf. K. Brandi 'Der byzantinische Kaiserbrief aus St. Denis' in 'Archiv für Urkundenforschung' I, 13 l. 17 cum ann. Etiam saeculo post de hoc titulo litigatum est, cf. Liudprandi Relat. de legat. Constantinop. cap. 2, ed. Becker (1915) p. 176.*

tinum est, oportet, ut cum ad manus vestras pervenerit, in linguam vestram fideli translatione vertatur. Quod si factum fuerit, quid aliud nisi hoc nomine βασυλευς interpretabitur? Quod non solum Veteris, set et Novi Testamenti omnes interpretes attestantur. Unde si in alienis personis hoc detestaris vocabulum, stude ex omnibus tam Latinis libris quam Graecis sive regis sive βασυλευς[a] nomen eradere. Nam nichil[b] lingua Latina resonat, quam quod Graeca dicitur βασυλευς.

Hiis igitur super hoc ita praelibatis obstupescimus in his, quae serenitas tua prosequitur. dicens suis, id est Graecis, Barim[1] ex parte sua debellantibus et elidere decertantibus nostros vel solum intuitos vel prandiis dissolutos nullum auxilium praestitisse[c] hac ideo civitatem ipsam capi[d] minime potuisse; cum nostri sive intuendo tantum sive prandendo sive aliud quid agendo, Barim tamen licet perpauci[e] et finetenus[f] impugnasse et ope divina cepisse noscantur. Vestri autem sicut bruchi prae multitudine apparentes et sicut locustae primum impetum dantes, eo ipso quo conatum suum in prima fronte monstraverunt, pusillanimitate superati protinus infirmati sunt et more[g] locustarum repente quidem salierunt, set confestim fatigati quasi a nisibus volandi deciderunt[h] ac per hoc neque intuendo neque prandendo neque bellando quibuslibet insignibus triumphi monstratis motu subitaneo et clandestino recesserunt[i] et inefficaces, nonnullis[k], et contra christianos, solummodo captivatis ad propria repedaverunt[l]. Ergo, frater, noli de cetero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicina student prandia[m] et omnia caritatis indicia proximis[n] habere et tamen a proposito non lacessere, quoniam secundum apostolum sciunt et habundare et penuriam pati et saturari et esurire et, ut compendio dicamus, cf. Phil. 4, 12 sq.
omnia possunt in eo[o], qui illos confortat.

De paucitate vero quid[p] miraris, si pauci fuerint[q] et tamen multa lucra detulerint? Praeterea qua de re pauci fuerint nostri, pridem dilectioni tuae patefecimus; set quoniam nos super hoc pulsasti denuo, nostrum denuo sume responsum. Cum enim diu demorante stolo fraternitatis tuae illius iam minime praestolaremur adventum et in anno ipso de obsidione Baris nichil omnino fieri putaremus, omnes ad sua[r] redire permiseramus, his solummodo retentis quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum sufficere credebamus, et hoc est, quod stolus insperatus apparens non nisi paucos nostros invenerit. Verum tamen isti ipsi pauci et adhuc pauciores quibusdam horum diverso langore gravatis effecti[s], antequam Baris[t] caperetur, tres ammiradas, qui totam Calabriam depopulabantur, innumeratam[u] multitudinem Sarracenorum, prostraverunt[2] et magnam vestratibus salutem divino brachio contulerunt[v]; qua re[w] non solum Calabritanorum Hismahelitum ingens extunc facta est diminutio, set et Barensium potentatus omnimodo dissolutio hac per id ad capiendum facilis adinventionem. Cuius facti trofaea vestros credimus tuo imperio retulisse et opera Dei, quae taceri non debent, mirabiliter enarrasse[3]. cf. Tob. 12, 7.

Ceterum fraternitatis tuae dilectionem rogamus nullam Nicetae patricio molestiam irrogare pro eo, quod nostrum tam insollerter[x] offenderit animum. Nam licet adeo protervus

---

a) *sic c; forte* βασυλεως. b) rex *add. Pertz.* c) null[um] auxili[um] praes[titi]sse *c, uncis inclusa add. in ras. m. 2.* d) *sequitur* iōi *c.* e) *ras. corr. ex* perpaucis *c.* f) finem tenus *Pertz.* g) *corr. ras. ex* mores *c.* h) deciderint *Pertz.* i) recesserunt *c;* t *in rasura add. m. 2;* recesserint *Pertz.* k) inficaces nonnulli *c.* l) repedaverint *Pertz.* m) ad *add. c vel m. 2;* prandiam *c,* m *eras.* n) *forte* proxima ? o) illo *Pertz.* p) quod *c, corr. Pertz.* q) fuerunt *Pertz.* r) suas *c, corr. Pertz.* s) gravatis *c;* gravati *legit Pertz;* affectis *c;* a *in ras. add. m. 2.* t) baris, b *in ras. c.* u) innumeratam *c,* in *in ras. add. c vel m. 2;* tam *evanuit fere;* numerosam *Pertz, respecto fortasse capite 108 (SS. III, 527 l. 28), ubi eadem fere verba leguntur.* v) *Sequitur littera del. c.* w) *Sequitur littera erasa ut vid.* x) insolenter *Pertz.*

1) *Cf. L. M. Hartmann 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 1 p. 267 sqq., 307 sq.* 2) *Cf. Andr. Bergom. Hist. cap. 14, ed. MG. SS. rer. Langob. p. 227.* 3) *Cf. Theophan. contin., ed. Bonn. I, 293 sq.*

et contumax erga nostrum fuerit imperium, ut fidelium quoque nostrorum numerosa[a] multitudo in eum severiori[b] mente commoveretur[c], nisi a nobis causa tui honoris pariter cf. Ps. 37, 21. et amoris praeventa compesceretur, tamen malum pro malo retribuere non tulimus nec debemus; et idcirco deposcimus, si quid minarum super ipsum potestatis tuae fortassis imminet, celeri[d] benignitatis tuae manu[e] pro nostro removeatur amore.

Non autem tales apocrisiarios apostolicae sedis esse vel professio docet vel eruditio dictat vel conversatio anteacta demonstrat, quales illos scripta praedicant, quae nobis fraternitas tua direxit. Electos enim et approbatos eos tam spiritalis pater noster summus pontifex quam ecclesia per diutina tempora scientes et ecclesiasticae correctionis negotia[f] strenue peragentes[g] ad preces sublimis a Deo servandi imperii tui illos direxisse noscuntur[1]. Unde et decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut nullos vel piratarum vel aliorum pravorum incursus inciderent[2]; grave namque contra te super hoc tam spiritalis patris nostri apostolici papae quam totius ecclesiae Romanae murmur[3] accenditur eo quod illos a sede apostolica tam desiderabiliter expetieris, set tam improvida dispensatione remiseris. Et Niceta[4] quidem patricius, Hadriano loci servatore cum classibus[h] destinato, accepta quasi pro huiusmodi re occasione, multas praedas ab ipsis Sclavenis abstulit et quibusdam castris dirructis[i] eorum homines captivos adduxit. Nec tamen quae praefati venerabiles apocrisiarii perdiderunt, hactenus[k] restituta sunt. Sane spiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatem super castra nostra dirructa[l] et tot populis Sclaveniae nostrae in captivitate sine qualibet parcitate subtractis supra quam dici possit animum nostrum commotum; non enim congrue gestum est, ut eisdem Sclavenis nostris cum navibus suis apud Barim in procinctu communis utilitatis consistentibus[5] et nichil adversi sibi aliunde imminere putantibus, tam impie domi sua quaeque diriperentur sibique contingerent, quae si praenoscerent, nequaquam prorsus incurrerent. Qua de re desiderabilem dilectionem tuam hortamur et ammonemus, quod mox id corrigere iubeat et ipsos captivos ad propria cum suis reduci praecipiat, si caritatis vinculum nunquam inter nos fore cupiat dissolvendum. Nullus enim mortalium hactenus imperium nostrum talia commisisse recolit; ac per hoc nisi correctio iussione tua praeveniat, iustae severitatis nostrae proxima ultio procul dubio subsequetur; nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum nostrum tanta temeritate constat fuisse[m] patratum.

Nichilominus etiam innotescimus obstipuisse nos talia de missis nostris[6] audientes, qualia tuae nobis dulcedinis[n] litterae intimarunt: adeo quippe illos inordinate significans

---

a) numerosaas *c*, as *del. c*, a *praecedens evanuit, dubium an rasura.* b) severiore *Pertz.* c) *corr. ex* commovere *c.* d) celeris, -s *in ras. add. m. 2 ut vid.* e) manu *c*, *postea corr.* manus. f) neg̃ *c*, *in rasura aliquot litteras*, -oci, *ut vid.*, *add. m. 2.* g) peragentes, -tes *vel* -es *in ras. add. m. 2.* h) clausibus *c.* i) dir̆uctis *c;* dirruptis *legit Pertz.* k) hacten *legit Pertz.* l) dirrupta *Pertz.* m) fuisse *c*, *sequitur* t *(?) eras.* n) tu[e] . dulcedin[is], *uncis inclusa in ras. pos. m. 2;* tua nobis dulcedine *Pertz.*

1) *Donatus Ostiensis, Stephanus Nepesinus episcopi, Marinus diaconus ab Hadriano II. ad VIII. concilium generale celebrandum Constantinopolim missi erant.* 2) *De eorum captivitate cf. Anastasius biblioth. ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 18, 39; Lib. pont., Vita Hadriani II. cap. 59 ed. Duchesne II, 184.* 3) *Cf. Hadriani II. epist. Reg. Jaffé 2943, ed. MG. Epist. VI, 760:* fitque continui clamoris ab ecclesia murmur .... praesertim cum hos quos ab apostolica sede toto desiderio postulaveratis .... salvos rursus dispositis rite propter quae missi fuerant ad propria remittere summa diligentia procurare debueritis. 4) *De Niceta, cognomine Orypha, cf. Theophan. contin. ed. Bonn. I, 290 l. 9; 293 l. 3; de exercitu eius Const. Porph. De themat. II, 11, ed. Bonn. p. 62:* στρατὸς καβαλλαρικὸς καὶ πλοῖα ἑκατόν. 5) *Sclavos Dalmatiae tum Constantinopolitano imperio subditos et Basilii iussu belli participes fuisse dicit Theophan. l. l.:* κελεύσας καὶ τὰς ..... χώρας τῶν Σκλαβηνῶν συνεπιλαβέσθαι τοῦ ἔργου; *cf. Const. Porphyr. De adm. imp. c. 29 p. 129 et F. Dvornik 'Les Slaves Byzance et Rome au IX. siècle' (1926) p. 220.* 6) *Scil. Anastasio bibliothecario et Suppone archiministro, cf. Lib. pont. Vita Hadriani II. cap. 42, ed. Duchesne II, 181.*

ambulasse, ut semper evaginato gladio deportato non solum iumenta, set et homines interficerent. Quae res si ita se habuit, mansuetudini nostrae valde displicet et ut ad certitudinem perducatur, vehementer exoptat. Verum et ipsi diligenter a nobis inquisiti tale quid gessisse modis omnibus negaverunt, et quia non est qui illos super hoc in faciem arguat, non est profecto eis neque convictis neque confessis iustae correctionis aliquid ingerendum. Verum nos illos nec educavimus nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur; et ideo de illis quicquam horum credere non facile iudicamus. Ceterum indecorum sonuit, quod fraternitas tua perhibuit dicens suos non gladiis, sed dentibus nostros[a] dilaniavisse, nisi causa timoris tui minime cohercerentur; cum si non essent in imperio tuo, nichil tale sibi praetenderent[b], set nec in regno tuo positi quicquam horum penitus formidarent; quin immo nec tanti numeri viros et aduc alios totidem, Deo gratias, expavescerent!

Postremo de Neapoli nobis in Christo fraternitas tua[c], quasi miserimus populum nostrum ad incidendas arbores et messes igne cremandas et hanc ditioni nostrae subdendam; cum licet ab olim nostra fuerit et parentibus nostris piis imperatoribus tributa persolverit[d] verum nos ab eius civibus praeter solitas functiones nichil exegimus nisi salutem ipsorum, videlicet ut desererent contagia perfidorum et plebem desisterent insequi christianorum. Nam infidelibus arma et alimenta et cetera subsidia tribuentes[e] per totius imperii nostri litora eos ducunt et cum ipsis toties beati Petri apostolorum principis territorii fines[1] furtim depraedari conantur, ita ut facta videatur[f] Neapolis Panormus vel Africa. Cumque nostri quique Sarracenos insecuntur, ipsi, ut possint evadere, Neapolim fugiunt, quibus non est necessarium Panormum repetere, set Neapolim fugientes ibidemque quousque praeviderint latitantes rursus improviso ad exterminia redeunt. Super quibus saepe illos monuimus, set ex ammonitione peiores effecti sunt, adeo ut episcopum proprium[2], quoniam eos ut vitarent consortia malignorum monitabat, ex urbe proicerent et illustres ac proceres civitatis compedibus obligarent. Ergo si societatem non dissolverint infidelium secundum apostolum, qui praecipit dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus', et 2. Cor. 6, 14.
pastorem ac episcopum proprium non receperint, portionem eorum ponemus cum his, quorum libenter amplexi[g] sunt unionem, et in una lance appendemus utrosque, quoniam non solum qui faciunt talia, set et qui consentiunt[h] facientibus, dignos morte iudicat[i] cf. Rom. 1, 32.
memoratus insignis apostolus; praesertim cum unanimiter arma contra christianos ferant et dimicent et si quos fidelium capere possunt, Saracenorum manibus tradant, cum ipsis ad bella uno impetu procedentes.

De cetero, frater karissime, noveris cum virtute summi opificis[k] exercitum nostrum ordine praenotato Bari triumphis nostris summissa Saracenos Tarenti pariter et Calabriae mox mirabiliter humiliasse simul et comminuisse hos celerius duce Deo penitus contriturum[l], si a mari prohibiti fuerint escarum ammittere copias vel etiam classium[m] a Panormo vel Africa suscipere multitudines. Quapropter specialis fraternitas tua, quia per sicca[n] nostrorum cunei populorum in utrisque locis vix aut nunquam deerunt[o], studeat necesse est sufficientem stolum destinare, qui et illos a recipiendis ali-

---

a) nostris *c.* b) praetenderetur *Pertz.* c) scripsit *suppl. Pertz.* d) persolveret *Pertz.* e) et *add. Pertz.* f) videtur esse *Pertz.* g) *sequitur* sumus *del. c.* h) talia *add. et del. c.* i) ut *add. et del. c.* k) nostri *add. et del. c.* l) contriturum *c, altera alterius litterae* u *hasta arrasa;* contrituri *Pertz.* m) classibus, -bus *in ras. pos. m. 2.* n) *corr. in* siccum *m. 2.* o) deerunt *in margine add. c.*

1) *τὰ λοιπὰ κάστρα Καλαβρίας μέχρι Ῥώμης Const. Porph. De them. II, 11 ed. Bonn. p. 62; cf. Theophan. contin. ed. Bonn. I, 290.* 2) *Athanasium, cf. Iohannis Gesta ep. Neap. cap. 65, Vita Athan. cap. 6. 7, ed. MG. SS. rer. Langob. 435, 445, 446.*

mentis a mare[a] coerceat, et si plurimas[b] contingerit, sicuti[c] saepe nunciatur, pessimae gentis advenire catervas, facilius illis resistere divino munito brachio valeat. Nam iste stratigus Georgius, licet sollerter invigilet et strenue pro suo posse decertare, non tamen sufficiet obviare, si plures inimicorum naves ex parte qualibet apparuerint, non videlicet nisi pauca prorsus chelandia possidens. Et quia nonnulli Sarracenorum Panormi latrunculi cum sagenis solacio et refugio iam memoratorum Neapolitanorum freti per Tirrenum mare debachantur, oportet ut et[d] hos capiendos tuae fraternitatis stolus sine dilatione mittatur. Isti sunt, qui et Calabritanis Sarracenis indefesse stipendia praebent et hiis qui Panormi sunt auxilia cotidiana ministrant; unde si capiantur, sagenae maxima ex parte Sarracenorum tam Panormi quam Calabriae constringuntur. Nos enim Calabria[e] Deo[f] auctore purgata Siciliam pristinae disponimus secundum commune placitum restituere libertati; quod tanto erit utrumque facilius, quanto illi divina dextera captis navibus et latrunculis fuerint amplius et celerius infirmati. Nulla ergo tarditas, frater karissime, nulla mora in mittendo stolo proveniat, ne vel per escarum a mari receptarum habundantiam vel per adventantium Agarenorum classium numerositatem horum vires non infirmentur, set roborentur et sic roborentur, ut postea dificilius infirmentur. Set et frustra nostri per siccum[g] indefesse certamen arripiunt, etsi sic[h] ipsi per aequora fuerint aliqua stipendia vel copiosam fortitudinem[i] consecuti. Postremo misimus desiderabilissimae fraternitati tuae Auprandum, fidelem ac familiarem hominem nostrum, qui quaedam quae huic desunt epistolae viva voce tuo Deo tuendo reserabit imperio, qui[k] diligenda nobis in Christo fraternitate tua susceptus benigne non exceptis octo diebus quaesumus ullo modo retardetur, set celerius ad nos, quia ita convenit, nulla impediente mora Christo propitio remittatur.

---

a) *corr. in* mari, *m. 2 ut vid.* b) plurimos *c.* c) sicuti *c;* -uti *in ras. pos. m. 2.* d) *forte* ad? e) *corr. ex* calabrie *c.* f) deo *in marg. add. c.* g) sicca *Pertz.* h) sic *in ras. m. 2;* si et ipsi *coni. Pertz.* i) multitudinem *Pertz.* k) a *add. m. 2.*

ANASTASII BIBLIOTHECARII EPISTOLAE SIVE PRAEFATIONES.

RECENSUERUNT E. PERELS ET G. LAEHR.

Anastasii bibliothecarii epistolas sive libellorum quos Latine vertit praefationes collectas epistolis saeculi IX. edendis inserere iam E. Dümmler b. m. in animo habuerat. Quamvis enim ad ipsas Franciae orientalis res minime spectent, a nullo tamen, qui illorum temporum historiae seu ecclesiasticae seu litterariae indagandae incumbit, negligi possunt. Praeterea A. Lapôtre 'De Anastasio bibliothecario' (1885) et E. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' (1920) quasdam etiam Nicolai I., Hadriani II., Iohannis VIII. summorum pontificum epistolas ab Anastasio dictatas argumentis optimis ostenderunt. Quibuscum ut facilius iam conferantur, epistolae, quas suo nomine scripsit Anastasius, huic volumini addantur.

De tempore singularum litterarum constituendo atque de epistolis seu recte seu falso Anastasio adscribendis cf. praeter eos quos nominavimus auctores I. Hergenröther 'Photius' II (1867), 228 sqq. et G. Laehr in 'Neues Archiv' XLVII (1928), 416 sqq. Codices quos adhibuimus in fronte uniuscuiusque epistolae nominati sunt. Quaecumque in codicibus posterioribus vel deterioribus correcta vel depravata sunt, non adnotavimus.

Codicibus investigandis, describendis, conferendis maxime operam dedit E. Perels, qui priusquam aliis negotiis impediretur, opus coeptum adeo produxit, ut Gerhardo Laehr eius schedis niso textum constituere et adnotationibus ornare licuerit.

1.

Anastasius bibliothecarius Nicolao I. papae vitam Iohannis patriarchae Alexandrini Latine versam mittit. *(c. 858—862.)*

Codd.: Vendôme 213 (s. X. in., ut iudicavit E. Perels) f. 1, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) III, 464 (= B); Metz 349 (s. X. in.) f. 35', cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 4°) V, 146 (= C); Montpellier 'Bibl. de l'école de médecine' 360 (s. X.) f. 76', cf. Analecta Bolland. XXXIV/XXXV, 266 (= D); Cambrai 583 (541) (s. X.) f. 10, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XVII, 227 (= E), in margine huius codicis glossae quaedam additae sunt, quae etiam in his duobus codicibus inveniuntur: Bruxell. reg. II, 984 (Phill. 375, de Gheyn 3290) (s. XI) f. 1, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Bruxell. II, 472 (= F) et Douai 851 (s. XIII.) f. 2, cf. Analecta Bolland. XX, 406 (= F 1); Paris. lat. 18 299 (St. Martin 107) (s. XI. in.) f. 1, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Paris. III, 434 (= G); Paris. lat. 5601 (s. XI.) f. 1, cf. Bolland. l. l. II, 515 (= H); Paris. lat. 5671 (s. XI.) f. 1, cf. Bolland. l. l. II, 542 (= I); Paris. lat. 17649 (s. XI.) f. 39, cf. Bolland. l. l. III, 428 (= K); Paris. lat. nouv. acq. 1491 (Cluni 109) (s. XI.) p. 188, cf. Bolland. l. l. III, 459 (= L); Vat. reg. lat. 1887 (s. XI.) f. 1, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 411 (= M), quocum magna ex parte concordat Vat. lat. 5411 (s. XI/XII.) f. 245, cf. Bolland. l. l. p. 131 (= N); Vat. reg. lat. 452 (olim 1484, cf. Montfaucon Bibliotheca I, 47 B) (s. XII. in.) f. 39, cf. Bolland. l. l. p. 318 (= O), in cuius superiore margine mutilato aliquot lineae textus

deperditae et in inferiore margine recenti manu rescriptae sunt: Vat. lat. 4854 (s. XII.) f. 1, cf. Bolland. l. l. p. 121, incipit his verbis: adipisci promerui *(cf. infra p. 397 l. 9) (= P); Cambrai 822 (727) (s. XII.) f. 2, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XVII, 308 (= Q); Bern 133 (olim Bongarsii) (s. XII.) f. 99', cf. H. Hagen Catal. codd. Bernen. (1875) p. 182 (= R), qui magna ex parte congruit cum L; Douai 837 (s. XII.) f. 73, cf. Analecta Bolland. XX, 384 (= S); Paris. lat. 5603 (s. XII.) f. 1', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Paris. II, 515 (= T); Paris. lat. 13773 (s. XII.) f. 64, cf. Bolland. l. l. III, 206 (= U); Paris. lat. 16735 (s. XII. ex.) f. 54, cf. Bolland. l. l. III, 349 (= V); Vat. Borghes. lat. 2 (s. XII. ex.) f. 69', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 441 (= W); Bruxell. reg. 7462—81 (olim Mus. Bolland. Q ms. 10, de Gheyn 3177) (s. XII.—XIII.), f. 172', quem Rosweydus adhibuit, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Bruxell. II, 31, congruit partim cum codd. L et R (= X). Codices B, C, D, F, P, R, X cont. E. Perels; E, F1, Q, S cont. R. Salomon, G, H, I, T, U, V cont. P. Schmid; K cont. A. Werminghoff b. m.; L cont. K. Hampe; M, N, O, W cont. G. Laehr. — Non collati sunt hi codices: Bruxell. reg. 7797—7806 (de Gheyn 3185) (s. XIII.) f. 123'; Douai 842 (s. XII.) f. 143 et 858 (s. XV.) f. 93', cf. Analecta Bolland. XX, 398 et 413; Paris. Bibl. Mazarine 1711 (1319) f. 206' (s. XI.) et f. 266 (s. XII.), cf. 'Catal. général des Mss. Paris. Bibl. Mazarine' II, 184; Verdun 9 (s. XII.) n. 3 et Charleville 152 (s. XII.) n. 1, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 4°) V, 433 et 613; Châlons s. M. 56 (s. XI. ex.) f. 1, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) III, 22; Grenoble 265 (s. XII.) f. 139, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) VII, 100; Vat. lat. 6443 (s. XIV.) f. 248', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 183; Vat. lat. 4982 (s. XVI.) f. 76, cf. Montfaucon Bibliotheca I, 130 E; Vat. Urbin. lat. 396 (s. XV.) f. 186, cf. Bolland. l. l. p. 297; Escorial. lat. R. II, 7 (s. XIII.) f. 120, cf. Antolín 'Catálogo de los codd. lat. del Escorial' III, 465; Mantua Bibl. municip. C IV, 13 (s. XV.) f. 56.*

Edd.: Rosweydus Vitae patrum (1615) I, 178 = Migne Patr. lat. LXXIII, 337. Bolland. Acta Sanctorum 23. Ian. 1. ed. II (1643), 498, 2. ed. III (1863), 111 = Migne Patr. gr. XCIII, 1613. — Cf. Bolland. Bibliotheca hagiographica latina n. 4388.

Cogitante*[a] ac diu tacite[b] solliciteque[c] mecum[d] considerante[e], quid in domo Dei
commodius ac[f] dignius operari[g] potuissem, ne ea videlicet praesumerem, quae mihi ex
ministerio credito commissa[h] non sunt, nec[i] rursus illa arriperem[k], quae[l] ingenioli mei
Prov. 25, 16. vires excedunt[1], secundum illud Salomonis: 'Mel invenisti, comede quod sufficit[m], ne[n]
Ecclus. 3, 22. forte satiatus evomas illud'[o]; et alibi[p]: 'Altiora te ne quaesieris et fortiora te ne
scrutatus[q] fueris': ecce[r] subito[s] quidam strenui[t] ac[u] studiosi[v] viri me cohortari[w] voluerunt, ut in Latinum sermonem verterem[x] Leontium[y][2] de residuis vitae Iohannis Alexan-

---

*) *In codicibus hae superscriptiones leguntur:* Incipit praefatio in vita sancti Iohannis aeleimonis *B.* Incipit praefatio *C, F, F*1, *N,* Anastasii *add. D,* Anastasii episcopi ad domnum Nicholaum papam *add. L, R,* in vita beati Iohannis patriarche, que colitur III. id. Iul. *add. S,* in vita sancti Iohannis patriarchę *add. M, W* (atque elemosinarii *add. praeterea W*). Incipit epistola Anastasii ad Nicholaum papam de vita et actibus sancti Iohannis archiepiscopi Alexandrię (Alexandrię archyepiscopi *X*), quos Leontius Neapoleos episcopus in Greco descripsit, ipse vero Anastasius in Latinum vertit (transtulit *X*) *E manu s. XII., X.* Prologus *K.* Incipit prologus in vita sancti Iohannis elemosinarii Alexandrini episcopi *Q.*

1. a) me *add. D, L, M, O, X; reliqui om.* b) tacente *I.* c) sollicite *T.* d) -cum *eras. U, om. W.* e) consideranti *H.* f) *corr. ex* ad *E.* g) *corr. ex* operare *C.* h) credita *corr. ex* credito commissa *E;* credita *K, X;* commisso credita *G.* i) ne *I.* k) appeterem *R.* l) mihi uel *add. G.* m) tibi *secundum textum Vulgatae add. C, Q.* n) *corr. ex* nec *N.* o) illud euomas *X.* p) *in ras. C.* q) scrutatus ne *R.* r) ec *(vel* et*) F,* hẹc *Q.* s) *al. m. in marg. E.* t) *al. m. in ras. E;* prudentes *ead. m. superscr. F, al. atr. superscr. F1.* u) et *O.* v) sollertes *ead. m. superscr. F, al. atr. superscr. F1.* w) coartari *N, R.* x) sermonem ueterem *D, Q, W;* uerterem sermonem *G.* y) negotium *T.*

1) *His verbis Anastasius indicare videtur se a spe occupandae sedis apostolicae, id quod a. 855 temptaverat, desistere. Cf. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius bibliothecarius' (1920) p. 207 ann. 1.*
2) *Ed. H. Gelzer 'Leontios' von Neapolis Leben des hl. Iohannes des Barmherzigen' in 'Sammlung ausgewählter kirchen- und dogmengeschichtlicher Quellenschriften' V (1893).*

drini antistitis[a][1], quem Greci[b] propter multiplicem compassionem[c], quam[d] erga omnes possidebat[e], merito et absolute[f] eleimona[g], id est misericordem, appellant, quatinus tantus vir non tantum Greco sermone[h], verum etiam Latino eloquio pollentibus[i] utilitati[k] esset[l] et commodo[m]. Quapropter quia me dignum[n] ad tantum opus atque idoneum minime prospexi[o], levavi oculos meos[p] ad[q] montes, unde veniret[r] auxilium mihi, sicque[s] (cf. Ps. 120, 1.) solatia[t] patrum et[u] orationes[u] adhibens tam proficuum virum non passus sum celare[v] Latinis. Sed licet[w] membranas[x] inciderim, scedulas[y] praeparaverim, non tamen hunc in codicem[z] conficere ausus sum, antequam a dominatione vestra, o milies[a] beate[b], licentiam adipisci promerui[c]. Neque enim fas[d] est, ut absque[e] vicario Dei, absque[f] clavigero caeli[e], absque curru et auriga spiritalis[g] Israel, absque universitatis[h] ponti- (cf. 4 Reg. 2, 12; 13, 14.) fice, absque[i] unico papa, absque singulari pastore[i], absque speciali patre, absque te[k] omnium arbitro[l], aliquid[m] consummetur[n] aut[o] divulgetur[p][2]. Tu enim tenes claves[q] (cf. Apoc. 3, 7. cf. Luc. 11, 52.) David, tu accepisti claves[r] scientiae. In arca quippe[s] pectoris tui tabulae testamenti[t] (cf. 2 Par. 5, 10.) et manna caelestis saporis[u] requiescunt[v]. Tu enim[w] quod ligas, nemo solvit[x]; quod (cf. Matth. 16, 19.) solvis[y], nemo ligat. Qui[z] aperis et nemo claudit, claudis[a] et nemo aperit[z, a]; vicem (cf. Apoc. 3, 7.) namque[b] in terris possides Dei. Cum autem beatum hunc[c] in Latinum verterem[d] eloquium[e], nec Grecorum idiomata nec eorum ordinem verborum sequi potui vel debui[f]. Non enim verbum[g] e verbo[3], sed sensum e[h] sensu excerpsi[i]. Sed nec[k] Latinas regulas usquequaque[l] observare[m] curavi[n], dum tantum intentio mea[o] illo[p] tenderet, ex quo utilitas nasceretur legentibus[q]. Qua de re, coangelice[r] domine[s], non personam tantillitatis[t] meae intuens, non astutiam investigans, non verborum faleras[u][4] requirens[v], sed

---

a) antistitis Alexandrini *U, V.* b) grām *(lectio dubia) H;* gregei *(-gei in ras.) T.* c) conpassionem *(con- in ras.) E.* d) quē *U.* e) habebat *O;* possidebant *T.* f) absoluto *U.* g) *sic B, F, F1;* heleymona *C, D, I, T, V;* elymona *E, X;* helimona *G;* heleymonem *K;* heleymon *sequuntur 2 litterae erasae L;* helerinon *M.* h) sermone greco *L.* i) splendentibus *add. al. m. in marg. E, superscr. F, F1.* k) utilitatis *M, N.* l) *corr. ex* et *D.* m) commodi *C, M, N;* commodum *F1, Q.* n) *corr. ex* indignum *U.* o) perspexi *C, L, R, S, V, W, X;* per- *corr. ex* pro- *E.* p) *om. M, O.* q) in *R, S.* r) ueniet *C, M, N, T, V, W;* ueniret *corr. ex* ueniet *F1;* ueniat *G.* s) sic me *M, N.* t) *corr. ex* solatio *ead. m. ut vid. C;* solatiū *N.* u) *recentiori m. add. R.* v) celere *K,* celari *corr. ex* celare *I, L;* celari *O m. recent., V.* w) scilicet *N.* x) menbrana *M.* y) *corr. in* cedulas *L.* z) hunc in codice *M;* huic in codice *N;* hunc codicem *corr. (in eras.) I;* hunc codicem *R, W.* a) miles *M, N, F1;* milies *corr. ex* miles *Q.* b) beatissime *M, N.* c) *m. coaeva corr. in* promeruerim *L;* promererer *I;* promeruit *H.* d) *eras. U.* e) absque — caeli *om. T.* f) *om. M, N.* g) s̄pāli *C;* sp̄uali *M, N.* h) summo *R.* i) absque — pastore *om. P.* k) patre *add. P.* l) arbitriū *P;* arbitrio *W;* arbitre *T.* m) *corr. B; om. P.* n) consumetur *B, D, F, M, N, T;* consumet *K.* o) ac *R.* p) diuulgabitur *M.* q) es clauis *L, R.* r) cleues *K.* s) *om. P.* t) *in ras. C; corr. D.* u) sapore *M;* saporis *corr. ex* sapore *N.* v) requiescit *M, N.* w) *om. P.* x) et *add. V.* y) *corr. ex* soluit *D.* z) Qđ *M;* qui — aperit *om. P.* a) claudis — aperit *om. C.* b) quoque *B, G, T;* autem *N.* c) autem beatum hoc *R;* beatum autem hunc *U;* autem hunc beatum *W, X.* d) uerterem in latinum *W.* e) sermonem *U, V.* f) debui uel potui *P;* potui *del.* debui *al. m. superscr. R.* g) uerbo *H.* h) ex *O, S, T.* i) *corr. ex* excepsi *E;* excepsi *V.* k) in hec *M;* nec in hoc *N.* l) usquequaque regulas *G.* m) seruare *L, R, V;* ob- *al. atr. superscr. U;* obseruaui *H.* n) *om. H.* o) mea tantum intentio *P.* p) illuc *I;* illic *(-ic corr.) W.* q) *om. X.* r) angelice *post rasuram I;* coanglice *Q;* o angelice *V.* s) *corr. ex* dominice *I.* t) tantillitatis *P;* tranquillitatis *T.* u) falerans *M;* farelas *S;* falerę proprie sunt *(sunt proprie F1)* ornamenta equorum, abusiue pro omni ornamento accipiuntur *add. in marg. E, F, F1.* v) inquirens *O.*

1) *Ca. 610/1—619.* 2) *Cf. Nicolai I. epistolam ed. MG. Epist. VI, 651 n. 130; Perels l. l. p. 215, 262. Similiter etiam Iohannes diaconus, Vita Gregorii Magni, praefatio (ed. Migne Patr. lat. LXXV, 61 C):* cui *(scil. Romanae sedi)* Deus omnipotens probandorum seu repellendorum scriptorum omnium specialem dederit procul dubio potestatem. 3) *Cf. praefat. Hieronymi in librum Iudith, ed. Migne Patr. lat. XXIX, 39 et quos similes locos collegit E. Perels l. l. p. 245 sqq.* 4) *Cf. praefat. Ursi in Vitam Basilii, ed. Acta Sanctorum*[3] *14. Iun. III, 417 F:* rhetorum tendiculas ac phalerata commenta. *Cf. infra n. 2 p. 399 ann. 1.*

potius pio cordis oculo profectum[a] legentium praenoscens, ut tantus vir tamquam[b] exemplar et[c] speculum sit omnibus, vestra apostolica auctoritate[d] translationem[e] hanc, si arbitrio vestro placet, firmate[f], si displicet, emendate, dummodo[g] Latinitas[h] se[i] tanto non doleat[k] esse sale privatam[l], quo Grecia se gaudet[m] opime[n] conditam. Suscipe ergo sanctum a peccatore interpretatum[o] et noli attendere, per[p] quem translatus[q] sit[p], sed[r] quid translatum[s] sit[r]. Neque enim propter fistulam plumbeam[t] aquam[u] limpidam despicis[v] neque propter spinas, quae[w] producunt[w], rosam[x], quae producitur, (cf. Gen. 41, 15 sqq.) spernis[y]. Custos[z] denique[a] et amator tuus[b], quando voluit, Pharaoni[c] ac[d] Nabuchodonosor[e] (cf. Dan. 4, 5 sqq.) iniquis regibus somnia, quibus[f] futura praenoscerentur[g], ostendit et per[h] Caiphan[i] (cf. Ioh. 11, 50 sq.) impium, quod expediebat[k], protulit, quin immo et, quando voluit, asinae[l] (cf. Num. 22, 28, 30.) loqui articulata[m] voce permisit.

Salve[n] praesul amate[o] Deo[p], per saecula salve,
Totius[q] atque[r] orbis[q] papa beate vale!*[s]

2.

Anastasius bibliothecarius Urso subdiacono s. Romanae ecclesiae seu medico et domestico Nicolai I. papae vitam Basilii episcopi Neocaesareae Latine versam mittit.
(858—867.)

Codd.: Casinensis 462 (s. XI.) f. 188' (= C); Vat. lat. 5696 (s. XII. in.) f. 183', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 135 (= V); Vallicell. tom. X (s. XII.) f. 1, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Roman. p. 337 (= Vl). Similes inter se, sed non pares sunt cod. A 2 archivii capituli s. Petri in Vaticano (s. X/XI.) f. 9', cf. Bolland. l. l. p. 1 (= P) et Vat. lat. 1194 (s. XII.) f. 144, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 53 (= v). Hos omnes codices cont. E. Perels. — Non adhibiti sunt hi codices: Bruxell. Phill. 324/327 (s. XII.) f. 33 et 12461 (s. XII.) f. 21', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat.

---

*) Explicit praefatio *add. codd. — Vitam sequitur in nonnullis codicibus epilogus, quem hoc loco addere liceat:* Expliciunt[t] acta sancti Iohannis heleymonis[u], quae quidem praetermissa fuerant a Iohanne atque[v] Sophronio[w] viris illustribus, qui[x] eius vitam conscripserunt[x, y]. Sed postmodum Leontius episcopus Neapoleos[z] Cyprorum[a] insulae ea[b] studiose supplevit. Cuius narrationes sanctissimus ac ter[b] beatus[c] domnus[d] Nicolaus papa[e] ad[b] multorum[b] aedificationem[b, f] Anastasio peccatori interpretari[g] praecepit[f].

a) profectus *D;* profectus *corr. ex* profectos *O.* b) *om. G.* c) *om. H.* d) auctoritate apostolica *G.* e) traslationem *F;* tranlationem *T.* f) firmate placet *P;* placet firmitate *H;* firmate *corr. ex* firmitate *O.* g) ut n̄ modo *L, R.* h) latinitatis *G.* i) *al. m. in ras. E.* k) non doleat tanto *P.* l) priuata *M, N.* m) greci ase gaudent *M;* se grecia gaudet *W.* n) optime *I, K, L, Q;* esse *add. G.* o) *in ras. al. m. F1;* translatum *U, V.* p) per — sit *add. m. coaeva in marg. F.* q) translatum *B, G, K, M, N.* r) sed — sit *om. G, N, T.* s) *corr. ex* translatus *F, S.* t) plombeam *F1.* u) aqua *H.* v) lippidam *N;* limpidissimam *L, R, U;* lippidissimam *V;* despicis limpidam *G;* puram *add. in marg. E, superscr. m. coaeva F.* w) *om. B, P.* x) *al. m. in ras. F1.* y) sper- *in ras. F; corr. ex* spernas *N;* despicis *(lectio incerta) P.* z) spiritus sanctus *add. al. m. in marg. E, F; superscr. F1; add. in textu O.* a) spiritus sanctus *add. S.* b) Christus *add. L;* spiritus sanctus *add. W.* c) Phraraoni *N;* pharahoni *M.* d) et *E, F1, L, S, X.* e) Nabucodonosor *D, L;* Nabugodonosor *E, F, F1, Q, S, T, X.* f) *corr. al. atr. ex* qua *I.* g) prenoscentur *N.* h) *al. m. add. E; om. G, Q.* i) caifan *C;* cayphan *D, K, M, O, P, V.* k) expetiebat *M.* l) asinam *D, V;* asinę *(man. coaeva in marg. add.* asinam*) F.* m) articula *W.* n) salua *T.* o) amatę presul *P.* p) Dei *M, N.* q) orbis totius *D, m. recent. O.* r) ęque *G.* s) ualete *B, om. G, H.* t) Incipiunt *X, in quo codice hic epilogus ipsam praefationem Anastasii sequitur.* u) eleimosin *(id quod suppl. m. saec. XV:* elemosinarii*) F;* eleymonis *M;* heleimonis *R;* elemosinarii *W; om. X.* v) et *R.* w) Soprhonio *C;* Sophonio *W.* x) qui — conscripserunt *om. W.* y) conscripserant *R.* z) Neopoleos *M.* a) Cypriorum *F, X;* Cipriorum *R, W.* b) *om. R.* c) bea- *in ras. ut vid. C.;* beatissimus *M, W.* d) *om. C, R, W.* e) papa Nicolaus *R.* f) haedificationem hunc paruulum libellum scribere precepit *M.* g) interpretare *W.*

Bruxell. II, 437, 520; Mantua Bibl. municip. C IV, 13 (s. XV.) f. 49' (cf. infra n. 4). — Cod. Bruxell. reg. 8714—8719 continet f. 28 non vitam BHL. n. 1022, ut de Gheyn n. 1326 indicat, sed vitam BHL. n. 1023.

Edd.: Rosweydus Vitae patrum I (1615), 151, qui intitulatione et inscriptione omissa versionem Urso diacono adscripsit = Migne Patr. lat. LXXIII, 293. Mabillon Museum Italicum (1724) I, 2 p. 82 ex V. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 1022.

URSO*[a][1] VENERABILI SUBDIACONO SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE SEU MEDICO ET DOMESTICO DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI PAPAE NICOLAI[b] ANASTASIUS EXIGUUS ABBAS MONASTERII SANCTAE DEI GENITRICIS MARIAE VIRGINIS[c] SITI TRANS TIBERIM, UBI OLIM CIRCA DOMINI NATIVITATEM FONS OLEI FLUXIT[2], IN DOMINO SALUTEM[a].

Beati Basilii[d] Neocaesariae[e] Cappadociae[f] praesulis[3] vitam me in Latinam vertisse dictionem[g] secundum postulationem tuam cognosce[h]. Neque enim inoboediens[i] esse tibi[k] debeo, qui[l] omnibus fratribus meis et proximis debitor sum. Sed utinam[m] cf. Rom. 1, 14. tam bene quam prompte, tam utiliter[n] quam fideliter[o], quod postulasti[p], fuerim[q] executus, praesertim cum necessario super hoc fueris exhortatus[r] et ut[s] tantus vir apud Latinos quemadmodum[t] apud Grecos celebris[u] habeatur[v], iure sategeris[w]. Denique licet eius[x] quaedam salutifera[y] scripta sermo Latinus haberet, vita[z] tamen[a] illius quam sit ammirabilis, actenus[b] ignoravit. Et certe satis incongruum est, quid[c] docuerit, sciri[d] et, quid fuerit operatus, nesciri, cum sanctus vir, utpote imitator[e] illius, de quo Lucas[f] scribit[g], quia[h] coepit Iesus facere et docere, non solum verba Dei docebat cf. Acta 1, 1. homines, sed, ut magnus vocaretur in regno caelorum, antea[i] faciebat[k]. Fruere[l] igitur cf. Matth. 5, 19. salubrius[m] doctrinis eius[n] et, nę forte dicas illum docuisse et non fecisse, iam nunc scies[o], quia fecit, quod docuit, et de cetero habebis[p], quod[q] imiteris, licet ante hoc[r] opus ego non praesumpserim aggredi[s], putans, ut ipse nosti[t], ab alio iam translatum. In quo merito ipse me reprehendi; numquidnam quia scripturam[u] sacram quidam interpretati sunt, idcirco posteriores interpretes hanc[v] minus[w] interpretati sunt? Si[x] hoc esset[y], eandem[z] sanctam[a] scripturam Latinitas[b] ex ipso Hebraico[c] fonte per beatum Hiero-

---

*) *Lemma in C:* Incipit prologus beati confessori *(!)* tui Basili archiepiscopi; *in V:* Incipiunt miracula sancti Basili confessoris; *in Vl:* Incipit vita sancti Basili episcopi edita ab Urso venerabili subdiacono sanctae Romanae ecclesiae; *in P:* Incipit prologus de vita beati Basilii; *in v:* Incipit prologus sancti Basilii archiepiscopi.

2. a) Urso — salutem *om. Vl, P.* b) Nikolay *C;* Nicolay *v.* c) uirginis Marię *v.* d) Basili *C.* e) Caesareae *Vl.* f) Capadocię *V.* g) uertit se dictione *V.* h) cognoscens *P;* cognosces *corr. ex* cognoscens *v.* i) inhobediens *V.* k) tibi esse *v.* l) quęm *P.* m) ultimam *P;* ultima *v.* n) utilia *P, v.* o) feliciter *Vl,* infideliter dicta *v.* p) postulastis *P, v.* q) fierit *P,* fieri *v.* r) exortatus *V, Vl;* exoratus *P, v.* s) *om. P, v.* t) quem *C.* u) ce- *in ras. C.* v) habebatur *P, v.* w) satageris *C, Vl, v.* x) eius *iterum add. et del. v.* y) salutiferas *P.* z) vitam *Vl, P, v.* a) tam *P.* b) *sic C, V, P.* c) qđ *Vl.* d) *om. v.* e) imitatur *P.* f) Luca *C, V;* in Luca *P, v.* g) scripsit *V;* scribitur *v.* h) quę *C, P, v.* i) ante *V, P;* quę docuerat antea *v.* k) fiebat *V.* l) Erudire *(super* E *et* i *ras.) C;* fruaris *v.* m) saluberrimis *v.* n) eius doctrinis *v.* o) sciens *C.* p) habens *P;* habes *v.* q) quid *v.* r) *om. P, v.* s) agredi *V.* t) nostis *P.* u) scriptura *P.* v) ac *P.* w) *om. C.* x) *om. P, v.* y) *om. C;* est *P, v.* z) eadem *C.* a) sc̄a *C.* b) latinas *C;* lanitas, -ti- *superscr. Vl.* c) ebraico *V;* ebrayco *P.*

1) *De quo Urso exceptis his, quae hic Anastasius narrat, nihil novimus. Ursus quidam* infimus sacerdos *temporibus Gregorii ducis (ca. 864—870) Neapoli aliam versionem vitae Basilii confecit (Bolland. Bibl. hag. lat. n. 1024; prologus extat apud Bolland. Acta Sanctorum³ 14. Iun. III, 417, vita ipsa in Florilegio Casinensi III, 205). Sed illum diversum a nostro Urso fuisse manifestum est. Illum prologum Neapolitanum a 'falsario' quodam scriptum esse, id quod Lapôtre 'De Anastasio bibliothecario' (1885), p. 51 ann. 6 putavit, non verisimile est, cf. 'Neues Archiv' XLVII, 419.* 2) *Cf. Orosius Histor. VI, 18 § 34, 20 § 6, ed. Zangemeister (1889) p. 223, 227.* 3) *Episcopi Caesareae a. 370—379. Cuius vitam, quae ab Amphilochio Iconii episcopo (374—ca. 394) scripta dicitur, ed. Combefis, SS. Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis et Andreae Cretensis opera (1644) p. 155 sqq., apocrypham esse Bollandistae iudicaverunt, cf. Acta Sanctorum³ 14. Iun. III, 416 sqq.*

nimum[a] ecclesiae Romanae[b] presbiterum et divinae bibliothecae[c] cultorem[d] [1] actenus[e] non hausisset[f]. Verum[g] diligenter inquirens nichil scriptum de vita huius sancti apud Latinos inveni, nisi duo miraculorum eius, id est de puero Christi negatore liberato[2] et muliere a peccatis[h] erepta[3]. Quae tamen adeo depravata repperi[i], ut rursus ea interpretari quam emendare[k] maluissem[l]. Sane notandum est[m], quia cum quidam legunt in his actibus[n], quae[o] sanctus Amphilochius[p] scripsit, discrepasse[q] autumant ab his, quae Gregorius Nazianzenus[r] in epitaphio[s] huius magni viri[4] commemorat, cum alter forte[t] tacuerit, quod alter non tacuit[u], id ipsum nobis inter[v] evangelistas[w] repperientibus, praesertim cum et idem Amphilochius[x], qui[y] super tanti viri vita[z] scripserint[a] haec expositurus aperte designet*[5].

3.

Anastasius bibliothecarius Adonem Viennensem archiepiscopum certiorem facit de morte Nicolai I. papae, de successore eius Hadriano II., de eis, qui opera et scripta papae defuncti destruere conentur; quibus ut in Galliis resistatur, instanter rogat.

post 867 Decemb. 14.

Cod.: Vatic. Regin. lat. 566 (s. X.) (= V), de quo cf. E. Perels in 'Neues Archiv' XXXVII, 564, f. 62'; cont. A. V. Müller. Extat Embolum etiam in cod. Paris. Coll. Moreau 1131 f. 57, ubi in margine alia manu adscriptum est: Fragmentum epistolae cuiusdam, verisimiliter Adriani pp. II.; *nec vero dubium, quin hoc fragmentum ex V descriptum sit, cum ea, quae in V margine dextero mutilato legi non possunt, etiam in M desiderentur, cf. Perels in 'Neues Archiv' XXXVII, 583.*

Edd.: Labbe Concilia VIII, 566 = Mansi Concil. coll. XV, 453 = Migne Patr. lat. CXXIX, 741. — Loewenfeld ed. Embolum in 'Neues Archiv' VII, 158 ex M sub nomine Hadriani II. (cf. Reg. Jaffé 2946a); hunc errorem corr. E. Perels in MG. Epist. VI, 697 ann. 1. — Cf. quae Mabillon Acta Sanctorum ordinis s. Benedicti[1] IV, 2 p. 268 sq. de hac epistola ab ipso non edita narrat: 'quam epistolam aliis etiam Galliarum episcopis directam fuisse intellexi ex ms. codice Autisiodorensi monasterii s. Mariani, in quo haec epistola sic inscribitur: Venerando mihi et valde diligendo ill. archiepiscopo ill. plurimam salutem. Triste tibi nuntium *etc.'*

DOMINO** SANCTO PATRI ADONI VENERANDO MIHI ET VALDE DILIGENDO ARCHIEPISCOPO[6] EGO ANASTASIUS[a] SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE BIBLIOTHECARIUS PLURIMAM OPTO SALUTEM.

Triste tibi nuntium, pro dolor, nimium tristis et gemens transmitto: venerabilis quippe recordationis pater et papa noster Nicholaus ab hac misera vita idibus Novemb.[7]

---

*) Relatio[b] Amphilochii episcopi Yconii[c] de vita et miraculis sancti[d] Basilii[e] archiepiscopi[f] *C, Vl, P.* Explicit prologus. Incipit vita *v.*

**) *Superscriptio in V:* Epistola reverendi Anestasii *(sic!)* presbiteri et abbatis ac bibliothecarii sacrae Romanae ecclesiae.

a) Ieronimum *V.* b) Romanum *P.* c) blibiothecę *V;* biliothece *Vl;* bliuiothece *P.* d) cultore *P, v.* e) *sic C, Vl, P.* f) ausisset *C, V, Vl;* auxisset *P.* g) Verumptamen *P.* h) peccato *v.* i) depravata repperit *C;* repperi depravata *v.* k) quas emendari mendare *P.* l) maluissent *P;* maluerim *v.* m) *om. C.* n) actis *P, v.* o) quęm *P.* p) Aphilosochius *V;* Āphylochius (ph *corr.) v.* q) discrepasset *P.* r) Nazozenus *C;* Nanziazenus *V; Vl;* Nanzianzenus *P.* s) epytaphio *V, P.* t) *om. P.* u) tacuerit *C.* v) *om. P.* w) evangelista *C.* x) Āphylochius *V.* y) q̄ *Vl.* z) uitam *C.* a) scripserit *C, Vl.* b) Revelatio *C.* c) Icconii *P; om. C.* d) beati *P.* e) Basili *C;* Basilii *(ult. i corr. ex s) P.* f) Neocesareae Cappadociae *add. P.*
3. a) Anestasius *V.*

1) *Cf. epist. Nicolai I. papae Reg. Jaffé 2873, ed. MG. Epist. VI, 324 l. 27:* caelestis bibliothecae cultor . . Hieronimus. 2) *Vita Basilii cap. 8 ed. Migne Patr. lat. LXXIII, 302.* 3) *L. l. cap. 10 p. 307.* 4) *Quod extat editum a F. Boulenger 'Grégoire de Nazianze, Discours funèbres en l'honneur de son frère Césaire et de Basile de Césarée' (Paris 1908) p. 58 sqq.* 5) *In prologo Amphilochii ab Anastasio verso, Migne l. l. p. 295 sq.* 6) *Viennensi 859/60 — 875.* 7) *Anni 867.*

ad celestem beatitudinem ut credimus ductus nos miseros et valde desolatos reliquit[a]. Intrant enim post discessum eius lupi rapaces non parcentes dominico gregi, quibus, cf. Act. 20, 29. obsecro et per Deum contestor, ut fortis miles[b] resiste; simulque deprecor, ut orationes pro illo Domino sedulas dirigatis. Eheu quam sero talem virum ecclesia meruit, quam cito reliquit[a]! Vere fateor: expedierat, ut sol radios suos absconderet magis quam ille os vel oculos clauderet, quos usque ad punctum decessus sui ad divinum obsequium aperuit et ad ecclesiae profectus intentos semper exhibuit. Verum nunc congregati omnes, quos ille vel pro diverso adulterii genere vel pro aliis criminibus redarguit, ad hoc exarserunt, ut universa eius opera destru[ere] et cuncta scripta delere meditari non metuant, quorum conatus idcirco creditur ad effectum ven[ire], quia imperatoris[1] cum his manus esse — falso[c], ut credimus — dicitur. Haec ergo cunctis fratribus nuntiate et, in quibus prodesse posse confiditis, laborare pro domo Dei curate! Nam si tanti cf. Ps. 51, 10. pontificis acta cassantur, vestra, quaeso, ubi parebunt[2]? Verum scio, quia, licet apud nos paucos, apud vos tamen reliquit[a] sibi Dominus plurimo[s], qui non curvabunt genua cf. 3. Reg. 19, 18; Rom. 11, 4. ante Baal. Habemus autem praesulem Hadrianum nomine[3], virum per omnia, quantum ad bonos mores pertinet, valde strenuum et industrium, de quo adhuc, utrum ecclesiastica negotia omnia an partim curare velit, ignoramus. Pendet autem anima eius ex anima avunculi mei, vestri vero[d] Arsenii, quamvis idem, eo quod inimicitias[e] multas obeuntis praesulis pertulerit ac per hoc inperatori faveat, a studio ecclesiasticae correctionis paululum refriguisset. Quem cito, quaeso, vestris sacris monitis rursus infl . . .[f], ne diebus suis, dum valet apud imperatorem et summum pontificem, ecclesia Christi et maxime prima taliter h . . .[g]. Merear vestra de prosperitate semper gaudere.

EMB(OLUM).

Adiuro autem, ut omnibus metropolytis Galliarum haec intimetis, ne, si hic factum fuerit concilium, sic q . . . .[h] recuperationem sui status assequantur, ut in derogationem defuncti praesulis prosiliant, praecipue c . . . .[i] hunc nullus redarguerit et modo qui obiectis respondeat, non supersit, quamvis ille nec co . . . .[k] publicam gesserit nec heresi unquam, ut fingunt, annuerit, sed solo zelo Dei quod operat . . . .[l] Unde etiam scribo vobis et per Deum contestor, ne consentiatis neque approbetis, immo resis[tatis] . . . .[m] Nicolaum papam agi temtantur, quoniam auctoritas huius ecclesiae mox dissolvitur, si praesul e[ius] . . . .[n] addicitur[4].

---

a) reliquid *V.* b) *em. Ohnsorge;* minas *V.* c) falsa *V.* d) *Quae Lapôtre 'De Anastasio bibliothecario sedis apostolicae' (1885) p. 323 hoc loco coniecit, refellit E. Perels 'Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius' p. 189. Cum verbum* vero *in fine lineae scriptum et dexter paginae margo nonnihil laesus sit, nonnulli dubitaverunt, utrum substantivum exciderit necne, cf. Hergenröther Photius II, 235 ann. 45, Perels l. l. p. 189 ann. 4, idem apud Wilhelm Kremers 'Ado von Vienne' (Bonn. diss. 1911) p. 5 sq.; fortasse* confratris (cfris) *supplendum.* e) inimititias *V.* f) infl[ectite] *vel* infl[ate]. g) h[iet] *ne an* h[oneretur] *an* h[umilietur] *an aliud verbum legendum, diiudicare nequimus.* h) q[uidam]. i) c[um vivum]. k) co[ntra rem]. l) operat[us est, egerit]. m) resis[tatis, si quae in] *vel similiter.* n) iudicio *vel* accusationi *vel alia vox supplenda.*

1) *Ludovici II., 850—875.* 2) *Cf. Epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2764 et 2721, ed. MG. Epist. VI, 296 l. 28 et 363 l. 27; Hadriani II. epist. Reg. Jaffé 2894, ed. MG. Epist. VI, 700 et ann. 3, Perels l. l. p. 252.* 3) *Consecratum 867 Decemb. 14.* 4) *Hac epistola accepta Ado Hadrianum papam admonuit, ut in rebus gerendis praedecessorem suum sequeretur. Quae epistola ipsa quidem deperdita est; sed servatum est responsum Hadriani Reg. Jaffé 2907, ed. MG. Epist. VI, 714.*

4.

Anastasius bibliothecarius Formoso Portuensi episcopo vitam Iohannis Calybitae Latino traditam sermoni mittit. *(868.)*

Cod.: Mantua Bibl. municip. C IV, 13 (olim n. 104) f. 72, quem codicem a. 1446 scriptum esse scriba ipsius fol. 77' docet, cf. Analecta Bollandiana XV (1896), 257. Cont. E. Perels (= M).

Ed.: Analecta Bollandiana XV (1896), 259. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 4358.

REVERENDO[*] PATRI MERITISQUE BEATO FORMOSO EGREGIO[a] SANCTAE ECCLESIAE PORTUENSIS ANTISTITI[1] ANASTASIUS [**]APOSTOLICAE SEDIS BIBLIOTHECARIUS[b] IN DOMINO SALUTEM.

Beati Iohannis[c] monachi, qui a[d] casula, in qua mansit, a Graecis Calibites appellatur[e], amore provocatus[2], ea quam maxime pro causa, quoniam eandem casulam, quae postea domus orationis facta est, ipse Deo auctore corporali habitatione, immo[f] spirituali conversatione condecoras, hortatus es, o egregie[g] praesul, eius a me vitam[3] Latino tradendam eloquio, merito fortassis offensus pia Romani hominis[4] exempla non habere Romanos et, quem peregrina lingua praedicat, a propria penitus ignorari. Verum hoc Latinitas etiam in magno Clemente perpessa est, quem nisi a Graecis voluminibus postea redditum gauderet[5], nunc procul dubio perditum utpote tanto munere privata defleret. Sume[h] igitur hunc libenter, o sacer, divina gratia plene, qui quodam praesagio futurorum Formosi sortitus es nomen, cui nimirum cum formositate corporis concordat etiam formositas mentis — sume[h] hunc ad aliorum instructionem, non tuam, qui nimirum Deo gratias virtutum speculum, ad cuius inspectionem quaeque morum incompositio corrigatur, cunctis[i] effectus es; sume[h] hunc et ad sectandum trade et, quia hucusque sine honore in patria et in gente sua constitit, saltem de cetero per sacros hortatus tuos competenter honoretur et ad imitationem[k] eius fidelium animus dirigatur discatque Roma tandem suos non spernere, sed colligere, non insequi, sed amplecti, non invidiae stimulis cruentare, sed medullis[l] caritatis amare[6].

Sume[h], sacer[m], Calibitis gesta Iohannis[c],
Lingua Pelasga[n] dedit quae nunc sectanda Latinis.

---

*) *Lemma in M:* Incipit prologus de vita sancti Iohannis monachi.
**) *Sequitur rubr. in M:* Incipit vita sancti Iohannis monachi.

4. a) eggĝio *M.* b) bibiliotecarius *M.* c) Ioanis, h *superscr. M.* d) qꝛ (= quia) *M.* e) apellatur *M.* f) ymo *M.* g) eggregie *M.* h) sūme *M.* i) conctis *M.* k) īmittationem *M.* l) medul' *M.* m) *Forte* tandem *(cf. infra n. 10) vel simile quid addendum, ut versus integer efficiatur.* n) pellasga *M.*

1) *864—876, 883—891; qui a. 891—896 sedem b. Petri obtinuit.* 2) *Cf. inscriptionem Portuensem in 'La civiltà cattolica' LXXV (1924) 1 p. 111 ann. 1 editam:* Hic requiescunt corpora sanctorum martyrum Ippoliti Taurini Herculiani atque Iohannis Calibitis. Formosus episcopus condidit. 3) *Ed. Migne Patr. graeca CXIV, 568 sqq. De aliis vitis eiusdem Graece scriptis cf. Analecta Bollandiana XV, 257. Anastasii versio ed. ibid. p. 260 sqq.* 4) *Patriam Calybitae re vera Constantinopolim fuisse Bollandistae Acta Sanctorum³ 15. Ian. II, 311 sq. probare student.* 5) *Scil. Recognitiones Clementis, quas Rufinus Latine vertit.* 6) *Hac admonitione Anastasius a Romanis petere videtur, ut sibi ipsi parcant, qui tunc iram summi pontificis sustinuit, cf. Annal. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 92. V. etiam Analecta Bollandiana XV, 258 et 'Neues Archiv' XLVII, 426 sq. Perperam A. Lapôtre in 'Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXI, 338 ann. 1 opinatus est Anastasium hoc loco difficultates, quibus Formosus a. 876 premebatur, respicere.*

5.

Anastasius bibliothecarius Hadriano II. papae acta VIII. synodi universalis Latine versa offert. (871.)

Codd.: Vat. lat. 4965 (s. IX.—X. in.) f. 1' (= V). Hic codex, quem Baronius 'Annales ecclesiastici' a. 869 n. 79 ipsius Anastasii autographum censuit, vetustate et integritate praecellit. Eius textus nonnullis locis manu fere coaeva (forte correctoris) correctus est. Omnes reliqui codices dependent ex V; sed quae in V correcta sunt, partim adhibent, partim negligunt. Contulimus hos codices: Vat. lat. 5749 (s. X.) f. 1 (= V1); Vat. lat. 7304 f. 150 (= V2), quem a. 1441 scriptum esse scriba ipse f. 242' his verbis testatur: Et sic est finis huius octave synodi scripte per me Iohannem Dorenborch clericum Monasteriensis diocesis et complete Florentie in domo reverentissimi patris et domini mei domini D. sancte Marie in Via lata sacrosancte Romane ecclesie diaconi cardinalis Firmeñ vulgariter nuncupati sub anno a nativitate domini MCCCCXLI, die XXma mensis Februarii, pont. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno undecimo; *Vat. lat. 1332 f. 1 (= V3), quem sub eiusdem Eugenii IV. pontificatu (1431—1447) confectum esse ex signo generis Condulmieri primo folio inscripto apparet. Hic maxime cum editionibus concordat. Quorum codicum varias lectiones, cum non ex traditione a V diversa derivatae sint, non omnes adnotavimus. — Non contulimus hos codices: Vat. lat. 1333, 1334, 4168, 4169, 4900, 5593, 6813; Vat. Ottob. lat. 767, 769, 952, 953; Venet. Marc. Z. L. CLXIV (Class. VIII, 119) f. 120; L, IV, 21 (Class. VIII, 120) f. 1, quos omnes examinavit E. Perels; Escorial. ç II, 11. De codicibus cf. praecipue E. Perels in 'Neues Archiv' XXXVII, 542 et XXXIX, 52 ann. 1; MG. Epist. VI, 263 et 693.*

Edd.: Conciliorum XXIII (Paris. 1644), 119 = Labbe-Cossart Concilia VIII, 961 = Harduin Acta concil. V, 749 = Mansi Conc. coll. XVI, 1 = Migne Patr. lat. CXXIX, 9.

DOMINO* SANCTO ET COANGELICO PATRI PATRUM HADRIANO SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPAE[1] EGO FAMULUS VESTER ANASTASIUS PECCATOR ABBAS ET SUMMAE AC[a] APOSTOLICAE VESTRAE SEDIS BIBLIOTHECARIUS.

Quia superna providentia, quae singula singulis ita distinguit temporibus, ut sanctos suos veluti splendentia quaedam astra non pariter sed vicibus discretis ad illuminationem ecclesiae suae proferat, apostolatum vestrum nostris temporibus quasi quoddam fulgidum sidus produxit, cuius tempore vel auctoritate sancta universalis et magna synodus octava celebraretur[2] et sacra doctrina caelum sanctae catholicae ac apostolicae ecclesiae tenebris errorum depulsis iubar veri luminis illustratum perciperet, operae pretium duxi tam ad laudem auctoris quam ad aeternam apostolatus vestri memoriam scripturae tradere vestraeque dominationi breviter intimare, quae fuerit eiusdem tantae synodi materia celebrandi[b] vel quod apostolicae sedis super hac disponendi studium vel auctoritas, quid etiam ab illa vel tractatum vel fuerit diffinitum, quam ob rem quoque vel octava vel dicatur universalis, quis etiam illam interpretatus extiterit[c], et ne ipsi synodo praesumptio cuiusquam quae in ea diffinita non sunt processu temporis addat, sollicitos reddere ac intentos lectores. Quae videlicet[d] notans non quasi inscio apostolatu[e] vestro scribendo refero, sed tanquam horum conscio et teste historica[f] expositione[f] ad memoriam vestram reduco.

Tempore itaque Michahelis[g] [3] et Theodorae matris eius[4] imperatorum abdicato iconomacho Iohanne[5] electus et consecratus[h] est patriarcha Constantinopoleos Ignatius[6],

---

*) *Rubrica in codd.:* Causa[i] et praefatio celebratae octavae synodi historico[k] stilo[k] depromta.

5. a) *om. V3.* b) celebrande *V3.* c) fuerit *V2;* memoriae commendare *add. et del. V.* d) et *add. V2.* e) apostolatui *corr. ex* apostolatu *V1.* f) *superscr. V.* g) Michaelis *(sic et infra) V2, 3.* h) consecutus *V2.* i) cause *V3.* k) historice *corr. ex* historiace *V2.*

1) *II., 867—872.* 2) *A. 869/70 Constantinopoli habita.* 3) *III., 842—867.* 4) *Quae ab a. 842 usque ad. a. 856 imperavit.* 5) *VII., 834—843.* 6) *847—858, 867—878. Sed Iohannem VII. patriarcha secutus est Methodius I. 843—847.*

qui Michahele quondam imperatore[1], cuius filius erat, imperium sponte religionis amore dimittente eunuchus invidia factus est. Deinde monastica vita electa in coenobio a primaeva aetate miris eluxit morum et virtutum splendoribus ac per id diutinis exercitiis eruditus et in omni scientia et opere bono probatus iam senex cunctorum unanimitate ad summi sacerdotii petitus et promotus est apicem. Sane restiterunt[a] huius provectioni quidam perpauci episcopi, inter quos erat Syracusanus Gregorius[2], eo quod eos propter diffamata et publicata nonnulla crimina in sacerdotio ante[b] refricationem in eos illati iudicii se non posse recipere canonica sit ac miti ratione profatus, propter quae, quia illa satisfactione non abluerunt, merito postmodum ab eo et synodo abdicati sunt. Favebat autem his quidam senator saecularis administrationis fungens officio a secretis nomine Photius, qui ad patriarchale conscendere fastigium affectans cum eis seorsum colligebat et fideles quosque a sanctae communionis participatione avertens divinis interesse mysteriis, dum a patriarcha Ignatio celebrarentur, penitus recusabat, nil habens in causa pietatis, unde pontificem[c] proprium reprehenderet, nisi quod suspicabatur eum vitam decessoris sui, id est sanctae memoriae patriarchae accusare Methodii[3], cum ille non solum hunc in nullo penitus accusaret, verum etiam miris laudibus semper efferret[d], quin potius memoriam illius inter sanctos patriarchas, dum divina mysteria gererentur, faceret et diem anniversarium sollemniter et impraetermisse super eius nomine celebraret. Quamvis hoc ipsum idem Photius sicut cetera illius gesta sinistre interpretans callide facere suis auditoribus praedicaret, alia inquiens eum in corde tenere, alia in opere demonstrare. Cum igitur Photius sociatus schismaticis, quorum auctor praefatus erat Syracusanus Gregorius,
cf. Rom. 10, 2. persuaderet cunctis, qui quasi pio circa Methodium — habentes quidem zelum iustitiae, sed non secundum scientiam — affectu flagrabant, quod patriarcha Ignatius[e] derogator esset eiusdem sanctae memoriae Methodii et idcirco quasi parricida[f] foret habendus, fama crebrescit Bardam scholarum domesticum[4] et Theodorae imperatricis germanum incesto nurum propriam usu foedare[5], quem patriarcha criminis redarguit interminatus excommunicandum[g], nisi a tanto flagitio cessavisset. Cuius redargutionis modum ille non ferens praenotatis schismaticis ac depositis iungitur et versutum in patriarcham sarcinat argumentum. Persuasit enim imperatori Michaheli, ut matrem et Theclam sororem suam, quae et ipsa cum matre ac fratre imperii fuerat sceptra sortita, tondere patriarchae praeciperet et in monasterio collocaret. Quod cum patriarcha renueret pro eo, quod utraque imperatrix hanc interim non eligeret sponte professionem, maxime quia his secundum morem sicut ceteris imperatoribus et imperatricibus iuraverat non se ullo in tempore insidiaturum, Bardas protinus ad imperatorem iuvenem: 'Heus' inquit 'imperator, saltem nunc non advertis Ignatium tuae spirare necis et matrem imperii alii gestire, futuro scilicet imperatori, sociare marito?' Haec miserrimus egit nec propriae germanae imperatrici videlicet parcens, ut et in patriarcham ulcisceretur et utraque imperatrice, id est matre ac[h] filia, imperio pulsa ipse vel[i] vivi fieret imperatoris socius vel eo a se facilius iam interempto subrogaretur successor. Tunc imperator aurae tanti praestigii credulus et iratus matrem cum sororibus tonsam palatio pepulit et Ignatium schismaticorum ac Bardae suggestione a regimine patriarchatus abegit subrogatusque est pro eo praefati Bardae favore Photius[6],

---

a) *corr. ex* restituerunt *V1.* b) uite *V3.* c) pontifi|tificem *V.* d) afferret *V2.* e) Ignatius patriarcha *V2.* f) patriarcha *V2.* g) et comunicandum *V2.* h) et *V2.* i) *om. V3.*

1) *II., 820—829.* 2) *Cf. supra p. 375 ann. 2.* 3) *Cf. supra p. 403 ann. 6.* 4) *Cf. Leonis Gram[illegible] [illegible]ographiam ed. Bonn. p. 237:* προβάλλεται (sc. Μιχαὴλ) Βάρδαν μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶ[illegible] *opinat[illegible]* 5) *Haec et quae sequuntur congruunt cum eis, quae narrat David Niketas in Vita Ignat[illegible] [illegible]ne Patr. graeca CV, 504.* 6) *858—867.*

de quo supra relatum est, prohibentibus sacris kanonibus[1] et venerandis legibus[2] neminem ex laicali militia subito ad sacerdotium promoveri. Ignatius vero, dum pelleretur, ecclesiam ligavit, ne quisquam absque se in ea sacra celebrare temptaret officia. Quo audito Bardas adeo eum in insula[a], qua erat religatus[b] [3], diversis tormentis affecit, ut dentes illius fregerit et continuis colaphis[c] lacerarit, usque quo se refutare regimen suae profiteretur[d] ecclesiae, qua[e] videlicet iam praeiudicialiter fuerat expoliatus et ante omnem discussionem penitus denudatus[4].

His ergo compertis coeperunt nonnulli metropolitani antistites ac inferioris sacerdotii vel ordinis clerici seu[f] laici[f] pontificis sui tormentis compatientes deiectionemque dolentes rectorem sibi proprium reddi magnopere clamitare. Quod Photius sentiens persuaso[g] imperatore sumministrante Barda congregavit concilium quorundam episcoporum adulatione sibi vel timore faventium et eundem Ignatium deposuit et anathemate[h] perculit[5], populum ab eo per hoc tanquam a damnato scindere sperans, cui tamen usque ad hoc veluti presbytero divina sacrificia conficiendi praestabat assensum. Quo gesto magis ac magis pietas fidelium accenditur et eo constantius ab universis ovibus proprius pastor exquiritur, quo versutius lupi crudelitas furit[i]. Praeterea Photius in hac se[k] parte[k] frustratum intuens ad sedem apostolicam mittit, cui magnus tunc decessor vester[l] praesidebat papa Nicolaus[6], quatinus illa, sicut ipse sperabat, approbante vel decernente mox omnium ora resistentium obstructa silerent et aditus sibi progrediendi qua vellet omnes omnino patescerent, ignorans stolidus, quod apud beatum Iob de Deo legitur, qui si incluserit hominem, nemo cf. Iob 12,14.
est qui aperiat. Cuius legationem praefatus summus pontifex suscipiens et pertractans, licet hucusque versutiarum eius atque gestorum ignarus pene cuncta, quae ab eo acta fuerant, sagaci deprehendit acumine et non Ignatium, ut Photius postulaverat, sed potius ipsum Photium reppulit. Verum tramitem iustitiae sequens misit Constantinopolim missos, Radoaldum scilicet Portuensem[7] et Zacchariam[m] Anagninum[8] episcopos, atque litteras[9], quarum tenorem qui legerit facilius nosse poterit, in quibus, quia et de venerandis iconis quaesitio[n] erat, nonnulla etiam super his conscripta repperiuntur[10]. Pervenientibus igitur missis apostolicae sedis Constantinopolim[11] et concilio congregato Greci epistolas suscipientes, quicquid in eis pro Ignatio vel contra Photium invenerunt, subtraxerunt[12] et in concilio[13] legi minime pertulerunt, missis Romanis quid legerent quidve non legerent nullatenus intelligentibus vel etiam advertentibus, quin potius prae vi ac terrore iam iamque deficientibus. Quid plura? Ignatius in medium trahitur, coram missis apostolicae sedis iam senio[o] fessus statuitur et denuo damnationi summittitur, quin et sacerdotalibus infulis expoliatur, quasi validior fieret depositio, ubi sedis apostolicae per vicarios suos auctoritas affuisset, cum in his nec illius interfuerit auctoritas nec missi illi vicariorum more, ut epistolae dant intellegi, fuerint[p] destinati. Quod sedes apostolica discens tantam[q] iniustitiam impune deseri minime passa est, sed scribit a tali praesumptione ces-

---

a) in *add.* *V 3.* b) *corr. in* relegatus *V 3.* c) *om.* *V 3.* d) *corr. ex* profitetur *V.* e) quo *V 2.* f) *om.* *V 3.* g) peruaso *V 2.* h) anathema *V 2.* i) *ras. corr. ex* fuerit *V;* fuerit *V 3.* k) parte se (se *superscr.*) *V 3.* l) *superscr. V.* m) *sic V;* Zachariam *V 1, 2.* n) questio *corr. ex* quesitio *V 3.* o) sermo *V 2.* p) fuerunt *V 2.* q) tant. ā, *inter* t *et* a *una littera erasa, V.*

1) *Cf. Conc. Sardic. c. 13, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 180.* 2) *Cf. Corpus iur. civ. Nov. 123, 1, ed. Schoell et Kroll (1912) p. 594.* 3) *Scil. Terebintho, cf. Vita Ignatii, ed. Migne l. l. CV, 513.* 4) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2813, 2819, ed. MG. Epist. VI, 491 l. 7, 513 l. 36 et Perels 'Papst Nikolaus und Anastasius Bibliothecarius' p. 263.* 5) *A. 858.* 6) *I., 858—867.* 7) *a. 853—864.* 8) *ca. 860—863, cf. Perels l. l. p. 42 ann. 2.* 9) *Reg. Jaffé 2682, 2683, ed. MG. Epist. VI, 433, 439.* 10) *Cf. MG. Epist. VI, 436 sq.* 11) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2813, ed. MG. Epist. VI, 491 cum ann. 9.* 12) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2692, ed. MG. Epist. VI, 446.* 13) *Mense Maio a. 861 Constantinopoli congregato.*

sandum[a][1] suoque decreto Photium non oboedientem cum complicibus sacra dignitate nudat et cum omnibus fautoribus anathema fore decernit, iam dictis missis suis[b] primitus[c] sententiam secundum exempla reverendae memoriae Felicis papae[d][2] Vitalem[e] damnantis[f] et Misenum episcopos similiter excedentes[3] synodaliter inferens et quam sibi fratris deiectio cf. Rom. 8, 32. esset gravis, etiam filiis suis non parcens palam cunctis dedit intelligi. Cuius censurae Photio minime parente sacratus fidelium catalogus magis inflammatur et ab eius se[g] communione catervatim sequestrat horrescens, quod nec a tanta sede perculsus corrigi consenserit, quippe cum durior silice etiam verbera dura impudenti fronte contempserit. Quod Photius molestissime ferens acriter indignatur, et licet Bardas Caesar postmodum factus, cuius auxilio fulciebatur, digna retributione ab imperatore Michahele fuerit interfectus[4], nil tamen saevitiae suae minuit, sed alios quidem privatione honorum ac dignitatum, alios vero proscriptione facultatum damnat, hos exilio longo et carceribus religat[h], illos tormentis diversis afficit atque, ut breviter omnia comprehendantur, nulla professio sexus vel aetas ab eo impunita deseritur, nisi consors suae communionis inventa, adeo ut communionem eius declinantium nonnullos quidem[i] e[k] septis[k], quibus[l] contemplationi operam dantes clausi habebantur, abstraxerit, alios vero in monte Olympo heremiticam vitam ducentes fugaverit eorumque teguria seu speluncas igni prodiderit, quendam autem sibi communicare renuentem etiam vivum ex inferiori parte usque ad dimidium corporis sepelierit; et, quod horribilius est, conciliabulum praesidente Michahele imperatore colligit[5], falsos homines quasi vicarios orientalium sedium format, accusatores muneribus armat et mendaciis construit, testes eos asciscit, quos et accusatores opponit[6], iudices nonnunquam et in accusati personam admittit, excessus quosdam quasi praelati summi pontificis fingit, impingit et, sicut putabat, damnatione simul et anathemate punit, cunctis, qui aderant, exceptis perpaucis et his fautoribus impietatis, clamantibus non esse iustum in summum et primum pontificem et praecipue ab inferiori[m] quolibet sententiam proferendi[7], cum id nec canon quisquam admittat nec aliqua ecclesiae[n] consuetudo fieri doceat. Verum iste falsarius falsidicorum[o] excessuum adversus insontem absentem et[p] invictum[p] mendacem codicem compilat, mille circiter antistitum subscriptiones falsas interserit sibi nemine prorsus consentiente vel conscribente ex illa numerosa episcoporum multitudine nisi uno et viginti praesulibus. Unde iam profusius sancti habitus viri eum fugiunt et quasi squalorem quendam declinant, alterum Dioscorum[8] hunc appellantes et praecursorem antichristi, cf. 2. Thess. 2, 3/4 immo ipsum antichristum aestimantes[q], quem scilicet apostolus hominem peccati filiumque perditionis appellasset, qui profecto extolleretur supra omne quod dicitur Deus aut cf. Iob 13, 4. quod colitur. Ceterum construit et aliam technam hic perversorum dogmatum cultor et persuadit[r] imperatori praecipere neminem testamentum facere vel per alterius nisi per cf. Rom. 1, 30. Photii manus suas helemosynas erogare. Quod non ob aliud adinvenit inventor malorum nisi ut, cum acciperet et erogaret substantias divitum, proprias a minus curiosis erogasse putaretur ac per hoc a cunctis quasi dapsilis et munificus amaretur, simul etiam ut saltem per hoc omnes ei coacti communicarent, quandoquidem conspicerent nec ipsa se animarum suarum remedia posse[s] nisi per manus eius saltem in ipso mortis articulo positos

a) cassandum *V 2.* b) *superscr. V.* c) *sequitur* suis *del. V.* d) in *add. superscr. V 3* e) Uitale *V 3.* f) *superscr. V;* dampnatis *V 2; om. V 3.* g) scte *V 2.* h) relegat *V 3.* i) quibusdam *corr. ex* quidam *V 3.* k) exceptis *V 3.* l) qui, *ras. corr. ut vid. ex* quibus *V 3.* m) ininferiori, *prim.* in *del. V, V 1;* in inferioris *V 2.* n) solita *del.,* ectę *superscr. V.* o) *corr. ex* falsorum *V;* falsorum *V 3.* p) *om. V 2.* q) extimantes *V 3.* r) *sic V, V 1, 2;* persuadet *corr. ex* persuadit *V 3.* s) *om. V 2.*

1) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2691, 2692, ed. MG. Epist. VI, 442, 447.* 2) *III., 483—492.* 3) *Cf. Reg. Jaffé 599—602.* 4) *A. 866.* 5) *A. 867.* 6) *Cf. Fabiani epist. cap. 22, ed. Hinschius Decr. Ps.-Isidor. p. 165.* 7) *Hic et infra l. 31 cf. MG. Epist. VI, 467 sq.* 8) *Patriarcham Alexandrinum a. 444—451.*

operari. Praeterea et aliud iniquitatis suae retiaculum, quo mentes simplicium caperet, texens, quotquot ad exteriorem ab eo disciplinam instruendi veniebant, proprio scripto spondere cogebat se secundum fidem Photii de cetero credituros, quasi duae fides essent, una scilicet Christi et altera Photii, et hoc nihilominus callide molitus, ut communionis suae quoscunque vel quomodocunque laqueis irretiret et esset impossibile se unquam evelli, quem nimirum constaret tot fixis haerere radicibus, dum his nec aliam fidem nisi quam ipse teneret habere quoquo modo licuisset. Quod maximum scandalum mortalibus excitavit dicentibus: 'Itane si Photius heresiarches fuerit, debent filii nostri aut fidei catholicae desertores aut esse iuramenti vel sui chirographi transgressores?' Erant enim inter eos nonnulli clarissimis natalibus oriundi. Nam et ante annos aliquot idem Photius duarum unumquenque hominem animarum consistere praedicabat[1]. Qui cum a Constantino philosopho magnae sanctitatis viro fortissimo eius amico[2] increpatus fuisset dicente: 'Cur tantum errorem in populum spargens tot animas interfecisti[a]?' — respondit: 'Non studio quenquam laedendi talia' inquit[b] 'dicta proposui, sed probandi, quid[c] patriarcha Ignatius ageret, si suo tempore quaelibet[d] heresis per syllogismos[e] philosophorum exorta patesceret, qui[f] scilicet viros exterioris sapientiae reppulisset. Verum ignoravi me sub huius fomite propositionis tot animas fore laesurum'. Ad quod ille: 'O sapientiam mundi, quae infatuatur et destruetur[g]! Iactasti sagittas in multitudinem copiosae turbae et ignorasti quemlibet ex his omnibus vulnerandum. Certe omnibus liquet, quia sicut oculi, quantumlibet[h] sint[h] magni[h], quantumlibet sint[i] aperti, si fumus palearum interiacuerit, videre ultra non possunt, ita oculi sapientiae tuae, quantumlibet sint magni et patuli, avaritiae tamen et invidiae fumo penitus obcaecati tramitem iustitiae videre non possunt. Ac per id verum est, quod dicis te neminem ictu tuo putasse laedendum, cum sic obcaecatum sensum praedictis adversum patriarcham passionibus habens nec[k] quo[k] miseris[k] nec quid[l] miseris praevidisti.'

Interea occiditur Michahel[3], remanet singularis in imperio Basilius[4], unde et nuncupatur ab omnibus monocrator. Qui coepit diligenter[m] inquirere ac investigare, quodnam fuerit sedis apostolicae iudicium vel decretum tam super hiconomachis, qui sensim contra sacras imagines gannire rediviva praesumptione videbantur, quam super Ignatio vel Photio promulgatum. Qui cum ei responsum esset apostolicam sedem ab undecima indictione[5] sicut ab olim in throno Constantinopolitano Ignatium stabiliisse, Photium vero nullius clericalis ordine[n] dignum aliquo modo censuisse atque super his innotescendis[o] diversa scripta[p] Constantinopolim ac per omnes orbis terrarum terminos direxisse[6], protinus eadem scripta curioso satis intentu requirit et inventa, ubi a Photio profundius obruta consistebant, prae oculis veluti specula ponit et horum lectione magistra, quae ab eadem summa sede decreta fuerant, celeri consummat effectu, id est et Photio sacro ministerio post depositionem irregulariter abutenti throno Constantinopolitano cedere persuadet et Ignatium hunc recipere adhortatur. Verum quia et Ignatius thronum, quo praeiudicialiter fuerat expulsus, absque iterata potioris sedis, id est primae, auctoritate

---

a) *corr. ex* interfecti *V.* b) *add. in marg. V.* c) *corr. ex* quod *V.* d) qualibet *V 1.* e) *corr. ex* sullogismos *V.* f) *superscr. V.* g) destruitur, i *ut vid. in ras., V 3.* h) *om. V 2.* i) sunt *V 2.* k) *superscr. V, om. V 2, 3.* l) *corr. ex* quod *V.* m) Qui — diligenter *om., in marg. add.* Incipit *V 3.* n) ordinis *corr. ex* ordine *V 1;* ordinis *V 3.* o) *corr. ex* innocendis *V.* p) *corr. ex* scriptura *V 1, 2.*

1) *Cf. octavae huius synodi can. 11 ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 154 et (Ps.-) Symeon Magister De Michaele et Theodora cap. 35, ed. Bonn. p. 673 sq.* 2) *Qui gentem Moravorum ad fidem convertit christianam et a. 869 monastico habitu induto Romae mortuus est.* 3) *867 Sept. 23.* 4) *I., 867—886.* 5) *A. 863 synodus Romana Nicolao papa praesidente Photium deposuerat, cf. Perels l. l. p. 42 sq.* 6) *Cf. Reg. Jaffé 2736, 2819, 2821, ed. MG. Epist. VI, 451, 512, 553.*

non recipere proposuerat et imperator tantum — pro! — nefas et ubique dispersum a Christi ecclesia generali satagebat eradicare sententia, visum est utrique Romam et ad tria Orientis patriarchia fore mittendum et a Roma quidem decreta dispensatoria et, sicut erant culparum causarumque discretiones, ita et poenarum qualitates iudicandarum[a] necnon et personas vice fungentes[b] apostolica postulandum, a thronis autem orientalibus consensus nihilominus et personas ducendum. Sane notandum[1], quia ceteri throni nil inter Agarenos[c] positi super hoc negotio sumpsere laboris, sed post Constantinopolim venientes, quod a sede apostolica fuerat elaboratum atque decretum, reverenter admittunt et praeconiis miris attollunt atque huic addendum minuendumve[d] nil omnino decernunt. Mittitur itaque Romam[2] a parte quidem Ignatii Iohannes metropolita Sylei, qui et Perges Pamphyliae[e] praeerat ecclesiae, a parte vero Photii Petrus metropolita Sardensis, qui contra Ignatium cum iam memorato Gregorio auctor factus fuerat ecclesiasticae scissionis. Porro a principe destinatur regius spatharius Basilius nomine, qui inter utramque partem coram sede apostolica medius haberetur et fidelis eorum, quae sedes eadem decrevisset, auditor et nuntius. Sed Petrus quidem, licet nova navi et quam ipse sibi elegerat veheretur, naufragium simul et mortis periculum pertulit, et qui navim Christi, hoc est ecclesiam[f], sciderat, navis suae scissionem non inconvenienter incurrit. Ceteri sane legati[g] Romam pervenientes epistolas et profanum codicem[3], in quo continebantur gesta conciliabuli, quae Photius adversus apostolicae memoriae papam Nicolaum falso fuerat commentatus, atque omnia, quae ipsi crebro memorato eximio praesuli destinata fuerant, quia ille ad meliorem vitam migraverat[4], tibi praeclaro successori eius, domine iunior Hadriane praesul eximie, sedis[h] apostolicae gubernacula egregie moderanti praesentant.
cf. Iob 38, 3. 40, 2. Qui[i] accingens sicut vir lumbos tuos et decessoris[k] pii[k] zeli[k] spiritum sumens et nec ad
cf. Num. 21, 22. dexteram nec ad sinistram a via regia declinans quae ille decreverat decrevisti et quae statuerat statuisti atque omne providi patris edictum pius heres executus iniurias[l] propriae sedis protinus vindicasti. Nam synodo mox apud beatum Petrum collecta[5] profanum codicem illum cremari censuisti et ita fieri apud Constantinopolim, si qua exemplaria eius ibidem invenirentur, iure mandasti, quod et factum est, et auctorem eius[m] pro tanta temeritate denuo damnans huius paria occultantes[n] censura simili[o] sequestrasti. Missisque cum auctoritate apostolica vicariis et epistolis[6] decretalibus iussisti fieri Constantinopoli[p] synodum pro multis quidem necessitatibus ecclesiae, sed pro his praecipue, quae hucusque breviter annotata sunt quaeque in huius synodi gestis inveniuntur, in qua[q] scilicet Photius ob id etiam specialiter condemnatur, quoniam[7] depositionem vel anathema praesumpsit in sanctae memoriae papam Nicolaum nominare. Facta est igitur haec sacrosancta synodus anno imperii Basilii pii principis tertio, quae universos patriarchales thronos sicut aliarum

---

a) *corr. ex* iudicaturum *V.* b) -es *corr. ut vid. V.* c) *partim in ras. ut vid. V;* interrogare nos *V 2.* d) -ve *om. V 2.* e) Pamphylię *corr. ut vid. ex* Pamphilię *V;* Pamphiliae *V 1, 2.* f) *superscr. V.* g) *corr. ex* ligati *V.* h) *sequuntur 4—5 litterae erasae V.* i) quia *V 2.* k) Danielis pueri, *in marg.* decessoris *V 3.* l) iniurias | iniurias *prim. del. V.* m) huius *del.,* eius *in marg. add. V.* n) pari *add. et del. V.* o) *superscr. V.* p) Constantinopoli̅ *V 1.* q) *corr. ex* quo *V.*

1) *Cf. scholium in versione Latina additum verbis, quae legati Romani in V. actione de laboribus Romanae et orientalium ecclesiarum dixerunt, ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 75 ann. a:* causa hoc honoris dicunt; nam ante hanc synodum nil orientales sedes in omni controversia laboris assumpsisse videntur; sola namque prima sedes tam per se quam per scripta et missos suos in eum laborasse deprehenditur. 2) *Cf. supra p. 377 ann. 13 et imprimis Vitam Ignatii a David Niketa scriptam, ed. Migne l. l. CV, 544; Lib. pont. Vita Hadriani II. cap. 23 sq., ed. Duchesne II, 178.* 3) *Cf. Lib. pont. l. l. p. 178 sq.* 4) *867 Novemb. 13.* 5) *A. 869 mense Maio vel Iunio in., cf. Lib. pont. l. l. p. 179; Jaffé Reg. Pont. Rom.² I, 370.* 6) *869 Iun. 10 datis, Reg. Jaffé 2913, 2914, ed. MG. Epist. VI, 750, 754.* 7) *Cf. conc. Chalced. act. III, ed. Mansi VI, 1047; MG. Epist. VI, 467.*

nulla in eorum loci servatoribus praesentes[a] habens universalis non inconvenienter ab omnibus appellatur. Universalis est enim primo, quia catholica fides in ea et sanctae leges, quae non solum a sacerdotibus, sed et ab universis christianis coli debent et venerari[b], contra hostes earum consona voce defenditur; deinde, quia cum Christus in corpore suo, quod est ecclesia, tot patriarchales sedes[c] quot in cuiusque mortalis corpore sensus locaverit, profecto nihil generalitati deest ecclesiae, si omnes illae sedes unius fuerint voluntatis, sicut nihil deest motui corporis, si omnes quinque sensus integrae communisque fuerint sanitatis. Inter quas videlicet sedes quia Romana praecellit, non immerito visui comparatur, qui profecto cunctis sensibus praeminet acutior illis[d] existens et communionem sicut nullus eorum cum omnibus habens; tertio, quia cum Photius tot excessuum suorum morbo universam ecclesiam maculaverit, universalis curatio adhibita est, ut totum curaretur, quod totum fuerat maculatum. Nam tantum huius ambitionis pullulavit longe lateque temeritas[1], ut mox Hierosolymis quidam laicus nomine Salomon extemplo[e] clericus factus sit ordinatus antistes, quod nunquam factum est etiam ab ipso Iacobo, qui primus illic episcopus extitit, nisi postquam Photius noviter in clero plantatus et confestim praesul factus auditus est[f]. Apud Constantinopolim autem nonnulli extunc laici etiam virtutibus operam tribuebant, tantum ut ad hanc sacram possint[g] pertingere dignitatem. At ubi compotes fieri nequiverunt, mox continentiae frenis laxatis in suis voluntatibus ire coeperunt et, quod non sanctitatis, sed avaritiae cultores existerent, protinus ostenderunt, adeo ut diversis modis a Romanis missis horum quidam obtinere temptaverint, ne regula promulgaretur, quae tunc de non repente saecularibus in sacerdotium provehendis in hac eadem synodo promulgata est[2]. Praeterea penes Alexandriam et Antiochiam in tantum radix huius pestis excrevit, ut a tempore promotionis crebro dicti Photii hactenus evelli non possit. Nec fatendum creditur, quod tunc universalis iure diceretur, si pro fide celebrata consisteret, cum et in hac nonnulla, quae ad fidem pertinent, sint diffinita et in ceteris universalibus conciliis multa disposita inveniantur, quae ad fidei doctrinam non pertinent*, quamvis non minus in sanctas regulas quam in catholicam fidem delinquatur et diabolus non pro fidei pravitate, sed ob perversitatem operum perpetuo maneat condemnatus. Nam sicut unicuique sine fide cf. Hebr. 11, 6. impossibile est placere Deo, ita et fides, si non habeat opera, mortua est in semet ipsa, cf. Iac. 2, 17. ac per hoc huiusmodi fidei cultores, sicut scriptum est, confitentur quidem se nosse cf. Tit. 1, 16. Deum, factis autem negant. Et ideo sicut rectae fidei sinceritatem maculantes, ita sanctae iustitiae regulam violantes ab omnium[h] sunt unanimitatis aequo libramine corrigendi vel certe iusta sententia puniendi, sicut econtra non solum rectae fidei, verum etiam sancti operis strenui custodes ab omnibus sunt laudandi et digna praemiorum caelestium sorte ditandi*.

---

*) *Sequitur signum crucis hic et post verbum* ditandi *(l. 36); in infer. marg. ut rubrica et superscriptio signo crucis aeque apposito haec add. alia man. ut vid. V:* Quod non minus in[i] fide[i] quam in legis praevaricatione peccetur[k] ex concilio Constantinopolitano[l] octavo[m]; *id quod om. V 1; pos. in textu V 2, V 3.*

a) praesules *codd. et edd.* b) *corr. ut vid. ex* ueraci *V.* c) *in marg. al. m. add.* patriarchę *V.* d) *sequuntur 3 litterae erasae V.* e) *corr. ex* extimplo *V;* extimplo *V 1—3.* f) *om. V 2.* g) possent *V 3.* h) omī *V 2.* i) *om. V 2.* k) peccēt *V 3.* l) Constantinopolitana *V.* m) octaua *V;* acta *V 3.*

1) *Scil. ut neophyti ordinem episcopalem appeterent, de quo vitio cf. epist. Hadriani II. eodem a. 871 scriptam Reg. Jaffé 2944, ed. MG. Epist. VI, 762: τινὰς γὰρ νεωστὶ ἀπὸ τῶν λαικῶν ἄφνω διακόνους ἐχειροτονήσατε, ἐναντία μὲν καὶ τοῖς πάλαι πατράσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ τῇ προσφάτως συναθροισθείσῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, οὐκ ἀγνοεῖτε δέ, ὅτι ἡ τοῦ Φωτίου πτῶσις ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν.* 2) *Can. 5 interpr. Anastasio, ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 152.*

Porro proprium nomen huius rite quaerimus synodi[a]. Nam si hydrae ac hippocentaurorum, qui non sunt, utique nomina dicuntur, quanto congruentius huius synodi nomen sciri debet, quae utique est, ne videlicet nomine carens comparetur rebus in cf. 2. Cor. 11, 25. maris profundo positis, quae quidem sunt, sed quia ad notitiam hominum[b] non pervenerunt, hactenus nomine carent. Itaque si synodus tantum dicatur, non proprie dicitur; habet enim hoc nomen commune cum aliis numerosis conciliis. Si synodus universalis appelletur, nec sic de hac, quod singulariter possidet, praedicabitur; nam hoc nomine cum generalibus septem synodibus utitur*. Porro si synodus Constantinopolitana dicatur, non proprie dicetur; sunt enim et aliae Constantinopolitanae synodi. Iam vero si synodus universalis Constantinopolitana et octava vocetur, nec sic diffinitive nomen eius praedicabitur; non enim est octava[c], sed quarta synodus earum, quae Constantinopoli universaliter celebratae sunt[d]. Nuncupanda est ergo sine omni contradictione synodus universalis octava, ut et appellatio, quam cum septem aliis conciliis sortita est, non celetur, et nomen proprium, quod singulariter possidet, designetur.

Igitur cum haec celebraretur venerabilis synodus, accidit me famulum vestrum missum a Hludowico piissimo imperatore cum duobus aliis viris insignibus interesse[1] ferentem etiam legationem ab apostolicis meritis decorato praesulatu[e] vestro, causa nuptialis commercii, quod efficiendum ex filio imperatoris Basilii et genita praefati Dei cultoris augusti ab utraque parte sperabatur simul et parabatur[2]. In tam enim pio negotio et quod ad utriusque imperii unitatem, immo totius Christi ecclesiae libertatem pertinere procul dubio credebatur, praecipue summi pontificii vestri quaerebatur assensus. Dei ergo nutu actum est, ut tanti negotii cum loci servatoribus apostolicae sedis et ipse cf. Ps. 125, 6. fine gauderem et veniens fructuum[f] in exultatione portarem[g] manipulos, qui per septennium ferme pro eo indefesse laboraveram et per totum orbem verborum semina sedule scribendo disperseram[3]. Nam pene omnia, quae ad praesens negotium pertinent quaeque a sede apostolica Latino sermone prolata sunt sive quae in huius synodi codice sive quae in aliis[h] voluminibus continentur, ego summis pontificibus obsecundans, decessori scilicet vestro[4] ac vobis, exposui[5] et postmodum Constantinopoli pro praedicta causa reppertus non pauca in his vestris loci servatoribus, ut ipsi quoque[i] testantur, solatia praestiti[6]. Qui etiam diversos hominum eventus considerans gesta huius synodi, quae apostolicae sedis loci servatores in uno volumine secum portaturi conscripserant, in altero codice transcripta Romam aeque[k] deferre[l] proposui. Unde factum est, ut eisdem loci servatoribus[m] praedones incidentibus et codicem ipsum cum omnibus supellectilibus suis amittentibus[7] ego codicem, quem detuleram, Romam vexisse dinoscerer[n], quem sanctitas vestra grato suscipiens

---

*) hd (= hic deest) *add. alia man.;* hp (= hic pone) Nuncupanda — designetur *(l. 12—14) add. al. m. perperam in marg. inf. V, quae adnotatio admodum evanuit.*

a) *om. V 2.* b) huminū *corr. ut vid. ex* humanā *V 1.* c) *corr. ex* octa *V.* d) *om. V 3.* e) presulatur *V 2.* f) *corr. ex* fructum *V, V 1;* fructum *V 2, 3.* g) portantem *V 1.* h) his *V 2.* i) *superscr. V.* k) atque *V 3.* l) deferre, ferre *in ras. scr. V.* m) in *add. edd.; cf. epist. Hadriani II. verisimiliter ab Anastasio dictatam, ed. MG. Epist. VI, 760 l. 5:* ut in barbarorum gladios . . inciderint, *sed et supra p. 392 l. 12:* ut nullos . . incursus inciderent. n) patesceret *del.,* dinoscerer *superscr. V.*

1) *Cf. Ann. Bertinian. ad a. 872, ed. Waitz p. 120; Lib. pont. Vita Hadriani II. cap. 42, ed. Duchesne II, 181.* 2) *Cf. supra p. 390 ann. 2.* 3) *Cf. quos similes locos collegit Perels l. l. p. 250.* 4) *Nicolao I.* 5) *Hoc loco Anastasius se dictatorem epistolarum a Nicolao I. et Hadriano II. Constantinopolim missarum esse contendit; cf. Perels l. l. p. 242 sqq.* 6) *Cf. Lib. pont. l. l.* 7) *Cf. epist. Hadriani II. 871 Novemb. 10 datam, Reg. Jaffé 2943, ed. MG. Epist. VI, 759; Lib. pont. Vita Hadriani II. cap. 59, ed. Duchesne II, 184; supra p. 392 ann. 2.*

animo mihi ad transferendum in Latinam tradidit dictionem. Ad quod opus ego idoneum esse me denegavi, licet in[a] interpretandis ex Achivo in Romanum sermonem scripturis praesenti tempore quoddam conamen arripere nitar et nonnulla iam ad aedificationem plurimorum et praecipue vestri decessoris hortatu[1] interpretatus edidisse dinoscar. Verum vicit iussio tanti pontificis, dum[b] non deest oboedientia prompti ministri. Interpretans igitur hanc sanctam synodum verbum e verbo, quantum idioma Latinum permisit, excerpsi; nonnunquam vero manente sensu constructionem Grecam in Latinam necessario commutavi[2]. Rara praeterea interpreti doctiori[c] enucleanda servavi. Quaedam etiam, sicut mihi nota erant, nimirum qui tam Romae quam Byzantii positus in cunctis his sollicite laboravi, scholiis in marginibus codicis exaratis[3] annotavi vel etiam, sicut mihi visum est, explanavi. Sane et hoc notandum, quia quaedam scripturarum, quae super his a sede apostolica Constantinopolim missae sunt, deficientibus urbis eiusdem interpretibus non ex toto recte translata in Grecitatem inveni[4]. Quorum ipse nonnulla, et quantum angustia illic morandi permisit[d] temporis[e], emendavi, partim vero ut repperi hactenus incorrecta reliqui.

Ad extremum plane monendum est et pro futurorum cautela temporum artius memoriae commendandum, ne forte procedente tempore in Grecis codicibus repperiatur huic sanctae synodo quicquam a Constantinopolitanis suatim additum vel mutatum[f], nihil minus vel amplius in eadem synodo diffinitum[g] fuisse[h], nisi[i] quae in Greco eiusdem synodi actionum codice in Romana ecclesia scripta repperiuntur et in Latinitatem fideli satis stilo translata in archivo eiusdem ecclesiae recondita comprobantur, quaeque omnium patriarchalium sedium loci servatorum et ipsorum quoque imperatorum atque cunctorum antistitum subscriptionibus roborata et nunc usque signata consistunt. Sane epistolae tam synodi quam patriarchae et imperatorum ad Romanum pontificem missae, quae[k] in[k] codicis actionum ipsius synodi calce habentur insertae, reverenti sunt cultu recipiendae; nam a totius synodi consensu, dum adhuc ageretur, decretae[l] sunt et expositae. Cur[m] autem ista praemiserim, breviter annotabo. Siquidem cum rex[n] Vulgarum[5] cum propria gente Christi fidei[o] suscepisset per hominem Romanum, id est quendam presbyterum Paulum nomine, documentum atque mysterium, propositum habuit a sede apostolica non modo fidei regulam, sed et sanctae legis sumere disciplinam. Quod et fecit non solum a praefato presbytero, verum etiam per divinam revelationem instructus, quae sic temporum qualitatem discrevit, ut postrema in priorem reformaret statum et ordinem. Nam tota Dardania Thessalia Dacia et utraque Hepirus atque ceterae regiones iuxta Histrum fluvium sitae apostolicae sedis vestrae moderamine antiquitus praecipue regebantur et disponebantur[6]. Sed postquam imperatores Romanorum, qui nunc Grecorum appellantur, variorum fautores vel incentores effecti errorum sanctam Christi ecclesiam diversis heresibus scindere minime formidaverunt, scidit Deus imperium eorum, et in occiduis partibus paulatim regnare superno decernente iudicio cessaverunt, donec Romanos pontifices suis pravitatibus incurvare conantes nec valentes ac per hoc multiplicibus poenis

---

a) *superscr. V.* b) dummodo *V2.* c) *corr. ex* doctori *V.* d) *corr. in* permissit *V;* permissit *ras. corr. in* permisit *V1.* e) temporibus *V1.* f) Nam *add. et del. V.* g) constat *add. et del. V.* h) *sequitur erasum* his exceptis *V.* i) *corr. V.* k) quē *V2.* l) directe *V2.* m) Cum *V2.* n) cur ex *V2.* o) *sic codd.,* fidem *perperam edd.*

1) *Cf. Perels l. l. p. 194 ann. 5.* 2) *Cf. supra n. 1 p. 397 ann. 3.* 3) *Cf. ex. gr. supra p. 408 ann. 1.* 4) *Cf. Lib. pont. l. l. c. 42 p. 181:* A quo (Anastasio) quia in utrisque linguis eloquentissimus existebat, studiosissime perscrutatus (textus synodi), omne quod ad laudem serenissimi nostri Cesaris sanctissimus domnus Hadrianus pontifex in epistola sui decessoris Arsenio episcopo imminente adiecerat, resecatum inveniunt. 5) *Bogoris, qui baptizatus Michael vocatus est.* 6) *Cf. MG. Epist. VI, 438; Lib. pont. l. l. c. 53 p. 183.*

afficientes Hesperiae potestatem iam prorsus amitterent. Occidentis etiam amisso imperio nihilominus Romanis pontificibus, quia iam iubere nequeunt, suadere nituntur suis laesis (cf. Matth. 16, 15 sqq.) favorem sensibus accomodandum. Sed quia isti cum Petro super petram verae confessionis stantes pestiferam suggestionem audire possunt, obaudire non possunt, mox illi, quoniam (cf. Deut. 19, 14; 27, 17.) aliter eos laedere nequeunt, patrios et antiquos terminos transferunt[1], privilegia sedis apostolicae corrumpunt et pene omnia[a] iura disponendarum dioeceseon auferunt atque suis haec fautoribus consentaneis et sectatoribus[b] conferunt, cum quibus etiam ius, quod sedes apostolica super praedictas regiones habuit, quia iuxta se sitae videbantur, usurpant et Constantinopolitanae dioecesi nequiter applicant, cum beatus papa videatur dicere Innocentius ad Alexandrum Antiochenum inter alia scribens[2]: Non ergo visum[c] est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honores aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit[d] imperator. Sed his nec ipsi diu fruuntur, siquidem iam memorata Vulgarum gens protinus irruit et universa circa Danubium occupat. Sicque (cf. Exod. 22, 4. 7. 9.) Greci principes, quod sedi subripiunt apostolicae, in duplum quodammodo et secundum legem resarcinant; nam cum iure dioeceseos usurpatae etiam sua, id est imperii proprii partem potestatis, amittunt. Verum tandem aliquando volens omnipotens Deus, qui olim (cf. Exod. 12, 40.) filios Israel etiam post triginta et quadringentos[e] annos ab affligentium pressuris eripuit salubremque doctrinam edocuit, has etiam regiones cum populo suo ad rectum fidei tramitem aequamque iustitiae normam perducere inspiravit iam memorato principi Vulgarum per merita Petri, cuius in arto situs interventionem sibi apud Deum adesse precatus est[f] sicque de numerosis cuneis hostium[3] triumphavit, mittere Romam[4] et a sede apostolica fidei et sanae traditionis postulare doctrinas. Quod pius princeps non segnis executor effecit et mittens ad apostolicam sedem, cui decessor vester tunc papa egregiae sanctitatis praesidebat Nicolaus, et non solum dogmata horthodoxae fidei, verum etiam sanctae vitae disciplinam ab ea[5], quin et ad utrumque idoneos institutores expetiit et accepit, Paulum scilicet Populoniensem[6] et Formosum Portuensem[7] sanctae conversationis antistites. Qui ad principem pervenientes totamque iam memoratorum Vulgarum patriam, cuius supra partes commemoravimus, peragrantes terram cordium linguae vomere proscindendo[8] et Christum exstirpatis errorum vepribus[g] in hominum mente[h] plantando fluentisque sacri baptismi rigando atque impositione manuum suarum super capita fidelium et Deo dicata templa vel altaria incrementum perfectionis per sanctum Spiritum (cf. 1. Cor. 15, 47.) invocando, dum apostolicus ille pontifex et — ut ita dicatur — caelestis homo et terrestris angelus superstes habitus est, minime cessaverunt. Ad cuius imitationem eadem agi strenue tu successor eius, almae ac summae magnitudinis praesul, medullitus anhelasti et in his consummandis satagere non cessasti. In tantum autem[i] pietas creverat principis et abundabat circa beatum Petrum venerationis affectu, ut quadam die manu propria capillos suos apprehenderit[k] et contemplantibus cunctis se Romanis missis tradiderit dicens: 'Omnes primates et cuncti populi Vulgarum terrae cognoscant ab hodierno die me servum fore post Deum beati Petri et eius vicarii[9].'

---

a) *om. V3.* b) consentaneis et sectatoribus *superscr. V.* c) iustum *V3.* d) *corr. ex* duxit *V;* duxit *V2.* e) *corr. ex* quadrigentos *V.* f) *om. V2.* g) *ras. corr. ex* uepiribus *V.* h) mentē *V2.* i) *in ras. V.* k) *om. V2;* apprehenderet *V3.*

1) *Cf. Innocentii I. epist. Reg. Jaffé 317, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 251:* transferri non oportere terminos a patribus constitutos. 2) *Reg. Jaffé 310, ed. Hinschius, Decret. Ps.-Isidor. p. 548 cap. 2.* 3) *Scil. procerum suorum, cf. Ann. Bertin. ad a. 866, ed. Waitz p. 85.* 4) *Cf. Ann. Bertinian. l. l. p. 86.* 5) *Cf. Nicolai I. responsa Reg. Jaffé 2812, ed. MG. Epist. VI, 568 n. 99.* 6) *Quam sedem tunc iam Castrum Corniae translatam esse, cum* Paulus Corninus episcopus *iam in synodo a. 861 Romae habita subscripserit, opinatur Kehr Italia pontificia III, 268.* 7) *864—876; 883—891; qui postea sedem apostolicam obtinuit 891—896.* 8) *Cf. MG. Epist. VI, 502 l. 6 sq.* 9) *Cf. supra p. 222 l. 32 sqq.*

Quae Greci de die in diem audientes inviduntª[a] et tantae gloriae avidi, ut eum possint a Romana sede avertere, diversa requirunt ingenia, munera post munera numerosa mittentes et sophistica ei argumenta creberrime[b] proponentes. At ille ut columna mansit immobilis, donec eorundem Grecorum fraude deciperetur scribentium ei atque dicentium, quod de[c] patria illa, vel[d] utrum Romano an Constantinopolitano pontifici subdi debeat, inter vicarios Romanos patriarchamque Ignatium Constantinopoli disceptatio fuisset canonice ventilata et convictis Romanis Orientis sedium loci servatores iudicaverint Vulgarum dioecesin illi urbi fore subiciendam, cui ante adventum Vulgarum subdebatur; cum alia sit in mundanis negotiis, alia in ecclesiasticis dispositio iuris, et quamvis regio illa Grecis fuerit antea subdita, nullum tamen in ea sibi ius vindicare legitime poterant, quam armis olim amissam per tot tempora bellando recipere non valuerant — quamvis et priusquam Grecis fuerit subdita[e], Romani hanc possedisse patescant nec illam Greci, ut supra monstratum est, tenuisse memorentur, nisi dum sceptris Romanicis potirentur. Quanquam etsi huic Greci principes regioni, quantum ad rem publicam attinet, dominati sint, non tamen praeiudicare possunt Dei ecclesiae iuri, quae, quantumlibet illi cum diversis nationibus conflictantes sive victi sive victores extiterint, non novit nisi karitatem et pacem. Unde quidam magistrorum eius exclamat: 'Si quis[f] videtur contentiosus esse, nos talem con- 1. Cor. 11,16.
suetudinem non habemus neque ecclesia[g] Dei'. Licet hoc ipsum, si loci servatores Orientis decreverint, nullis certis probetur indiciis. Quamvis enim Romani loci servatores et Vulgarum missi cum imperatore seu patriarcha necnon et Orientis loci servatoribus convenissent[1], his tamen omnibus in uno conclavi positis nulli de foris venienti patebat aditus, nisi cui vel imperator vel patriarcha forsitan permisisset. Unde factum est, ut quicquid Romani assererent, nec Orientis loci servatores nec Vulgares intelligerent et rursus quicquid orientales dicerent, nec Romani loci servatores nec Vulgarum missi cognoscerent, dum videlicet nullus[h] adesset[i] nisi unus imperatoris interpres, qui nec Romanorum nec orientalium loci servatorum voces aliter audebat edere, nisi ut iam imperator ad subversionem Vulgarum imperarat[k], excepto quod datum est missis Vulgarum[k] quoddam scriptum Grecis[l] verbis et litteris exaratum, continens, quasi loci servatores Orientis inter loci servatores Romanos et patriarcham Ignatium arbitres[m] existentes iudicaverint Vulgarum patriam, quae in Hyllirico constituta est, dioecesi Constantinopolitanae subiciendam, cum ab olim in utraque Hepiro Dardania Dacia Thessalia et ceteris in Hyllirico sitis provinciis semper sedis apostolicae dispositio facta clareat, sicut diversae historiae[n] vel[n] pontificum Romanorum a Damaso papa per easdem provincias missae testantur epistolae[2], et has Grecorum principes sola vi faventibus sibi Constantinopolitanis praesulibus, causa dumtaxat quam superius annotavimus, extortas ab apostolica sede subegerint. Super quibus recipiendis ideo apostolica sedes nullam[o] repperitur fecisse querellam, quoniam mox has, ut praedictum est, saepe memorata Vulgarum natio adit et sibi iure potestatis omnia vindicat. At ubi religio redit[p], confestim et dioeceseos fas sedi propriae reformatur. Haec cum Romani et his similia loci servatores summatim Grecorum locutiones advertentes assererent, etiam hoc prosecuti sunt dicentes: 'Omnibus liquet neque nos

---

a) *sic V, V1, V2;* invident, e *corr. V3.* b) crebrerrime *codd.; sed cf. MG. Epist. VI, 755 l. 28.* c) *om. V3.* d) vel *deest, sed locus rasus 3 litterarum vacat V3.* e) *corr. ex* abdita *V.* f) q̄ *V, V1;* que *V2;* q̄ uidetur *in ras. ut vid. V.* g) *sic V3; reliqui* ecclesiae. h) *corr. ex* nullis *V.* i) adesse *V2.* k) imperarat — Vulgarum *om. V2.* l) *ras. corr. ex* gręscis *V.* m) arbitros *V2.* n) historiae vel *superscr. V, om. V2.* o) nulla *V, V2.* p) reddit *V1.*

1) *Cf. Lib. pont. l. l. c. 46—58 p. 182 sqq.* 2) *Reg. Jaffé 232 et 237; cf. MG. Epist. VI, 438 cum ann. 1. De collectione Thessalonicensi, quam hic respicit Anastasius, novissime egerunt F. Streichhan in 'Zs. f. RG. Kan. Abt.' XII, 330; XVII, 538; et W. Völker in 'Zs. f. KG.' XLVI, 370.*

neque loci servatores orientalium sedium causa vindicandarum quarumlibet dioeceseon veniendi Constantinopolim invitatos, sed controversiam, pro qua disponenda et diffinienda vel[a] a piis imperatoribus expetiti vel a praesulibus nostris destinati sumus, Deo auctore sane dissolvimus et propria singuli subscriptione signavimus. Super dioecesi autem Hyllirici, quam sedes apostolica iure prisco et inpraesentiarum sibi a possessoribus eius reddito nunc quieta retentione possidet et regulariter utitur, eadem principalis sedes neque pulsata est neque, ut pro ea mitteret altercandum[b], ullo modo provocata. Sed neque nos personas advocatorum vel assertorum eius assumimus neque, quid illa, si adesset, responderet obiectis, agnoscimus, quippe qui nihil hinc ab ea in mandatis accepimus ac per hoc disceptare non iussi[c] quicquam non possumus. Verum nec loci servatores Orientis iudicum[d] se personas assumpturos in controversiis, in quibus ab utraque non sunt parte iudices
Gal. 3, 20. appellati vel electi, conicimus, praesertim cum apostolus perhibeat: 'Mediator' inquiens 'unius non est' et sacri canones non quorumcunque, sed electorum iudicum sententiam minime spernendam edoceant[1] et quidam probabilium patrum dicat[2]: 'Iustus mediator non est, qui sic unam partem[e] audit, ut alteri parti nihil reservet'.'

Haec itaque diximus intentos reddere studiosos curantes, ne forte processu temporis quicquam de subicienda Constantinopolitanae dioecesi Vulgarum terra statutum vel diffinitum ab universali et octava putetur synodo vel actionum illius codici a Grecis hinc aliquid adici praesumatur. Nam familiaris[3] est illis ista praesumptio et singularis quodammodo ambitionis indicium. Siquidem in secunda synodo[4] contra statuta magnae Nicenae synodi et sanctorum decreta praesulum Romanorum Alexandrinae privilegia sedis Constantinopolitano contulere[f] pontifici[5]. Et quaedam penes illos repperiuntur capitula regularum, quae illi quidem tertiae dicunt existere synodi[6], cum apud Latinos nec in vetustissimis inveniantur editionibus. In quartae quoque synodi[7] quibusdam codicibus quoddam de privilegiis Constantinopoleos ostendunt capitulum, quod inter canones eiusdem synodi ab universa ecclesia veneratos nec Latinitas nec alia lingua sub sole recipere comprobatur[8]. Quodque licet ab Anatolio[9] et imperatore[10] vel fautoribus eorum post omnia gesta synodi et prolatos kanones in absentia Romanorum loci servatorum clam depromptum extiterit, mox tamen ibi ipsum ab eisdem loci servatoribus est repulsum et a sede apostolica, quae ut eadem synodus fieri[g] sola decrevit[11] solaque ius habuit eos recipiendi, quos synodica decreta protulerant[h], non solum non admisit, verum etiam continuo respuit[12]. Quodque Anatolius vel imperator, quia ut firmaretur a sede apostolica, cui tunc magnus praesidebat Leo, impetrare non potuit, in eius positum potestate confessus est[13]. Nihilominus et alia ostendunt regularum numerosa et praesumptiosa[i] satis kapitula priscae traditioni pene omnia valde contraria, quae a sexta falso perhibent synodo[14] promulgata[15], cum sexta synodus nullam protulerit[k] praeter fidei regulam. Sed quas eius asseverant regulas,

---

a) *om. V2.* b) alterandum *V2.* c) iussu *V2.* d) *ras. corr. ex* iudicium *V.* e) patrem *V3.* f) *corr. ex* contule *V.* g) *sic V, V1, V2; forte* deberet *vel simile quid suppl.;* fieret *corr. ex* fieri *V3.* h) pertulerant *V, V2;* perculerant *V1, V3.* i) presumptuosa *corr. ex* presumptiosa *V3.* k) pertulerit *V2.*

1) *Cf. conc. Chalcedon. c. 9, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 173; conc. Carthag. c. 96, l. l. p. 214.* 2) *Hunc locum non invenimus, cf. Perels l. l. p. 254 cum ann. 4 et 5.* 3) *Cf. epist. Zosimi papae Reg. Jaffé 339, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 263 A; Perels l. l. p. 264 ann. 5.* 4) *Constantinopoli a. 381 habita.* 5) *Cf. can. 3.* 6) *Ephesi a. 431 habitae.* 7) *Chalcedonae a. 451 habitae.* 8) *Scil. can. 28, cf. Hefele 'Concilien-Geschichte'² II, 527 sqq., 538 sqq.* 9) *Patriarcha Constantinopolitano 449—458.* 10) *Marciano 450—457.* 11) *Hanc synodum non a Leone I. papa, sed ab imperatore convocatam esse constat, cf. Reg. Jaffé 469, 471.* 12) *Cf. epistolas Leonis I., Reg. Jaffé 481—483.* 13) *Cf. epist. Gelasii I. Reg. Jaffé 701, ed. Thiel Epist. Rom. pont. I, 558.* 14) *A. 680/1 Constantinopoli celebrata.* 15) *Canones synodi a. 692 Constantinopoli celebratae, quae 'Quinisexta' appellatur, innuit, de qua cf. Hefele l. l. III, 328 sqq.*

longe post sextam synodum ab ipsis constat esse penes se privatimque depromptas. Porro in septimae synodi[1] codice[2], quia saepe contra kanones Constantinopoli ex neophytis antistites[a] provehuntur et eo tempore Tarasius ex laicis patriarcha[3] fuerat ordinatus, ita epistolam beatae recordationis papae Hadriani existimant transcribendam, ut nihil in ea ex his, quae ad praedictum praesulem vel contra neophytos idem sanctissimus pontifex scripserat[4], vel scriptum vel translatum Grece repperiatur. Sic igitur, sic[b] Greci accepta occasione celebratorum universalium conciliorum frequenter egisse clarescunt et nunc minuendo[5], nunc addendo vel mutando, nunc in absentia sociorum, nunc in[c] abscondito angulorum, nunc extra synodum, nunc post synodum astutia sua immo fraude communibus sanctionibus abutuntur et ad suos libitus cuncta, quae sibi visa fuerint, etiam violenter inflectunt. Itaque quicquid in Latino actionum octavae synodi codice repperitur, ab omni est fuco falsitatis extraneum. Quicquid vero amplius sive de dioecesi Vulgarica sive aliunde in Greco eiusdem synodi codice forsitan invenietur, totum est mendacii venenis infectum. Denique disceptatio, quam coram imperatore vicariis et Vulgaribus tantum super Vulgarum terra supra fuisse significavimus actam, post synodum consummatam canonesque in viginti prolatos[d] et septem tantum capitulis atque terminum fidei depromptum et omnia haec in quinque codicibus scripta sive compacta et omnium subscriptionibus roborata, sed et ipsos codices plumbea bulla munitos atque singillatim[e] loci servatoribus traditos patriarchalibus sedibus deferendos effecta est[6]. Ne ergo Grecorum suatim astutia, quin potius dolositas, etiam circa[f] praesentem synodum agat, haec me admonendi causa dixisse sufficiat. Ceterum bene novi, quod iuxta proverbiatorem frustra iactetur rete ante oculos pennatorum. Unde quisquis sapientiae ac prudentiae pennis ad alta sustollitur, omnia[g] insidiarum muscipula[h], quae a Grecis in infimis tendi poterunt[i], alto contemplationis saltu transcendet[k]. cf. Prov. 1, 17.

Divinitas apostolatum vestrum per multos annos servare dignetur, domine beatissime papa.

6.

Anastasius bibliothecarius Iohanni VIII. papae acta concilii VII. universalis Latine versa offert. *(873.)*

Codd.: Vat. reg. lat. 1046 (olim 215, cf. Montfaucon Bibliotheca I, 19) (s. X.) f. 1, olim s. Remigii Remensis, cf. ea, quae indicavit man. coaeva f. 178': Sichelmus senior dedit sancto Remigio pro animę sue remedio hunc librum. Septima Grecorum synodus falsa et relecta (reiecta?) cum multis episcopis tempore Karoli imperatoris in Franconofurth palatio. Et loquitur de sanctorum imaginibus et de his, qui dicunt non debere venerari sacras imagines, quorum stultitia (stultitiam?) omnimodis redarguit. *Infra in marg. iterum add.:* Sichelmus senior dedit sancto Remigio (= *B). Ex hoc codice Bongarsius a. 1590 mense Martio fragmentum (*Quae enim — christiani fatentur, *infra p. 418 l. 5 — l. 12) excerpsit, quod extat in*

---

a) antistes *V3.* b) *om. V3.* c) *superscr. V.* d) prolatis *codd.; corr. edd.* e) sigillatim *V2, V3.* f) cyrea *V3.* g) omnia, -ia *corr. V;* omnes, -es *corr., V3.* h) *sequitur del.* rum *V;* muscipulas *V3.* i) poterint *corr. ex* poterit *V;* poterint *reliqui.* k) transcendat *V2.*

1) *A. 787 Nicaeae habita.* 2) *Quem Anastasius postea Latine vertit, cf. n. 6.* 3) *784—806.* 4) *Cf. Reg. Jaffé 2448 et 2449, ed. Mansi Conc. coll. XII, 1074 et 1077; v. etiam MG. Epist. VI, 448 cum ann.* et ann. 11.* 5) *Cf. MG. Epist. VI, 488 l. 10.* 6) *Cf. Lib. pont., Vita Hadriani II. c. 46, ed. Duchesne II, 182, ubi legitur hanc disceptationem actam esse* post diem tertium, quo sacratissima synodus cum suis scriptionibus omnino in codice consummata retractaque *(!)* ad omnem elegantiam in aecclesia s. Sophiae fuerat.

cod. Bernensi 142 n. 38b, cf. Hagen Catal. codd. Bernen. (1875) p. 142. Vat. lat. 7304 (s. XV., cf. supra p. 403 l. 7) f. 9 (= C); Vat. lat. 1330 (s. XV./XVI.) f. 1 (= D), ex quo dependet Vat. lat. 1331 (s. XVI.) f. 1 (= D 1). Omnes hos codices cont. E. Perels. — Non collati sunt hi codices recentiores: Vat. lat. 4168 f. 1; Vat. Ottob. 767 f. 1 et 994 f. 1, qui ex D vel D 1 descripti sunt; Paris. lat. 1700 (s. XVII.) cf. Catal. codd. mss. Bibliothecae regiae III (1744), 173; Venet. Marc. Z. L. CLXIV (Class. VIII, 119) (s. XV.) f. 9'; Escorial. ç II, 10 (s. XVI.) f. 1, cf. Antolín 'Catálogo de los codd. lat. del Escorial' I, 242.

Edd.: Conciliorum XIX (Paris. 1644), 35 (haec editio admodum cum codicibus Vaticanis congruit) = Labbe-Cossart Concilia VII, 29 = Harduinus Acta conciliorum IV, 19 (cuius textus, quem 'ex ms. cod. bibl. Paris. Collegii Societatis Iesu' sumptum adnotat, cum Labbei textu concordat) = Mansi Conc. coll. XII, 981 = Migne Patr. lat. CXXIX, 195.

DOMINO COANGELICO IOHANNI SUMMO PONTIFICI[a] ET UNIVERSALI PAPAE[1] ANASTASIUS EXIGUUS.

Interpretata nuper decessore[b] vestrae beatitudinis Hadriano[c] reverendae memoriae papa[d] sancta octava et universali synodo[2] indecorum et inconveniens arbitratus sum septimam universalem synodum, quae praesidente[e] in vicariis suis beatae recordationis praedecessore vestro Hadriano[e 3] apud Nicaeam[f] secundo conveniens sub Hirene[g] seu Constantino imperatoribus celebrata est[4], non habere Latinos. Nam nulla ratione octava dicitur vel teneri poterit, ubi septima non habetur, non quod ante nos minime fuerit interpretata, sed quod interpres pene per singula relicto utriusque linguae idiomate[h] adeo fuerit verbum e[i] verbo secutus[k 5], ut, quid in eadem editione[l] intelligatur, aut vix aut numquam possit adverti[m] in fastidiumque versa legentum[n] pene ab omnibus hac pro causa contemnatur. Unde a quibusdam nec ipsa lectione, ut non dicam transscriptione, digna penitus iudicatur[6]. Quod ipse intuens nec proprio infirmo corpori parcens auxiliante[o] Domino hanc nisus sum interpretari Latinis, indecens et incongruum censens vestram maxime, omnium ecclesiarum[p] magistram, Romanam[q] videlicet ecclesiam, eadem synodo defraudari, cum videam posteriori, id[r] est octava[s], magnificentissime decorari; praesertim cum sacrae bibliotecae vestrae, cuius minister vestra dignatione consisto,
cf. Rom. 1, 14. ex hoc, quod desuper mihi datum est, debitor sim[t] ministrare, si tamen emulatus aposto-
cf. Rom. 11, 13. lum ministerium meum studeam honorare. Sane notandum est[u] quaedam[v] in[w] hac synodo[7] ex apostolorum et sextae universalis synodi canonibus et[x] sententiis inveniri, quae penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur[8]. Et certe de apostolorum canonibus

---

6. a) pontifici summo *C, D, D 1.* b) *corr. in* decessori *C.* c) Adriano *et sic semper C, D, D 1.* d) *corr. in* papæ *B;* pape, e *ut vid. corr. C.* e) *corr. in* presidentibus vicariis beate recordationis predecessoris vestri Adriani, *in margine:* eiusdem *C.* f) *corr. ex* Nicenam *C.* g) Hyrene *D, D 1;* seu *del.* et *add. C in margine.* h) ydeomate *C;* idioamate *D.* i) ex *C.* k) sequutus *D.* l) indicione *C.* m) averti *C, D, D 1.* n) legem tium *C;* legentium *D, D 1, corr. ex* legentum *D.* o) aulixiante *D 1.* p) ecclesiarum omnium *C.* q) *corr. ex* Romam *C.* r) uti *C.* s) octavam *C.* t) sum *C, D, D 1.* u) quod *add. C, D, D 1.* v) *post* quaedam *litteram unam del. ut vid. B.* w) ex *C.* x) *om. B, C; superscr. D.*

1) *VIII., 872—882.* 2) *Cf. supra n. 5.* 3) *I., 772—795.* 4) *A. 787.* 5) *Cf. supra n. 1 p. 397 ann. 3.* 6) *Quam versionem ab Hadriano I. papa ad Karolum Magnum missam esse Hincmarus Remensis Contra Hincmarum Laudunensem cap. 20 (ed. Migne Patr. lat. CXXVI, 360) narrat, qua de re dubitat Hauck 'Kirchengeschichte Deutschlands' 3. 4. II, 327, ann. 2. Eam coram Karolo Magno recitatam esse episcopi Francorum in praefatione Libelli synodalis Parisiensis (a. 825) dicunt (ed. MG. Concilia II, 481). Cf. quid Karolus Magnus de ea iudicaverit, Libri Carolini, praefatio, ed. MG. Concilia II Suppl. p. 5 (cum ann. 2):* Cuius scripturae textus eloquentia sensuque carens ad nos usque pervenit. 7) *Scil. in actis VII. synodi.* 8) *Cf. Actio VIII can. 1, ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 480. De apostolorum canonum recensionibus Graeca et Latina inter se diversis cf. Hefele 'Concilien-Geschichte' 2 I, 793 sqq., de synodo 'quinisexta' a. 692 habita, quae a Graecis universalis praedicata, a Latinis vero abiecta est, cf. ibid. III, 328 sqq.*

liquido novimus, quoniam his quidam facilem[a] [1] non praebuere consensum. Sed et praedecessor[b] vester beatissimus papa Stephanus non amplius[c] ex his[d] quam quinquaginta recipiendos synodice promulgavit[2], licet quaedam[1] constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Unde apostolatu vestro[e] decernente[3] non solum illos solos apostolorum quinquaginta canones ecclesia recipit, sed et omnes eorum[f] utpote Spiritus sancti tubarum[g] [4], quin et omnium[h] omnino probabilium patrum et sanctorum conciliorum regulas et institutiones admittit, illas dumtaxat, quae nec rectae fidei nec probis[i] moribus obviant, sed nec sedis Romanae decretis ad modicum quid resultant, quin potius adversarios, id est hereticos, potenter impugnant. Ergo regulas, quas Greci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo[5] principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illae recipiantur, quae prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis huius pontificum aut certe bonis moribus[6] inveniuntur adversae, quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitae, quia nec interpretatae, sed nec in ceterarum patriarchalium sedium, licet Greca utantur lingua, reperiantur archivis: nimirum quia nulla earum[k], cum ederentur, aut promulgans aut consentiens aut saltim praesens inventa est[7], quanquam eosdem patres illas Greci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inventi, sed hoc nullis probare certis possunt indiciis. In eo sane, quo frequenter universalem in hac[l] synodo Greci patriarcham suum inconvenienter appellant[8], apostolatus vester adolationi[m] veniam det saepe praelatis suis non sine reprehensione placere studentum[n]. Verum cum apud Constantinopolim positus[9] frequenter Grecos super hoc vocabulo reprehenderem et fastus vel[o] arrogantiae[p] redarguerem, asserebant, quod non ideo oecomenicon, quem multi universalem interpretati sunt, dicerent patriarcham, quod universi orbis teneat praesulatum, sed quod cuidam parti praesit orbis, quae a christianis inhabitatur. Nam quod Grece oecumeni vocatur, Latine non solum orbis, a cuius universitate universalis appellatur, verum etiam habitatio vel locus habitabilis nuncupatur. Sed et illud notandum, quoniam ubicumque in huius synodi textu subsistentiam posui, personam intelligi volui. Quod enim Grece hypostasis[q] dicitur, hoc nonnulli personam[r], nonnulli[r] vero subsistentiam interpretati sunt. Porro subsistentiam multi personam, multi vero substantiam esse[s] intellexerunt. At ego illos[t] secutus, qui subsistentiam non substantiam, sed personam intellegi voluerunt — magni quippe sunt —, ubicumque Grece in hoc codice hypostasin[u] repperi, in subsistentiam[v] transtuli, hanc personam, sicut et alii quam plurimi, volens intelligi. Tanta igitur auctoritate[w]

a) facile *C, D, D 1.* b) deprecessor *C.* c) *om. C, D, D 1.* d) plus *add. D in marg., D 1 in textu.* e) nr̄o *C.* f) earum *C.* g) *corr. ex* turbarum *C.* h) qui nec tubarum *C.* i) *corr. ex* probris *C.* k) eorum *C, D, D 1.* l) *corr. ut vid. ex* hoc *D 1.* m) adulacioni *C, D, D 1,* -u- *ut vid. corr. C.* n) studentium *C, D, D 1.* o) *om. C.* p) arrogancium *C;* arrogantiam *D, D 1.* q) ypotasis *C, D, D 1.* r) *om. C.* s) etiam *D, D 1.* t) illos ego *C, D, D 1.* u) ypotasin *C;* ypotasim *D, D 1.* v) substantiam *B et C; sed cf. exempli gratia epist. Tarasii in III. actione relectam:* ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, *id quod Anastasius vertit:* in tribus subsistentiis, *cf. Mansi Conc. coll. XII, 1121/2 D.* w) *al. m. add. in marg. C.*

1) *Cf. Dionysius Exiguus, Codex canonum ecclesiasticorum, praefatio, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 142.* 2) *Stephanus papa III. in concilio a. 769 Laterani habito, actio IV., ed. MG. Concil. II, 88.* 3) *De hoc Iohannis VIII. decreto nihil nobis nisi ex his Anastasii verbis notum est.* 4) *Cf. 1. can. VII. synodi interpr. Anast., ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 480.* 5) *Scil. in septima synodo, cuius in actis illae regulae continebantur. Errat Hefele 'Conciliengeschichte'* [2] *III, 347 ann. 1, qui his verbis nisus putarit Iohannem VIII. hoc decretum in quadam synodo promulgavisse.* 6) *Haec vox ex iure Romano sumpta est, cf. Heumann-Seckel 'Handlexikon'* [9] *p. 353.* 7) *Hic Anastasius errat, cf. Hefele l. l. III, 347 ann. 2.* 8) *Cf. epist. Nicolai I. Reg. Jaffé 2879, ed. MG. Epist. VI, 604 l. 6 sq. et Perels l. l. p. 255 sq. Iam Hadrianus I. papa Tarasium patriarcham 'universalem' appellari minime passus erat; cf. Reg. Jaffé 2448, ed. Mansi Conc. coll. XII, 1074 B.* 9) *Cf. supra p. 410 l. 15 sq.*

sancta ecclesia praedita non potest dissimulare: non potest quisquam semet rationabiliter
ab imaginum adoratione sacrarum avertere. Alioquin vestra debet pia doctrina doceri
censuraque apostolica corrigi, praesertim cum nulli sit fas a[a] suo capite dissidendi[1] nec,
quod[b] vestram viderit tenere sedem, quae omnium est magistra, quoquomodo respuendi.
Quae enim super venerabilium imaginum adoratione praesens synodus docet, haec et
apostolica vestra sedes, sicut nonnulla conscripta innuunt, antiquitus tenuit et universalis
ecclesia semper venerata est et hactenus veneratur, quibusdam dumtaxat Gallorum
exceptis, quibus utique nondum est harum[c] utilitas revelata[2]. Aiunt namque, quod non
cf. Exod. 20,4sq. sit quodlibet opus manuum hominum adorandum[d], quasi non sit codex evangeliorum
opus manuum hominum, quem cotidie osculantes adorant, venerabilior cane, quem non
esse opus manuum hominum procul dubio non negabunt. Similiter et forma sanctae
crucis, quam se adorare omnes ubique christiani fatentur. In quo videlicet considerare
libet, quia si quamlibet crucem auream vel argenteam aut ligneam[e] adoramus, quae
utique non est eadem[f] ipsa crux, in qua salus nostra patrata est, sed figura et imago
eius, quare non adoremus figuram et imaginem eius, qui eandem salutem operatus est
in medio terrae? Venerabilior namque est, qui salutem operatus est, quam ea materia,
in qua idem[g] salutem operatus est. Ac per hoc magis est adoratione digna imago
Christi salutem operantis quam imago crucis salutem tantummodo baiulantis. Quam ob
cf. Is. 40, 9. rem, beatissime papa, super montem excelsum ascende, sta in fortitudine, quasi tuba
cf. Acta 12, 7. cf. Prov. 31, 17. vocem exalta. Ecce enim Deo auctore angelo tua, ut quondam Petri, percutiente latera
cf. Luc. 11, 33. cf. Ps. 68, 10. surrexisti, lumbos accinxisti, lucernam accendisti, zelo Dei comederis. Superest tantum,
ut fidem, quam credis, doceas, viam, quam tenes, cunctis ostendas, quatinus Deo auc-
cf. Ps. 126, 4. tore, te filio excussorum, prophetarum scilicet et[h] apostolorum, ductore[3] ac praevio[i]
nos omnes oves Christi[k] sollertiae tuae per Petrum et in Petro[l] commissae inoffensis
cf. Matth. 16, 19. gressibus[4] incedamus et ad amoena vitae perennis pascua Christo aperiente, qui claves regni
in ipso et per ipsum tibi tradidit, feliciter ingredi mereamur. Apostolatum vestrum ad
exaltationem ecclesiae suae ac omnium[m] nostrum salutem per multos annos gratia superna
custodiat, domine sacratissime papa.

7.

Anastasius bibliothecarius Iohanni diacono chronographiam tripartitam Latine versam mittit. (871—874).

Codd.: Monte Cassino 6 (s. XI.) p. 1, cf. Codd. Casinen. mss. catal. I (1915), 11 et imprimis de Boor Theophanis chronographia II, 423 (= C); ex hoc dependet Avranches 160 (s. XII.) f. 135, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) X, 78, qui vero textum valde depravatum exhibet (= C 1). Cum his codicibus congruunt partim codices Paris. lat. 5501 (olim Colbert. 3983) (s. XII.) f. 1 (= P) et 5092 (olim Colbert. 1531) (s. XII.) (= P 1), cf. Catal. codd. mss. bibliothecae regiae IV (1744), 125 et 39. Anti-

---

a) nulla sit ratio *(ratio corr. in ras.) C.* b) *ead. m. superscr. B.* c) *corr. et superscr.* rerum *al. m. C.* d) adorandum hominum *C.* e) lingneam *C.* f) eadem est *C, D, D 1.* g) *finis huius verbi corr. ut vid. B, D.* h) et *superscr. al. m. C, ead. m. ut vid. D.* i) prēuio, *superscr.* o *C;* per invia *D, D 1, sed in D nonnulla erasa videntur.* k) Christi oves *C, D, D 1.* l) Petrum *C,* petra *D, D 1.* m) communem *D, D 1.*

1) *Cf. epist. Leonis I. papae Reg. Jaffé 411, ed. Hinschius Decr. Ps.-Isid. p. 620; MG. Epist. VI, 392 sq.* 2) *Cf. Acta conciliorum Francofurtensis (a. 794) et Parisiensis (a. 825), ed. MG. Concil. II, 110 et 473; Annal. Bertinian. a. 872, ed. Waitz p. 120.* 3) *Cf. hymni* Veni creator spiritus *v. 19:* Ductore sic te praevio, *ed. Mone 'Lateinische Hymnen des Mittelalters' I (1853), 242.* 4) *Cf. Perels l. l. p. 253 ann. 3.*

quissimus codex, quem quidem novimus, extat Vat. pal. lat. 826 (s. X.) f. 1, cf. de Boor l. l. p. 425 (= V). Huic propinquus est Florent. Laurent. Marcian. 359 (olim s. Marci 95) (s. XI.) f. 116', cf. Montfaucon Bibliotheca bibliothecarum mss. I (1739), 421 E (= F), ex quo dependet cod. Cesena bibl. Malatest. plut. XVIII sin. n. IV (s. XV.) p. 109, cf. R. Zazzeri 'Codd. della Biblioteca Malatestiana di Cesena' (1887) p. 405 (= F 1). Codices Parisinos cont. P. Schmid, reliquos omnes E. Perels. — Non collati sunt hi codices: Vat. lat. 6356 (s. XV.) f. 1, 2012 (s. XV/XVI.) f. 1, 2013 (s. XV.) f. 1, 5406 (s. XV.) f. 1, 5625 (s. XVI.) f. 1, 5889 (s. XVI/XVII.) f. 1, Venet. Marc. IX, 37 (Class. XXI, 32) (s. XVI.) f. 1, quos omnes examinavit E. Perels; praeterea Paris. lat. 5093 (s. XVI.), cf. Catal. codd. mss. bibliothecae regiae IV, 39.

Edd.: Carolus Annibal Fabrotus Anastasii bibliothecarii historia ecclesiastica sive chronographia tripertita (Paris. 1649) p. 1 ex P 1 et Vat. lat. 2013 (cf. quae de hac editione disseruit de Boor l. l. II, 423) = I. Bekker Theophanis chronographia II (Bonnae 1841), 6. C. de Boor Theophanis chronographia II (Lipsiae 1885), 33 ex C et V.

Ecclesiasticam*, karissime frater et digne Christi levita Iohannes[1], auctore Deo scripturus historiam[2] exigis a me quaedam[a] in Latinum stilum ex Grecis voluminibus[b] transferenda[c], quo[d] et ipsa quoque proposito inseras operi[e] et intexas. His enim duabus linguis praecipue quae in ecclesia gesta sunt enarrantur. Ego vero propriam inscitiam et sermonis angustiam non ignorans hoc[f] agere tanto tempore[g] merito recusavi, supra me videlicet esse tam arduum conamen procul dubio ratus; sed quoniam ipse te[h] propositum opus melius executurum[i] fore asseveras[k], si ea, quae in Latinis codicibus inveniri non possunt, prius ex Grecorum fonte haurienda percipias, faciam Deo propitio, quod hortaris, praesertim cum Dei sit quod agendum proponimus et multis procul dubio causa profectus atque salutis. Nec enim tibi tam karo tamque[l] sapienti quicquam negare potero, qui profecto apostoli documento imbutus sapientibus et insipientibus debitor sum. cf. Rom. 1, 14.

Verum quia praecipue necessarium arbitror ea, quae a Theodosio principe iuniore[m][3] in ecclesia gesta sunt, enarrandi, ad cuius videlicet tempora Theodoretus[n] Socrates[o] et Sozomenus[p] Eusebium Pamphili[4] subsequentes[q] libros ecclesiasticae[r] historiae texuerunt[5], operae pretium duxi ex Georgii[6] summatim quaedam[s] et Theophanis chronographia[t][7] plura, sed succincte carpenda[u], quorum prior usque ad Diocletianum[v][8], posterior vero usque ad Leonem[w][9], qui post Michahelem[x][10] imperavit, patrem scilicet Ignatii[y], qui

---

*) Incipit[z] praefatio Anastasii bibliothecarii summae ac[a] apostolicae sedis *superscriptio in C, C 1, P, V, F, F 1;* Incipit prologos in historia Anastasii *superscriptio in P 1.*

7. a) Greca *al. m. superscr. P, add. in textu P 1.* b) ex Grecis voluminibus *om. P, P 1.* c) *corr. ex* transferendo *C 1;* transferanda *(alterum* a *partim eras.) F;* transferanda *F 1.* d) *corr. in* quod *C 1.* e) o *eras. F;* peri *F 1.* f) hec *V.* g) *corr. ead. m. in* tantopere *V.* h) te ipse *(*te *superscr.) F;* te ipso *F 1.* i) exerciturum *V.* k) asseuerans *C, V, F, F 1;* asseueras *corr. ras. ex* asseuerans *C 1.* l) atque *C 1.* m) iuniore principe *C 1.* n) Theodoritus *C 1, P, P 1,* o) Sochrates *P.* p) Sozomeus *C 1.* q) *corr. ex* subsequens *al. m. C, forte ead. m. V;* subsequens *C 1, F;* subseques *F 1.* r) e *add. F 1.* s) quendam *F 1.* t) cronographia *C 1;* gronographia *P, P 1.* u) carpendi *coni. Bekker.* v) Dioclitianum *C, C 1, F, F 1.* w) Leone *P.* x) Michaelem *C 1, P 1.* y) Ignathii *C 1.* z) *om. V, F, F 1.* a) summae et *C 1; om. F, F 1.*

1) *Qui Hymmonides vocabatur; cf. de eo Manitius 'Geschichte der lat. Literatur des MA.' I (1911), 689 sqq.* 2) *Quae historia non scripta est; extat solummodo Vita Gregorii Magni, quam Iohannes diaconus Iohanne VIII. papa iubente composuit, ed. Migne Patr. lat. LXXV, 60.* 3) *Imperatore Constantinopolitano 408—450.* 4) *Eusebius episcopus Caesariensis ca. 314—340, cuius celeberrima Historia ecclesiastica usque ad a. 324 perducta est, se Pamphili filium spiritualem nominavit (Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου).* 5) *Scil. Historiam tripartitam a Cassiodoro ex scriptis Theodoreti, Socratis, Sozomeni Latine versam.* 6) *Georgii syncelli, cuius 'Ἐκλογὴν χρονογραφίας ed. G. Dindorf (Bonnae 1829).* 7) *Ed. de Boor Theophanis chronographia I (1883).* 8) *Imperatorem a. 284—305.* 9) *V., qui Armenius vocatur, a. 813—820.* 10) *I. Rhangabes, a. 811—813.*

adhuc[a] superest habenas Constantinopolitanae tenens ecclesiae[1], praedicti operis sui stilum protraxit. Qui autem sunt isti[b], breviter annotabo. Horum igitur alter[2] electa mona- (cf. Matth. 11, 30.) stica vita mundoque contempto[c] Christi se levi iugo et suavi sarcinae mancipavit; praeterea contra hereticos incessanti[d] agone desudans multis verberibus mundi principibus (cf. Gal. 6, 17.) contra ecclesiae ritum saevientibus diversisque poenis affectus est. Sic[e] ergo stigmata Christi in corpore suo portans tam pro fidei suae constantia[f] quam pro multarum virtutum insignibus sanctae memoriae[g] Tarasii[h] regiae urbis praesulis[3] syncellus effectus est[4]. Sed ne multa prosequar, sufficere[i] arbitror ad praeconium eius[k], quod a sede approbatus sit apostolica[l], quando scilicet vicarii eius una cum trecentis quinquaginta patribus in Nicea[m] urbe secundo convenientes[n] universalem synodum[5] celebrarunt, siquidem et laus eius in eodem septimo et sancto concilio repperitur[6]. Porro de altero quid dicam? Cum (cf. Matth. 16, 24; Luc. 9, 23.) et eius conscripta[o] vita[7], qualiter videlicet[p] amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit qualiterve secutus Christum abbatis in monasterio[q] Agri[8] functus officio virtutibus fulserit miraculis coruscaverit et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium[r] et circunquaque[s] regiones his qui prope[t] et his qui longe sunt clamet. Sed et studia eius ad nos usque perlata quis vel quantus vir iste[u] fuerit sollertibus manifestant. Ex[v] horum ergo[w] cosmographiae[x] amoenissimo quaedam[y] decerpam orto[z], quae amplissimae tui operis mensae oboediens obsecutor apponam. Quae nimirum contempnere[a] non debes, sed inter tua saltem secundum sensus virtutem sine fastidio[b] collocare, primo quia tuo[c] sunt elicita frequenti prorsus hortatu, deinde quia inter crebras[d] et assuetas delicias[e] nonnunquam vilium[f] escarum[g] quasi delectabilium requiruntur edulia[h], tertio quia, donec propositae opus historiae per te ad perfectionem fuerit Deo favente perductum, poterit forte nostrum esse desiderantibus aliquantisper in usum, et qui opima vestra consequi non valuerint[i], erunt interim[k] his exilibus[l] nostris utcunque contenti[m]. Huic sane operi ratum duxi beati Nicephori[n] Constantinopolitani episcopi[9] cosmographiam[10] praeponere, ut scilicet et ex ea possis aliquantula carpere et, sicubi fortassis hac utendum iudicaveris, tuam non lateat omnino[o] notitiam. Obsecro[p] autem caritatem[q] tuam, quae omnia secun- (cf. 1. Cor. 13, 7. ibid. 13, 5.) dum apostolum suffert et non quaerit quae sua sunt, immo per me obsecrat universa

---

a) *partim in ras. V.* b) isti *corr. C 1;* iusti *F, F 1.* c) coutemta *P.* d) incensati *V.* e) si *P 1.* f) costantia *P;* constantiam *P 1.* g) momorię *F.* h) Tarafii *P;* Tharasii *P 1.* i) sufficire *F.* k) *om. F, F 1.* l) apostolica approbatus sit *C 1.* m) Niace *A;* Nycea *F 1.* n) cum venientes *C 1.* o) cum scripta *C 1.* p) *om. P 1.* q) monasterii *P 1.* r) *sic C;* Bizanzium *V;* Bizantium *reliqui codd.* s) circumquasque *P, P 1.* t) quippe *F 1.* u) iste vir *F, F 1.* v) et *(superscr.* ex*) C 1.* w) *eras. C 1.* x) cosmographyae *V, F. Utrum ab Anastasio ipso an a scriba codicis archetypi hic* cosmographia *pro* chronographia *scripta sit, in dubio relinquimus, cf. l. 25.* y) *om. V.* z) *sic C, C 1, V;* horto *reliqui codd.* a) contemnere (p *eras.) V;* contemnere *F.* b) fascidio *F 1.* c) tua *C 1;* tuo *corr. ex* tua *P 1.* d) crebas *F, F 1.* e) dilicias *V.* f) vilium *(vi- corr. ras.) C.* g) aescarum *V.* h) *corr. ras. ex* sedulia *C, V.* i) ualuerunt *P.* k) interius *C 1.* l) ex'ilibus *(inter* x *et* i *una littera eras.) C;* exhilibus *C 1.* m) contempti *C 1, F, F 1.* n) Nycefori *F;* Nycephori *F 1.* o) omnem *C 1.* p) obsero *C 1.* q) karitatem *P.*

1) *847—858, 867—878.* 2) *Hoc Gregorii Syncelli praeconium multum a rerum veritate abhorrere demonstravit H. Gelzer 'Sextus Iulius Africanus' II (1885), 177.* 3) *784—806.* 4) *Cf. quae Ignatius diaconus in Vita Tarasii de syncellis patriarchae narrat, ed. Heikel Acta societatis scientiarum Fennicae XVII (1891), 412: πολλοῖς .. πειρατηρίοις βασιλεὺς τὸν μέγαν (scil. Ταράσιον) ὑπέθλιβε, φύλακας ἐπιστήσας συγκέλλων ὀνόματι κεχρημένους, τῷ δὲ τρόπῳ τῆς εὐσεβείας μακρὰν ἀπῳκισμένους, [ὧν ἄνευ παραλαβεῖν] οὐκ ἐξὸν ἦν τινα πρὸς τὸν θεῖόν τε καὶ σοφὸν ἀρχιποιμένα, εἰ μὴ διὰ τῆς ὄψεως τούτων διαβῆναι καὶ ὡς αὐτὸν φθάσαι καὶ τὰ δοκοῦντα προσδιαλέγεσθαι. Cf. Gelzer l. l.* 5) *A. 787/8.* 6) *Ab Anastasio hic Georgium syncellum et Georgium Cyprium confundi Gelzer l. l. ostendit. Laudem enim Georgii Cyprii Anastasius in actis VII. concilii, quae Latine interpretatus est, invenit, cf. Migne Patr. lat. CXXIX, 448 D et 470 B.* 7) *Ed. de Boor Theophanis chronographia II (1885), 3 sqq.* 8) *Τοῦ μεγάλου ἀγροῦ siti prope Propontidem.* 9) *806—815.* 10) *Χρονογραφικὸν σύντομον ed. de Boor (1885).*

Latinorum ecclesia, ut sic scribendae a te inchoetur[a] opus historiae, ut quae ab ipso Christi adventu in ecclesia gesta sunt et textu ecclesiasticae historiae non iudicantur[b] indigna, nullo modo praetermittas, exceptis his forte, quae Eusebius[1] Theodoretus[c] Socrates et Sozomenus[2] scripsisse noscuntur. Verum quia quosdam horum mentitos in quibusdam fuisse et quaedam praetermisisse probatur[d], quemadmodum et sanctus papa Gregorius de Sozomeno apertissime scribit[3], obsecro mendacia horum veris approbationibus arguas et quae omiserunt[e] nihilominus[f] suppleas.

Accipe itaque hoc[g], karissime, incompositum opus et nihil meum in hoc prorsus insertum praenosce. Et si decessus mei debito praeventus propositum opus ego minus ad calcem perduxero, tu tamen id deperire minime patere, sed in quantum est, qualiter et ubi libuerit, utere. Porro si[h] forte a me tibi aut ex Greco transferri aut ex diversis Latinorum conscriptionibus quae historiae[i] tuae inseras difflorari[k] desideras, libenter tuis satisfaciam votis. Tantum industria tua[l] interim apostolice[m] doctus in nomine Domini opus quod hortamur arripiat et quod imminentibus nobis proposuit exequatur[n]. Porro sic ego ex his duobus illustribus viris quaedam difflorare proposui, ut pene[o] omnia, quae a[p] supra nominatis historiographis commemorata sunt, a me commemoranda non duxerim; ex civilibus[q] autem gestis quaedam summatim excerpsi[r], quamvis a Iustiniano principe[4] ac deinceps pauca[s] omiserim eorum, quae ab his chronographis relata[t] sunt. Non enim, ut praelatus beatissimus Theophanes se opinari testatur[5], modicae fructum utilitatis carpit, qui priscorum relegit actus. Oro[u] autem omnium karitatem hanc editionem nostram legentium, ut si in ea proficuum[v] quicquam invenerit, decentes[w] gratiarum actiones Deo, ex quo est omne bonum, devote persolvat et pro nobis ineruditis et peccatoribus propter Dominum[x] orare[y] ne[z] pigeat. Porro si quid inhoneste positum reppererit[a], indisciplinationi[b] nostrae hoc imputans veniam donet. Gratum enim est Deo et acceptum, quod ei secundum vires offertur*.

cf. Col. 3, 17.

8.

Anastasius bibliothecarius Martino Narniensi episcopo quaedam ex actis Martini I. papae Latine versa offert. *(874 Sept.—Oct.)*

Codd.: Par. lat. 5095 (s. IX.) f. 17', cf. K. Hampe in 'Neues Archiv' *XXIII, 632, E. Perels ibid. XXXVII, 556 et XXXIX, 51, cont. Lebègue (= P). Vallic. tom. IX (s. XI.) f. 166 (= V), descr. Perels.*

Edd.: Sirmondus Anastasii bibliothecarii sedis apostolicae collectanea (1620) p. 68 ex P = Sirmondi Opera varia 1. ed. (Paris. 1696) III, 503 = 2. ed. (Venetiis 1728) III, 319 = Maxima bibliotheca veterum

---

*) Explicit prologus *add. codd., om. P 1.*

a) incohetur *P.* b) videantur *C 1.* c) Theoderitus *C 1, P, P 1.* d) probantur *C, F, F 1;* probatur *corr. ex* probantur *V, P, om. C 1.* e) obmiserunt *F, F 1.* f) nichilominus *(o in ras.) C;* nihilhominus *V.* g) hoc itaque *F, F 1;* itaque hos *C 1.* h) et *C 1.* i) istoriae *V.* k) deflorari *F (e corr. ex i), F 1.* l) industriam tuam *C, C 1.* m) aplicae *V.* n) exquatur *F 1.* o) poene *V.* p) *om. C 1, P, P 1.* q) cibilibus *C;* ciuilibus *corr. ex* cibilibus *V.* r) exersi *C 1.* s) paucam *C;* pauca *corr. ras. ex* paucam *V.* t) relate *C 1.* u) horo *F, F 1.* v) profiscuum *C 1.* w) dicentes *C 1.* x) deum *C 1.* y) horarę *F.* z) non *V.* a) repperierit *C;* reppererit *corr. ex* repperierit *V, C 1;* reperierit *F, F 1.* b) indisciplinationis *F, F 1.*

1) *Sive Rufinus.* 2) *Cf. supra p. 419 ann. 5.* 3) *Cf. Registr. Gregorii I. VII, 31, ed. MG. Epist. I, 479 cum ann. 4.* 4) *I., 527—565.* 5) *Theophanis praefatio, ed. de Boor I, 4 l. 18.*

patrum (Lugduni 1677) XII, 842 = Gallandius Bibliotheca veterum patrum (Venetiis 1779) XIII, 43 = Migne Patr. lat. CXXIX, 585. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 5592—5594.

BEATISSIMO AC CELEBERRIMO MARTINO SANCTAE NARNIENSIS ECCLESIAE PRAESULI[1] ANASTASIUS EXIGUUS APOSTOLICAE SEDIS BIBLIOTHECARIUS IN DOMINO SALUTEM.

Quia cum episcopatus[a] apice praepositura sanctitati tuae ob meritum summae religionis beati Martini monasterii penes urbem positi[b][2] est a summis[c] pontificibus delegata[d], hortari me visa est, quatinus, quae apud Grecos repperissem ex his, quae beato papae Martino[3] pro fide ac rectis dogmatibus acciderunt, in Latinum stilum converterem[e], quamvis alius[f] sit Martinus, cuius cerneris coenobio[g] pie praeesse, et alius, cuius affectas[h] ad liquidum accidentia[i] nosse. Ille quippe Turonicus, iste vero[k] Romanus fuit antistes. Parui ergo exhortationibus[l] tuis, pater venerabilis, non tam scientia quam oboedientia. cf. 1. Reg. 15, 22/3. Scio nanque dicente Samuele meliorem esse oboedientiam quam sacrificium et auscultare magis quam offerre holocausta, 'quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere'. Igitur malui imperitia quam peccare idolatria. Verum huius operis media in aliis implicitus ipse non transtuli, sed ab alio petitu[m] meo interpretata postmodum in quibusdam correxi. Quia vero quaedam ex actis beati Maximi monachi[4] ac discipulorum eius huic[n] operi conexa et continuata repperi, et ipsa quoque, si vita comes fuerit, transferre Deo praeduce minime recusabo, sanctissime ac[o] reverentissime pater.

Data indictione octava[p] tempore domni Iohannis[q] octavi[r] papae*.

9.

Anastasius bibliothecarius Iohanni diacono collectanea ad historiam ecclesiasticam spectantia ex Graeco sermone in Latinum versa mittit. *(874 ex.)*

Cod.: Par. lat. 5095 f. 3 (cf. supra n. 8), cont. Lebègue (= P).

---

*) *Sequuntur in codicibus aliquot versus, quos hic addimus; extant praeterea in codd. Vat. lat. 1192 (s. XII.) f. 49 (= V1) et Vat. lat. 6076 (s. XVII.) f. 88' (= V2), cont. E. Perels:* Huius[s] sane initium operis iuxta sensus dumtaxat virtutem[t] ita se habet[s]:

Unice nate Deus[u] verbum[v] patris omnitenentis,
Qui sola pietate volens homo factus haberis
Et[w] genus humanum patiens in carne piasti,
Auxiliare tegens, salvos fac, erue semper
Tu[x] famulos ubicunque tuos a crimine peste[y]
Virginis egregiae precibus genitricis amandae
Et[x] duodenorum procerum simul atque piorum[z],
Cunctorum sine fine decus via vita tuorum.

a) ępiscopatum *V.* b) positus *V.* c) sumis *P.* d) delegatam *V.* e) *corr. ex* converterem stilum *signis ead. m. superscriptis P;* stilum convertere *V.* f) aliut *V.* g) *corr. ut vid. ex* coenubio *ead. m. P.* h) effectas *V.* i) accidentiae *V.* k) *om. V.* l) exortantibus *V.* m) petii *corr. ut vid.* ex petitu *V.* n) *om. V.* o) et *V.* p) quinta decima *V.* q) Marini *V.* r) iunioris *V.* s) Huius — habet *om. V.* t) veritatem *V1, V2; sed cf. supra p. 420 l. 19.* u) dei *V1, V2.* v) uebum *P.* w) ut *V, V1.* x) ut *V.* y) per te *V1, V2.* z) Conserua meritisque bonis fac uisere cęlos *add. V1, V2.*

1) *ca. 861—879.* 2) *Siti extra muros, prope ecclesiam s. Petri, cf. Huelsen 'Le chiese di Roma' (1927) p. 384.* 3) *I., 649—653, qui in exilio a. 655 mortuus est.* 4) *ca. 580—662, qui paulo post Martinum I. papam Byzantii tormentis cruciatus et in exilium missus est; cf. etiam Perels l. l. p. 259 sq.*

Edd.: Sirmondus Anastasii bibliothecarii sedis apostolicae collectanea (1620) p. 1 = Sirmondi Opera varia 1. ed. (Paris. 1696) III, 467 = 2. ed. (Venetiis 1728) III, 291 = Maxima bibliotheca veterum patrum (Lugduni 1677) XII, 833 = Gallandius Bibliotheca veterum patrum (Venetiis 1779) XIII, 30 = Migne Patr. lat. CXXIX, 557.

KARISSIMO* FRATRI IOHANNI[1] DIGNO CHRISTI[a] LEVITAE ANASTASIUS EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.

Ecclesiasticam scripturae ad multorum instructionem historiam industriae tuae promiseram ex Greco me tibi sermone[b] quaedam in Latinum vecturum eloquium[2]. Dixeras enim et summa veritate docente perhibueras ecclesiasticam te ordiri non posse fidenter historiam, nisi utriusque linguae quaedam rerum gestarum conscripta series ad tuam notitiam devenisset. Quapropter, qui tantae me imperitiae recognosco, ut nec ipsius linguae meae, in qua natus sum, ne dixerim alienae, vim penetrare sufficiam ac per hoc nunquam interpretandi quacunque ratione conamen arripere praesumpsissem, consentiens a magistris reprehendi quam te a praedicta torpore meo texenda historia removere, satisfacere tibi ecce pro viribus maturavi, credens plane a te corrigendum, quicquid meum distortum, poliendum, quicquid repertum fuerit impolitum. Sane fateor testimonium mihi perhibente conscientia, mallem haec et huiusmodi ab aliis fieri, non tam laborem fugiens quam imperitam undecunque scientiam meam, si tamen scientia et non magis inscitia sit dicenda, non nesciens, si salva pace fraternitatis tuae seu scribendae a te historiae proposito haec omittere potuissem, qui profecto tanta luce sapientiae rutilas, ut a me, non quod necessarium sed temerarium, experiri saporem proposuisse videaris. Itaque mihi interveniente oboedientia sata ab aliis rustica falce collegisse et ad aream Latinitatis fideli humero transvexisse sufficiat nil videlicet addenti vel minuenti. Tuum autem erit adiectis sententiis veluti quodam ventilabro iudicii opus historiae dilatare et verba nostra, quaè in ea inserenda decreveris, quasi quaedam frumenta purgare. Verum nos sic et haec et alia interpretandi propositum sumpsimus, ut nec ab ipsa verborum usquequaque circumstantia discessisse noscamur nec pro posse a sensus veritate decidisse videamur[3]. Porro novissimorum temporum brevia quaedam opuscula transtuli, quoniam priorum temporum gesta priores, immo maiores nostri transferentes nos in huiuscemodi opere praevenerunt, quemadmodum et longe praestantius transcenderunt. Igitur post chronographiam tripertitam, quam te hortante transtulimus[4], et alia quaedam brevissima opuscula, quae ad petitum diversorum patrum et fratrum nostrorum interpretati sumus, ad manus nostras venire contigit apologiam quarti Iohannis Romani pontificis[5] pro Honorio papa[6] a calumniatoribus[7] impetito, quod unam domini nostri Iesu Christi tantum scripserit voluntatem[8]. Quae[c] videlicet apologia satis hunc, ut reor, excusabilem reddit, licet huic sancta sexta synodus quasi heretico anathema dixerit et in Dei solius iam iudicio positum reprobationis telo confoderit[9], cum hereticus non ex

*) *Superscriptio in P:* Epistola Anastasii bibliothecarii sedis apostolicae ad Iohannem diaconem urbis Romae.

9. a) *add. poster. m. P.* b) *corr. ras. ex* sermonem *P.* c) *corr. ex* qua *m. antiqua P.*

1) *Cf. supra p. 419 ann. 1.* 2) *Cf. supra n. 7 p. 419.* 3) *Cf. supra p. 397 ann. 3.* 4) *Cf. supra n. 7.* 5) *640—642; Reg. Jaffé 2042.* 6) *625—638.* 7) *Novissimis temporibus a Photio, cf. epistolam eius Nicolao I. missam (Photii epistolae, ed. Migne Patr. gr. CII, 593 A), epistolam principi Bulgarum missam (ibid. p. 648 B), Δέκα ἐρωτήματα, I. quaestio, quae inscribitur: Ἐν ποίῳ φαίνονται πεπραχότες οἱ Ῥωμαῖοι παραλόγως (l. l. CIV, 1220 sq.).* 8) *In epistola Sergio Constantinopolitano episcopo missa, Reg. Jaffé 2018.* 9) *Cf. actionem XIII., XVI., XVIII., ed. Mansi Conc. coll. XI, 554, 622, 635.*

erroris tantum deceptione, quantum ex electione non recta et contentiosa pertinatia generetur. Quis autem erit, qui nobis interim dicat, utrum ipse pro certo dictaverit epistolam, de qua illum anathematizandi fomitem calumniatores susceperunt, cum et ex scriptoris vel indisciplinatione[a] vel in pontificem odio quid contingere tale potuerit[1], quamvis non ignoremus docente sancto Maximo in epistola sua, quam Marino scripsit presbitero[2], sanctissimum hanc scripsisse Iohannem abbatem. Esto, et ipse dictator extitit. Quis hinc illum interrogavit? Quis[b] intentionem investigavit[b]? Quis hunc corrigere voluit et ille percontanti aut emendare conanti restitit vel contentionibus serviens resul- [Luc. 6, 37.] tavit? Praesertim cum in evangelio illo, quo dicitur: 'Nolite iudicare et non iudicabimini' et cetera, nihil aliud praecipi magnis etiam magistris ecclesiae videtur, nisi ut ea facta, quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Sunt quippe quaedam facta media, quae ignoramus quo animo fiant, cum bono et malo fieri possint, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Denique duo sunt, in quibus temerarium iudicium cavere debemus, cum incertum est, quo animo quicquam factum sit, vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel malus vel bonus apparet. Quantum autem temerarium sit iudicium praecavendum, aperte Dominus [Gen. 18, 21.] indicat, qui de Sodomitis more nostro loquitur dicens: 'Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam'. Et rursus [Lev. 19, 14.] per Moysen: 'Ne maledicas surdo' ait 'nec coram caeco ponas offendiculum'. Quod [Rom. 14, 12sq.] eisdem pene verbis apostolus monet: 'Unusquisque' inquiens 'nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum'. Quis autem magis surdus vel mutus dicendus est quam is, cui cum exanimis et dissolutus iacet in sepulcro, nec auris patet ad obiecta solemniter audiendum nec os aperitur ad obiecta rationabiliter refellendum? Verum de huiusmodi iudiciis sufficiunt, quae venerabilis Anastasius apostolicae sedis praesul ad Anastasium imperatorem scribens sacrae scripturae auctoritatis pondere gravida docet[3]. Sed ne videamur tam sanctam tamque reverendam[c] synodum accusare vel temere reprehendere, licere nobis opinamur de illa sentire, quae sanctos patres nostros de Chalcedonensi magna synodo sensisse non ignoramus. Quorum unus, sanctus videlicet papa Gregorius, usque ad prolationem tantummodo canonum hanc suscipiendam fore signavit[4]. Beatus autem aeque papa Gelasius in tomo de anathematis vinculo, qualiter eadem synodus recipienda sit, luculentis exemplis et nonnullis divinis testimoniis innuit, ubi horum circumstantiam tali deliberatione concludit[5]: Haec inquiens et huiusmodi exempla nos edocent et testimonia divina confirmant non omnia passim a quocunque dicta vel ubicunque [cf. 1. Thess. 5, 21.] scripta indifferenter accipere, sed retentis bonis quae noceant refutare. Nam et hanc quoque sanctam synodum[6] canonica quaedam capitula promulgasse Grecorum scripta testantur, quae tamen pene omnia, quia sedes apostolica non approbavit[d], tota Latinitas reprobavit. Sed quid de hac sola dicimus, cum et secundam universalem synodum, quae primo Constantinopoli celebrata est, in causa primatus ecclesiarum sedes apostolica non admittat[7], quin et omnes synodos sic recipiendas decernat, ut Chalcedonensem synodum admittendam fore praedictus sanctus Gelasius papa describit[8], pro fidei scilicet com-

a) *corr. ead. m. ex* indisciplino *P.* b) quis — investigavit *al. antiqua m. in marg. add. P.* c) reuere- *in ras. al. antiqua m. (cf. ann. b) P.* d) *corr. recent. m. ex* approbabit *P.*

1) *Cf. Perels l. l. p. 277.* 2) *Quam Anastasius Latine vertit, cf. Migne Patr. lat. CXXIX, 572 C.* 3) *Reg. Jaffé 744, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 311 c. 2.* 4) *Gregorii I. Registr. IX, 147, ed. MG. Epist. II, 145.* 5) *Reg. Jaffé 701, ed. Thiel Epistolae pont. Rom. I, 559.* 6) *Scil. Chalcedonensem, cf. supra p. 414 ann. 7 et 8.* 7) *Secundi concilii universalis can. 3 a Romana sede reprobata est, cf. supra p. 414 ann. 4 et 5.* 8) *Ed. Thiel l. l. p. 558 cum ann. 5.*

munione et veritate catholica et apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit factamque firmavit. Verum si omnia exaggerare volumus, quae in Honorii papae excusationem colligere possumus, facilius charta nobis quam sermo deficiet[1], et interpretandi propositum ad dictationis profecto vertemus eloquium. Unum tamen dicemus, quod reticere procul dubio non debemus, quia talis est dictus Honorius, qualis est et pronuntiatus; quodsi talis non fuit, cui sit praefixa sententia, profecto non erit, quoniam, sicut scriptum est, homo videt in facie, Deus autem in corde[2]. cf. 1. Reg. 16, 7.

Sed ecce dum prolixius praefatio ad te nostra dirigitur, ab interpretandi studio procul abscessimus ostendere gestientes, quod in apostolicae sedis petra, quantum ad fidem pertinet, nec etiam per Honorium inventum sit unquam serpentis, id est virulentae sectae, vestigium. Sume igitur iam memoratam Iohannis papae pro Honorio apologiam, sume etiam et pro eodem ipso apologiam ex epistola Maximi[3] monachi et re vera philosophi Christique Dei nostri martyris missa Marino presbitero[4] diffloratam. Ipse quippe beatissimus Maximus non solum in iam dicta, sed et in ea quam scripsit ad abbatem Thalasium epistola[5], iam nominatum defendit Honorium, verum etiam in epistola sua dogmatica, quam ad Petrum scripsit illustrem, magnum hunc et divinum appellat[6]. Ex qua scilicet epistola de eodem papa Honorio et Hierosolimitano Sophronio[7], de quo in translatis a nobis scriptis saepe memoriam fecimus[8], atque de Pyrrho Constantinopolitano heretico patriarcha[9] difflorata quaedam atque translata en tibi afferimus. Praeterea interpretati sumus ex epistola eiusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presbiterum circumstantiam de Spiritus sancti processione[10], ubi frustra causari contra nos innuit Grecos, cum nos non causam vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant, sed unitatem substantiae Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, missionem nimirum processionem intelligentes, pie interpretans[a] utriusque linguae gnaros ad pacem erudiens[b], dum scilicet et nos et Grecos edocet secundum quiddam procedere et secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum ex Filio. difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguae proprietatem significans. Siquidem et huiusmodi pia interpretatione sanctus olim Athanasius Orientales et Occidentales super subsistentiae vel personae nomine dissidentes univit[11], dum unum idemque utrosque corde credere sensuque retinere perdocuit, licet ob linguae varietatem[c] aliter atque aliter ore confiterentur et importunis contentionibus deservirent. Transtulimus etiam quasdam epistolas Theodori papae successoris praedicti papae Iohannis, iuxta quod ordo[d] poscebat, scriptas ad Paulum, successorem Pyrrhi[12], et consecratores eius[13], quorum,

a) *m. recent. corr. ex* interpretantes *P.* b) *m. recent. corr. ex* erudientes *P.* c) narietem *P.* d) *al. m. antiqua superscr. P.*

1) *Cf. Hieronymus, Epitaphium Paulae, Corpus script. eccl. lat. LV, 323 n. 108:* Dies me prius quam sermo deficiet *(v. Levison in 'Neues Archiv' XLIII, 467); Nicolai I. epist. Reg. Jaffé 2886, 2822, 2823, ed. MG. Epist. VI, 345, 415, 423 (v. Perels l. l. p. 251 sq.).* 2) *Eundem locum affert Anastasius II. papa, ed. Migne Patr. lat. LXVII, 312 B.* 3) *Cf. supra p. 422 ann. 4. De Maximi scriptis cf. Ehrhard apud Krumbacher 'Geschichte der byzantinischen Literatur' ² p. 61.* 4) *Cf. supra 424 ann. 2.* 5) *Haud scio an Anastasius hic eandem epistolam innuat, ex qua ipse commemorationem, quid legati Romani Constantinopoli gesserint, Latine vertit, cf. infra p. 426 ann. 3.* 6) *Migne Patr. lat. CXXIX, 575 A. B.* 7) *634—638; cf. de eo Ehrhard apud Krumbacher 'Geschichte der byzant. Literatur' ² p. 188 sq.; Zuretti 'Sofronio patriarca di Gerusalemme' in 'Didaskaleion' NS. IV (1926) fasc. 1 p. 19 sqq.* 8) *Cf. Acta VII. synodi ab Anastasio versa, Migne l. l. col. 300.* 9) *638—641, 655.* 10) *Migne l. l. col. 577. Hanc epistolam ad Photii accusationes refellendas ab Anastasio versam esse manifestum est, cum ille de processione Spiritus sancti denuo quaestionem moverit; cf. etiam Perels l. l. p. 258.* 11) *Cf. Librum de definitionibus Ps.-Athanasii, ed. Migne Patr. graeca XXVIII, 537:* τὸ δὲ πρόσωπον καὶ ὁ χαρακτὴρ καὶ ἡ ὑπόστασις καὶ τὸ ἄτομον καὶ τὸ ἰδικὸν ἕν ἐστιν. 12) *II., 641—651.* 13) *Migne l. l. col. 577 sq., Reg. Jaffé 2049—2052.*

Iohannis scilicet ac Theodori eximiorum sedis apostolicae praesulum, stilus epistolarum Latina redolet eloquentia, ex quo liquido constat non Grece illas, sed Latine fuisse dictatas. Unde notandum, quod nonnulla, quae Latine fuerunt edita, Latinitas funditus mole oblivionis obruta deplorasset, nisi ex Grecorum post fonte librorum haec hausta sitibundo pectore resumpsisset[a], sicut epistolam beati papae Felicis in Petrum sententiam proferentem Antiochenum damnationis[1], quin immo sicut et ipsum quoque Clementem, quem Rufinus nostrae linguae redditum restitutum[b] et redeuntem ad Gaudentium scribens innuit et, quod Latine scriptus fuerit et amissus rursusque receptus, signanter ostendit[2]. Excerpsi nihilominus et tibi ecce translatam praesento quandam narrationis circumstantiam ex epistola sancti Maximi ad Thalasium scripta[c] [3] abbatem, quid Constantinopoli legati Romani gesserint, gratia incitandae constantiae in causa maxime pietatis ad redargutionem pusillanimorum et agnoscendae potestatis apostolicae sedis contra eos, qui ab ipsa quid violenter extorquere nituntur. Porro ecce nihilominus exhibeo tibi exilii gesta sancti papae Martini, quae ad petitum venerabilis Martini episcopi Narniensis edideram[4] una cum hypomnestico declarante breviter gesta sanctorum Maximi philosophi et utriusque Anastasii necnon et Theodori ac Euprepii et aliorum[5].

10.

Anastasius bibliothecarius (sacerdoti cuidam sanctorum Cyri et Iohannis) passionem eorundem sanctorum Latine versam mittit. *875 Ian. 30.*

Cod.: Chartres 63 (115) (s. IX/X.) f. 64, descr. E. Perels (= C). Superior codicis margo magnopere mutilatus est; de codice cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XI, 62 et 'Analecta Bollandiana' VIII, 92.

Edd.: Mabillon Museum Italicum I pars II, 83 ex C = A. Mai Spicilegium Romanum IV, 226 = Migne Patr. lat. CXXIX, 703. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 2077.

[a] . . . Non in con[b] . . . sciens ex his esse quibus[c] . . . per spiritum[d] . . . ait. Interpretatio sermonum. Pusillitatem meam[e] . . cogere volueris passionem sanctorum Kyrri atque Iohan[nis][6] ex Greco in Romanum vertendi sermonem, et qua[f] pro causa tanta nos ad hoc instantia in aliis multis inplicitos urseris[g], mecum tractavi[h]. Sed aliut nil prorsus occurrit, nisi quia caritatis[i] fraternae teneris affectu gestientis profecto non solum[k] Grece, set et Latine accedentes proximos salutaris pabulo verbi reficere et ad pia exempla et horum fortes pro Christo agones accendere, praesertim cum ecclesia, in qua divinis penes Urbem cultibus et obsequiis incumbis, horum victoriosissimorum martyrum memoria, immo miraculis fulgeat[7] et eorum annuae celebritatis en dies festus[8] inmineat. Ergo, prout potui[l], caritati tuae satisfeci et omisso[m] parumper opere prae manibus habito votis parere tuis etiam languidus malui. Sane passionis horum duas editiones[n] [9] . . .

---

a) resumpsiset *P.* b) -tum *rescr. forte ead. m. P.* c) scriptam *P.*

10. a) *desunt 1—2 lineae C.* b) *desunt ca. 28—30 litterae C.* c) *desunt 7—8 litterae C.* d) *desunt 4—5 litterae C.* e) *desunt ca. 2 litterae C; forte legendum est:* cur. f) quia *C.* g) urseri *C.* h) *corr. C.* i) *corr. ead. m. ex* caritas *C.* k) sum *C.* l) *corr. ex* poptui *C.* m) omissio *C.* n) *desunt prima vel prima et secunda linea folii 64'; tertiae lineae desunt ca. 30—32 litterae C.*

1) *Reg. Jaffé † 605 — † 607.* 2) *Cf. Recognitiones Ps.-Clementis ed. Gersdorf (Lipsiae 1838) p. 1.* 3) *Migne l. l. col. 583.* 4) *Cf. supra n. 8.* 5) *Migne l. l. col. 681 sqq., cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 5844.* 6) *Cf. de eis Bolland. Acta Sanctorum ³ 31. Ian. III, 696 sqq.* 7) *Reliquiae martyrum in ecclesia ss. Cyri et Iohannis apud viam Portuensem aedificata ('S. Passara') conditae erant; cf. Huelsen 'Le chiese di Roma' (1927) p. 246.* 8) *Ian. 31.* 9) *Has duas passiones ed. A. Mai Spicilegium Romanum IV, 230 sqq.*

iter interpre[a] . . . progredi religio tua [vo]luit et ortata [est]. Huius autem scriptor sanctus Sophronius[1], qui post Ieroso[lim]itanus claruit praesul, extitit. Cuius celebris me[mo]ria in multis[b] maiorum conscriptionibus, [sed] et in sancta sexta et universali synodo[2] repperitur, praesc[r]tim[c] cum nonnulla ad instructionem multorum opuscu[la] ediderit et sana orthodoxae fidei dogmata praedicaverit, sed et horum insignium martyrum non tantum passionem, verum etiam septuaginta[d], qui numerus apud nos sacra[tu]s est, capitula miraculorum ipsorum conscripserit, quin potius principibus mundi non solum christianae, sed et externae religionis pro domo Domini murum inexpugnabilis veritatis obposuerit et (cf. Ez. 13, 5.) constantia fortis invectionis arguerit. Quorum videlicet miraculorum Bonifatius consiliarius[3] ad petitum Theodori primicerii defensorum[e] ecclesiae Romanae[4] duodecim cum praefatione capitula olim interpretatus est[5], cetera si[f] Deo auctore vita fuerit comes[g] nostri[h] . . . ipsorum transitum[i] . . . Deum orare ne cesses, re[verent]issime[k] Christi sacerdotis sacerdos[l].

Data III. kal. Februar. indictione VIII. anno III. domini nostri Iohannis[m] octavi papae.

Sume sacer tandem sanctorum letus agones,
Grai[n] qui fuerant, factos nunc arte Latinos.

11.

Anastasius bibliothecarius Landulfo Capuano episcopo translationem s. Stephani necnon sermones quosdam Amphilochii Latine versos mittit. *(ca. 874—875).*

Codd.: Bern 48 (s. X.) f. 124, cf. H. Hagen Catal. codd. Bernen. (1875) p. 69, cont. E. Perels (= B); ex quo sumptus videtur esse textus codicis Paris. lat. 12606 (s. XII.) f. 54' (olim Floriac. deinde s. Germani), cf. Bolland. Catal. hagiogr. lat. Paris. III, 142, quem cont. P. Schmid (= B 1). Casanat. lat. 463 (s. XIII.) f. 79, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Roman. p. 224, cont. E. Perels (= C).

Edd.: Monachi s. Benedicti e congregatione s. Mauri, S. Aurelii Augustini episcopi opera omnia VII (ed. Antverpiae 1700) Appendix p. 10 'e vetere libro Floriacensi' (verisimiliter B 1) = Migne Patr. lat. XLI, 817. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 7857.

LANDULFO*[a] EGREGIO ET DEO DIGNO EPISCOPO CAPUANO[6] ANASTASIUS EXIGUUS APOSTOLICAE SEDIS[b] BIBLIOTHECARIUS[c] IN DOMINO SALUTEM.

Quia sancta ecclesia, cui venerabilitas tua praeesse decenter agnoscitur, beati Stephani reliquiis et memoria celebris et insignis habetur ac[d] per[e] hoc magno erga eius reveren-

---

*) *Superscriptio in B:* Incipit epistola Anastasii in translatione prothomartiris Christi Stephani; *in C:* Incipit prologus in translatione sancti Stephani prothomartyris.

a) *desunt ca. 8 litterae C.* b) memoria *hic iterum add. C.* c) pse||tim *C.* d) LXX *al. m. superscr.* septuaginta *C.* e) defensorem *C.* f) soli *C.* g) com mes *C.* h) *desunt prima vel prima et secunda linea folii 65 C.* i) *desunt ca. 28—30 litterae C.* k) re . . . issimi *(desunt ca. 6 litterae) C.* l) Explicit *add. C.* m) *om. C.* n) *add. in marg. C.*

11. a) Landuleo *B 1;* Landulpho *C.* b) *om. B, B 1.* c) bibliotecarius *B, B 1.* d) hac *B, B 1.* e) pro *B 1.*

1) *De quo supra p. 425 ann. 7.* 2) *Cf. Mansi Conc. coll. XI, 556.* 3) *Bonifatius consiliarius quidam in actis VII. synodi universalis (interpr. Anastasio, ed. Migne Patr. lat. CXXIX, 227 B) commemoratur, qui a Benedicto II. papa (683—685) ad Macarium a VI. synodo universali damnatum mittebatur.* 4) *De quo nihil aliunde novimus.* 5) *Haec miracula Graece et Latine ed. A. Mai l. l. III, 1 sqq.* 6) *Cf. supra p. 3 ann. 5 et saepius.*

tiam sanctitas tua flagrat affectu, ratum duxi penes Mantuanam urbem sedis apostolicae[a] legationis apud augustos[b] [1] explendae[c] causa degens[2] translationem ipsius sacri corporis Grece conscriptam ac[d] ex improviso delatam Latineque[e] nusquam[f] a me ante prorsus inventam Romano dare sermoni tuaeque piae destinare devotioni, quatinus per hoc et otiositatis[g] a me rancor excluderetur et Latinitas[h] tantorum miraculorum cognitione minime fraudaretur[i]. Accidit[k] autem ut etiam super hoc a praefatae urbis incolis[l] obnixe rogarer[m], eo quod illic huius martyris habeatur templum honesta qualitate[n] constructum.

Suscipe itaque hoc opusculum et mira, quae primus Christi domini martyr atque diaconus[o] post transitum gessit quaeque forte hactenus ignorasti, comperiens[p] laudes auctori dignas[q] repende diemque anniversarium mei quoque non immemor in huius mirabilis translationis celebrationem[r] sollemniter age. Sed quoniam tunc temporis ibidem[s] positus[t] sermonem nihilominus[u], quem de virginitate super Anna et Symeone, immo quem[v] de tribus professionibus[w] Amphilochius Ichonii praesul[3] habuerat, interpretatus sum, et hunc quoque cum memorato[x] simul opusculo sanctimoniae tuae mittere procuravi. Spiritali quippe nil fere[y] commodius duxi quam spiritalia offerenda. Beatitudo tua in aeternum valeat mei memor impetrantibus[z] Dei sedes orationibus suis[*].

12.

Anastasius bibliothecarius Petro Gabinensi episcopo passionem sanctorum martyrum in monte Ararat occisorum in Latinum versam sermonem mittit.

(ante 876 Iul.)

Codd.: Hic prologus tribus versionibus nobis traditus est, quarum quae maxime stilum Anastasianum sapere videtur, servata est in cod. Sessoriano bibliothecae 'Vittorio Emanuele' XXI (49, olim s. Crucis in Ierusalem) (s. XII/XIII.) f. 148, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Roman. p. 107 (= B). Cum hoc codice congruit apographum a. 1601 a P. C. Sfondrato sumptum 'ex antiquissimo codice manuscripto, quod in monasterio monialium s. Ceciliae Transtyberim asservatur', in cod. Vat. lat. 6075 f. 148', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 170 (= B 1). — Secundae versionis initium tantummodo extat in cod. Bourges 122 (111) (s. XI.) f. 1, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) IV, 31 (= C); integram praebent codd. Bruxell. reg. 8873—78 (de Gheyn 3218) (s. XII.) f. 72 (= C 1); Bruxell. reg. 9290 (de Gheyn 3223 tome II) (s. XIII.) f. 128' (= C 2); Vat. reg. lat. 542 (s. XII.) f. 72', cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Vat. p. 368 (= C 3). Extant praeterea duo apographa admodum depravata in codd. Vat. reg. lat. 534 (olim Petarii 103, cf. Montfaucon Bibliotheca I. 72 D) (s. XV.) f. 1, cf. Bolland. l. l. p. 359, et Venet. Marc. lat. XIV, 51 (Class. XXII, 170) (s. XVI/XVIII.) f. 227, quorum varias lectiones negleximus. — Tertia versio, quae a stilo Anastasii plane abhorret, e versione C dependere videtur; asservata est in cod. Florent. bibliothecae nationalis II, X, 24 (olim bibliothecae Ioannis Laurentii Puccii, a. 1813 ex. pro bibliotheca publica Malliabecchiana empto, ut f. 1 indicatum est) (s. XV.) f. 1, cf. G. Mazzatinti 'Inventari dei Mss. delle

---

*) Explicit epistola *B*. Explicit prologus *C*.

a) *in ras. B;* set et apostolice *C*. b) *corr. ex* augustas *B;* angustas *C*. c) explenda *B, B 1*. d) *corr. ex* ad *B;* et *C*. e) latio neque *C*. f) *om. C*. g) -tio- *in ras. B*. h) Latini *(ult. litt. in ras.) C*. i) fraudarentur *(fortasse post. m. corr. ex* fraudaretur*) C*. k) *sequuntur duae litterae erasae C*. l) episcopo *C; om. B 1*. m) rogaret *C*. n) *corr. ex* honeste qualitatis *B;* honeste qualitatis *C*. o) dyaconus *B*. p) comperies *C*. q) dig *B 1*. r) celebratione *C*. s) *evanuit, ita ut non iam legi possit B*. t) propositus *C*. u) nihil hominus *B*. v) *om. C*. w) processionibus *C*. x) commemorato *C*. y) fore *C*. z) *corr. ex* impenetrantibus *B*.

1) *Scil. Ludovicum II. imperatorem et Angilbergam eius uxorem.* 2) *De hac legatione nihil aliunde novimus.* 3) *De quo cf. supra p. 399 ann. 3.*

biblioteche d'Italia' XII, 35. Hanc versionem (D) in annotatione subiungimus. Codices Bruxellenses cont. G. Laehr, reliquos omnes E. Perels. — Non adhibuimus hos codices: Paris. lat. 5565 B f. 1, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Paris. II, 472; Lateran. A 79 f. 256', Alexandr. 93 f. 1058 et 1072, Vallicell. H 25 f. 81, cf. Bolland. Catal. codd. hagiogr. lat. Roman. p. 55, 150, 443.*

Edd.: Mabillon Museum Italicum I pars II, 80 ex B = Migne Patr. lat. CXXIX, 743. Bolland. Acta Sanctorum ³ 22. Iun. V, 157. — Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 20.

PETRO ** EGREGIO[a] EPISCOPO SANCTAE GAVINENSIS ECCLESIAE[1] ANASTASIUS[a] SUMMAE ET APOSTOLICAE SEDIS BIBLIOTHECARIUS IN DOMINO SALUTEM.

Post translatam[b] a me ad petitionem[c] sanctitatis tuae[d] passionem praecipui doctoris et martyris Petri Alexandrinae[e] urbis episcopi[f 2] mihi praecipere voluisti, quod[g] passionem sanctorum mille quadringentorum octoginta[h] martyrum apud Grecos habitam[3] Latino[f]

*) *Versio D:* In nomine domini nostri Iesu Christi crucifixi. Incipit prologus venerabilis Anastasii armariste et custodis librorum apostolice sedis ad venerabilem patrem episcopum Sabiniensem sacrosancte Romane ecclesie cardinalem super passione sanctorum decem milium militum ac martirum crucifixorum, de quibus beatus Ieronimus in suo martilogio *(sic)* scribit[4], quod passi fuerunt X. kal. Iulii. Sequitur epistola.

Venerabili patri suo domino Petro episcopo Sabinensi sacrosancte Romane ecclesie cardinali Anastasius sedis apostolice armarista in Domino etternam *(sic)* salutem.

Post translationem passionis precipui et singularis doctoris et pretiosi martiris beati Petri Alexandrini ad petitionem sanctitatis tue per me licet ignorantem et indignum compilatam placuit tibi mandare, ut passionem decem milium militum et martirum crucifixorum de lingua Greca in Latinam et vulgarem transferrem. Ipsi enim apud Grecos in excellentissimam famam magnamque habentur in laudem, ita ut omnes ecclesie orientales de ipsis maximam venerationem et celebritatem devotissime solenizare non desinant. Ego vero parvam scientiam meam considerans non atentabam *(sic)* tam arduum opus assumere, verum apud tuam paternitatem metuens de inobedientia inculpari preceptum tuum soleniter agressus *(sic)* sum, potius eligens a viris prudentibus et doctis de insufficientia quam apud tuam paternitatem de inobedientia increpari, atento *(sic)* maxime, quod sanctitas tua in sanctorum amore martirum adcensa non ponderabit rusticitatem lingue mee extranee et peregrine in alieno ydiomate transformatam, sed martirum potius gloriosos *(corr.)* triunfos cum victoriis precellentes. Que etiam per balbutientes et minus scientes, etiam si non ornatu verborum iudicari possunt, verius extimabit *(sic)*, ut christiani fideles maxime valeant considerare, qualiter erga sanctorum multitudinem reverentiam maximam exibeant et condignam, ut sanctorum sotietatis in celesti regno fiant participes et consortes. Paternitatem tuam semper conservet altiximus *(sic)*, que pro me filio conservo tuo solita benignitate recordetur orare

Explicit epistola. Incipit passio sanctorum martirum crucifixorum.

**) *Superscriptio in B:* Incipit prologus in passione sanctorum mille quadringentorum octoginta martirum; *in C, C 1, C 2:* Incipit prologus passionis *(*in passione *C 2)* X milia martirum *(*martyrum *C 2); in C 3:* Prologus in passione gloriosi martyris Achatii sotiorumque eius decem milium.

12. a) e regione sanctae Sabinensis *(corr. ex* Sabiensis *C,* Savinensis *C 1,* Saviniensis *C 3)* ecclesiae episcopo Athanasius *(*Anatasius *C 3) C — C 3.* b) mane *add. B, B 1, del. B.* c) [ad] petiti[onem] *(uncis inclusa in rasura) B;* appetitu *B 1;* peticionem *(*ad *om.) C;* peticione *C 1, C 2.* d) tuae sanctitatis *C — C 3.* e) Alexandrię *C, C 1.* f) *pro* episcopi — Latino *habent C — C 3:* patriarchae placuit tibi mihi praecipere *(*pcipere *(!)* mihi *C 3),* ut passionem sanctorum *(*martyrum *add. C 3)* multorum, quorum apud Grecos insigne habetur *(*habetur insigne *C 3)* praeconium *(om. C 3),* Latino *(om. C 3).* g) *corr. ex* quo *B;* quo *B 1.* h) *corr. ex* quadringenti octoagiuta *B.*

1) *Cuius mentio fit a. 853, 861, 868, cf. Ughelli Italia sacra ² IX, 108. Successor eius Leo in synodo Pontigonensi mense Iulio a. 876 commemoratur, cf. Annales Bertiniani a. 876, ed. Waitz p. 130, Capitula Odonis n. 5, ed. MG. Capit. II, 351. Frustra Bollandistae l. l. p. 153 ostendere studuerunt nunquam sedem Gabinensem episcopalem extitisse.* 2) *Ed. A. Mai Spicilegium Romanum III, 671 = Migne Patr. lat. CXXIX, 689. Finis huius passionis, qui in editione Maii desideratur, editus est in Bibliotheca Casinensi III, Florilegium Casinense p. 187. Cf. Bolland. Bibl. hag. lat. n. 6692.* 3) *Hanc Bollandistae l. l. p. 151 sq. apocrypham iudicant.* 4) *Ed. Rossi et Duchesne apud Bolland. Acta Sanctorum ³ Nov. II, 1 p. [81].*

traderem[a] eloquio[b]. Sed[c] considerata imperitia[c] scientiolae meae primum quidem hoc[d] aggredi non[e] praesumpsi. Deinde vero[f] paternitati[g] tuae inoboediens apparere refugiens[g] parui et quod iussisti caelitus adiutus explevi, mallens penes[h] doctos de inscientia reprehendi quam apud[i] paternitatem tuam[k] pro inoboedientia culpabilis exhiberi, praesertim cum sanctitas tua[l] in amore[m] martyrum flagrans non rusticitatem[n], qua et apostolos[o] ante vocationem non caruisse manifestum est[n], sed triumphos eorum, qui ex[p] ipsa minus urbana peritia utcumque sciri[q] possunt[r], attendat[s] et ad venerationem multorum enucleatos habere desideret. Bene valens diutius in Domino paternitas tua pro nobis orare dignetur.

Sume[t] pater placidus multorum gesta piorum,
Rusticus ex tomo calamus quae vertit Achivo*.

13.

Anastasius bibliothecarius Karolo (Calvo) imperatori scripta Dionysii Areopagitae, quae Iohannes Scotus Latine verterat, glossis et ex Graecis interpretatoribus desumptis et ex suo additis aucta mittit. *875 Mart. 23.*

Codd.: Bern 19 (s. X/XI.) f. 1, cf. H. Hagen Catal. codd. Bernen. p. 12, cont. I. Schwalm (= B), quocum maxime concordat Avranches (olim s. Michaelis in periculo maris) 47 (s. XII.) f. 3, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) X, 23, cont. E. Perels (= B 1); Berlin Phillipp. lat. 1668 (Rose 46) (s. X.) f. 1', cont. G. Laehr (= Ph); Florent. Laurent. Plut. LXXXIX sup. 15 (s. X.—XI.) f. 1, cf. L. Bethmann in 'Archiv' XII, 722, cont. E. Perels (= F); Oxford St. John 128 (s. XI.) f. 1, cf. H. O. Coxe Catal. codd. mss. qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie adservantur II (1852) pars VI p. 38, cont. K. Hampe (= O); O nonnullis locis manu saec. XII. correctus est; ex eo correcto derivatus est Oxford Bodleian. e Musaeo n. 134 (148) (s. XIII.) p. 1, c.. Bernard Catal. libr. mss. Angliae et Hiberniae I, 1 (1697) p. 172 n. 3614, cont. W. Levison (= O 1); Carpentras 32 (s. XII.) f. 92, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XXXIV, 20, cont. E. Perels (= C); Lyon 'Bibliothèque de la ville' 598 (512) (s. XII.) f. 1, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XXX, 153, cont. Leopold Perels (= L); Paris. lat. 2612 (s. XIII. in.) f. 1', cf. K. Hampe in 'Neues Archiv' XXIII, 630, cont. Hampe (= P). — Non adhibiti sunt hi codices: Vat. lat. 176 (s. XIV.) f. 1' et 177 (s. XIII.—XIV.) f. 2; Vat. Urbin lat. 62 (s. XIV. in.) f. 1'; Venet. Marc. LII, 26 (Class. VII, 1) (s. XIII.), quos inspexit E. Perels; Tours 338 (olim s. Gratiani 118) (s. XIII.) f. 33, cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 8°) XXXVII, 257; Toulouse 150 (s. XIII.), cf. 'Catal. général des Mss. Départ.' (in 4°) VII, 68; Paris lat. 1618 (s. XII.), 1619 (s. XIV.), 15 629 (s. XIII.), 15 687 (s. XIII.), 17 341 (s. XIII.), 18 105 (s. XIII.), cf. Théry in 'Revue d'histoire ecclésiastique' XXI, 45; Paris 'Bibl. de l'Arsenal' 349 (s. XIII.) f. 128, cf. 'Catal. général des Mss. Paris, Bibl. de l'Arsenal' I, 213.

Edd.: Usserius Veterum epistolarum Hibernicarum sylloge (1632) p. 45 = Migne Patr. lat. CXXIX, 739. Floss apud Migne Patr. lat. CXXII, 1026 ex F adhibita editione Usseriana.

---

*) *Sequuntur in B et C 1:* Explicit prologus. Incipit passio; *in C 2:* Finit prologus. Incipit passio; *in C 3:* Incipit passio sanctorum martyrum Achacii primicherii et Heliadis ducis et Theodori magistri militum et Carterii campidoctoris con sociis eorum X milia. Quę est X.mo kl. Iulii.

a) *sic C, C 1, C 2;* traderemus *B, B 1;* traderemus Latino *C 3.* b) *hic explicit C.* c) Quod *B, B 1; pro* Sed — imperitia *habent C 1—3:* Sed considerans ego imperitiam. d) hoc quidem *C 3.* e) *om. C 3.* f) dehinc *(*vero *om.) C 3.* g) *pro* paternitati — refugiens *habent C 1—3:* tuę paternitati refugiens apparere inobediens. h) pene apud *C 1;* apud *C 2.* i) *in ras. B; om. C 3.* k) tuam paternitatem *C 1—3.* l) tua sanctitas *C 1—3.* m) *corr. ex* more *B;* amorem horum *C 3.* n) *pro* rusticitatem — est *habent C 1 et C 3:* rusticitatem attendat linguę peregrinę *(*peregrinę linguę *C 3)* transformatam in Athica loquutione *(*Atthicam locutionem *C 3); C 2:* rusticitatem attendat linguę transformatam ex Attica locutione in Latinam. o) *sic B 1;* apostolum *corr. ex* apostolus *B.* p) et *C 3.* q) scire *B, C 3.* r) *hinc usque ad finem C 1—3 sic pergunt:* considerare *(*ex qua et considerare *C 2)* valent, qualiter erga horum sanctorum multitudinem maximam exhibeant venerationem, quorum *(*qui eorum *C 2)* participes esse in regno Dei semper se optant. Bene diutius valeat tua paternitas in Domino ac pro nobis semper orare dignetur. s) attendant *B.* t) Summe *B.*

Inter* cetera studia, quae tam laudabilis actio quam saluberrima commonitio, quin et[a] odorifera volans opinio de virtutum[b] ac morum qualitate tuorum, o[c] dictator inclite[1], mortalium mentes excitat et[d] ad effodiendam sapientiam velut[e] thesauros hor- cf. Prov. 2, 4. tatur[f], illud quoque non mediocri est admiratione[g] stupendum[h], quo[i] non solum Latinos patres, sed et[k] Grecos rimari non cessas et Romana lingua pollentes Pelasgarum[l] facis[m] rerum expertos[n]. Tu quippe facis, qui ad faciendum suscitas et hortaris[o], quia et nos[p] saepe magnam domum fecisse dicimur, non tamen manibus, sed affatibus. Beatus itaque Ariopagita Dionisius[q] Atheniensis antistes, quem inter cetera constat industria tua, praestantissime principum, in[r] Romanum[s] sermonem translatum[2], tantum est, ut ipse potius[t] nosti, ad intelligendum[u] difficilis, quantum in sermone sublimis, immo quantum difficilia sunt intellectu et alta misteriis[v], quae ipse perscrutatus superna revelante gratia didicit et archana[w] theologiae[x] divina se ducente[y] manu ingressus in[z] sanctuarium Dei ablato[a] velamine penetravit. Mirandum igitur est, quia pietas tua nec talia[b] indiscussa reliquit[c], sed haec, licet in terris ambulet, tamquam in caelis conversans[d] adit[e], ita ut veluti quidam, ut ita fateamur, angelus vel caelestis homo sancta cf. 1. Cor. 15, 47. sanctorum ingredi contemplatione videaris et ad[f] abdita et adyta[g] divinae ineffabilitatis, quantum possibile est mortalibus, acutis spiritualium oculorum[h] visibus accessisse credaris. Mirandum quoque est, quomodo ille vir barbarus, ille qui in finibus mundi positus, quanto ab hominibus conversatione, tanto[i] credi potuit[k] alterius linguae dictione longinquus, talia intellectu capere in aliamque linguam transferre[l] valuerit[m]: Johannem innuo Scotigenam[n], virum, quantum auditu comperi, per omnia sanctum. Sed hoc operatus est artifex ille Spiritus, qui hunc ardentem pariter et loquentem fecit[o]. Nisi cf. Act. ap. 2, 3. 4. enim ex gratia ipsius igne karitatis[p] flagrasset, nequaquam donum linguis[q] loquendi procul dubio suscepisset[r]. Nam hunc magistra karitas docuit, quod ad multorum instructionem et[s] aedificationem patravit. Verum etsi ad mensuram datus est[t] ei spiritus, ipse tamen paternis doctrinis imbutus, quantum potuit, fecit et prodesse proximis ultra[u] vires[3] temptavit. Siquidem[v] praeter[w] illa, quae hunc latuisse probantur ex his, quae sparsim a quibusdam de[x] praedicti patris sermonibus et epistolis ante nos interpretata inveniuntur[4], plurimum utilitati[y] subtraxit, quia[z] tanto studio verbum e verbo elicere

---

*) *Superscriptio in codd.:* Praefatio Anastasii apostolicae sedis bibliothecarii ad excellentissimum regum[a] et christianissimum Karolum regem[b].

13. a) etiam *O, P.* b) virtutem *O 1.* c) *om. L.* d) *om. C.* e) ł (= vel) *C.* f) ortatur *B, B 1, Ph, C.* g) ammiratione *B, L, O 1.* h) stipendum *C* i) quod *L.* k) *om. C.* l) s *in ras., al. m. superscr.* id est grecorum *F.* m) facies *C.* n) *sic L;* expers *corr. ex* expartes *Ph;* expers *B, B 1;* expertes *F, O, O 1, C, P.* o) ortaris *B.* p) *al. m. superscr. Ph.* q) Dionysius *hic Ph;* Dyonisius *hic et semper O, O 1;* Dyonisius *hic, infra* Dionisius *L;* Dionisius *reliqui.* r) *om. B 1.* s) Romanorum *B 1, O 1.* t) potentius *F, O, O 1, L.* u) intellegendum *Ph, F; sic etiam infra p. 432 l. 26 sq.* v) mysteriis *F, O.* w) arcana *F.* x) theologye *B, Ph.* y) succedente *O 1.* z) *superscr. Ph.* a) *corr. ex* oblato *F;* et ablato velato *C.* b) alia *O, O 1.* c) reliquid *B, B 1, Ph, C, P.* d) conversus *L.* e) addit *B, B 1.* f) *om. C.* g) adita *corr. ex* adyta *O;* adita *C, P, O 1.* h) occulorum *Ph, C.* i) *corr. ex* toto *F.* k) potuit credi *C.* l) tranferre *Ph.* m) *corr. ex* voluerit *F.* n) *superscr.* y *B, Ph;* scottigenam *F, L;* scotygenam *C;* scothigenam *B 1.* o) facit *B, B 1, F, O 1.* p) car. *hic et infra l. 24 F, O, O 1.* q) longius *L.* r) suscepisse *C.* s) ad *add. et del. Ph.* t) *om. B 1.* u) multos *del.,* ultra *superscr. C.* v) *sequuntur 2 litterae erasae F.* w) *corr. m. post. ex* pater *O.* x) *om. O, O 1.* y) *corr. ex* utilitate *C;* utilitatis *F, O, O 1.* z) qui *B, B 1.* a) *om. F, O, O 1.* b) regum Karolum *F;* regem Karolum *O, O 1.*

1) *Scil. Karolus Calvus, rex occidentalis Franciae 840—877, imperator 875—877.* 2) *A Iohanne Scoto, cf. eius epistolam dedicatoriam Karolo Calvo missam, ed. MG. Epist. VI, 158, et epist. Nicolai I., ed. ibid. p. 651.* 3) *Cf. Iohannis Scoti epist. l. l. p. 159 l. 4:* ultra vires nostras. 4) *In actis conciliorum sparsim loci Dionysiani laudati erant.*

procuravit[1], quod genus interpretationis, licet et ipse plerumque sequar[2], quantum illustres interpretes vitent, tua profecto sollers[a] experientia non ignorat. Quod cum
cf. Ps. 33, 19. non egisse aliam ob causam existimo, nisi quia, cum esset humilis spiritu, non praesumpsit verbi proprietatem deserere, ne aliquo modo a sensus veritate decideret[b]. Unde factum est, ut tantum virum, qui per se, quoniam intima et ardua quaeque utriusque philosophiae[c] penetralia[d] rimari proposuit, perplexus nostris intellectibus[e] videbatur[f], intra cuiusdam labyrinti[g] difficilia[h] inretiret[i k] et in antris profundioribus invisibiliorem quodammodo collocaret et, quem interpretaturus susceperat[l], adhuc redderet interpretandum. Quapropter ipse[m] merito anexius[n] coepi sedulus quaerere, si forte repperiri[o] potuisset praeceptor quisquam vel aliquod scriptum, quo enucleante[p] tantus pater nobis liquidius illucesceret[q] et, quia[r] iam per interpretis industriam linguae nostrae[s] fuerat traditus[t], nostris quoque patulus redderetur perfectius intellectibus. Tum[u] ecce repente parathesis sive scolia[v] in eum, quae[w] Constantinopoli[x] positus[3] videram, ad manus[y] venere[4], quibus utcumque interpretatis mihi aliquantulum[z] magis emicuit, quae videlicet in marginibus[a] interpretati codicis eius, ut in Greco repperi[b], mox interpretata utcumque, donec a docto melius interpretentur[c], respondentibus signis[d] interpres ego satis imperitus[e] apposui vestraeque gloriosae sapientiae potissimum fore mittenda non immerito iudicavi[5], ut scilicet, quae[f] fuit[f] alterius interpretationis hortatrix et auxiliatrix, sit[g] etiam nostrae[h] qualiscumque susceptrix et approbatrix. Ipsorum autem scoliorum[i] seu[k] parathescon quaecumque in calce sui signum vivificae crucis habent, a beato Maximo confessore[6] ac[l] monacho inventa[m] narrantur; cetera vero sancti Iohannis Scytopolitani[n] antistitis[7] esse feruntur[o]. Sane ubi a[p] verbis interpretis scolia ipsa dissentire vidi, ut lector, quid de apposita dictione[q] interpres senserit, quid[r] scolion insinuet[s], indifficulter[t] agnoscat, et verba interpretis[u] scolio inserui et, qualiter ea[v] scolii compositor[w] protulerit[v], innui. Sed et, sicubi oportunum fore conspexi, ex me quoque, quoniam aliter esse non potuit, paucissima[x] quaedam, et quae facilius ab[y] in-

a) solers *B, B 1, Ph, P.* b) discederet *vel* discideret *corr. C.* c) philosophye *Ph;* philosophia *B 1.* d) penitralia *F.* e) intellectus *C.* f) [2] nostris [3] intellectibus [1] videbatur *ita numeris superscr. disposuit O;* videbatur nostris intellectibus *O 1.* g) laberinti *B, B 1, C, L;* labyrinthi *F.* h) [2] cuiusdam [3] labirinthi *(corr. ex* laberinthi*)* [1] difficilia *ita numeris superscr. disposuit O ;* difficilia cuiusdam labirinthi *O 1.* i) inretiret difficilia *signis superscr. in rectum ordinem redegit Ph.* k) *sic B, B 1, Ph;* irretiret *reliqui.* l) et *add. et del. Ph.* m) *corr. ex* ipsi *F.* n) *sic B, B 1, Ph, O 1;* anxius *reliqui.* o) reperiri *Ph, C, P.* p) l *corr. ex* c *B.* q) illucesseret *O 1.* r) qui *B, B 1.* s) nostre lingue *P.* t) traditus fuerat *B 1.* u) cum *O.* v) *hic et infra* schol. *vel* scol. *Ph;* schol. *F, O.* w) *corr. ut vid. ex* quem *Ph;* quem *B 1.* x) Constantinopolim *B, B 1.* y) manum *F, P, corr. Ph.* z) aliquantum *P.* a) *corr. ex* imaginibus *O.* b) reperi *B, P, C;* reperi *corr. ex* reperiri *Ph.* c) interpretarentur *C.* d) *om. B, B 1, Ph, P; post. m. add. C.* e) *corr. ex* imperitis *Ph.* f) *in ras. add. O.* g) *corr. ex* si *Ph.* h) nostri *P.* i) scolia sunt in quibus ea que uidentur obscura et difficilia summatim et breuiter perstringuntur et est grecum *add. in marg. O.* k) siue *O.* l) *corr. ex* hac *B, B 1.* m) *corr. ex* inuento *Ph.* n) Scythopolitani *F;* Scitopolitani *L;* Scetopolitani *P.* o) *corr. ex* ferentur *Ph.* p) *superscr. F.* q) lectione *B 1.* r) de *add. B, B 1.* s) insunuet *L;* agnoscat *add. et del. Ph.* t) ut difficulter *L;* indifficultum *O 1.* u) interprestis *Ph.* v) [1] ea [3] scholii [4] compositor [2] protulerit *ita numeris superscr. disposuit O;* ea protulerit scolii compositor *O 1.* w) compositorum *B, B 1.* x) pacissima *C.* y) ad *P.*

1) *Cf. supra p. 397 ann. 3.* 2) *Cf. supra p. 411 l. 6.* 3) *Cf. supra p. 410 l. 15 sq.* 4) *Quae scholia Graece edita sunt a Balth. Corderio, Dionysii Areopagitae opera II (Venetiis 1755) = Migne Patr. graeca IV.* 5) *Haec Anastasii interpretatio, quamvis in multis extet codicibus, nondum publici iuris facta est.* 6) *Cf. supra p. 422 ann. 4.* 7) *Iohannes Scholasticus, qui vixit VI. saec. in. Hic an idem qui Iohannes episcopus Scythopolitanus fuerit, non satis constat, cf. Ehrhard apud Krumbacher 'Geschichte der byzantinischen Literatur'* [2] *p. 56.*

telligenti agnosci poterunt, interposui. Praeterea notandum est, quia, licet tantae gloriae tantaeque scientiae seu antiquitatis iste sanctus Dionisius[a] fuerit, nunquam tamen aliqua opuscula eum edidisse, ni fallor, quaecumque orthodoxorum[b] scripta traditio[c] prodit[d], priusquam Romani pontifices, Gregorius videlicet Martinus[e] et Agatho, dictorum eius conscriptis suis mentionem fecerint et[f g] ea per hoc probabilia[h] iudicantes admiserint[g], Gregorius scilicet[i] in homelia[k] capituli evangelici de centum ovibus et decem[l] dragmis[m] [1], Martinus in sinodo[n] sua[o], quam Romae contra hereticos celebravit[2], et Agatho in epistola, quam ad sextam sinodum destinavit[3]. Unde veram esse Grecorum opinionem conicio perhibentium[p] libros eius a prioribus hereticis occultatos, donec longo post tempore ex opusculis eius solus codex, qui nunc habetur[q], est Romae[r] repertus[s] ceterisque nondum inventis in Greciam asportatus. Edidit enim et alios, ut ipse innuit[4], libros, quos nec Grecus[t] quisquam nec adhuc potuit invenire Latinus. Et quidem Lucas[u] in actibus apostolorum Eusebiusque Pamphili et Dionisius Chorinthiorum[v] antistes de eo quaedam miranda tradunt[5]; quae vero scripserit, nisi me oblivio fallat, omnino non tradunt. Suadet autem ad hoc ita credendum etiam illud, quod[w] nemo probabilium tractatorum[x], sicut eis moris est priorum dicta excerpendi et suis opusculis inserendi[y], scriptis ipsius utitur aut horum[z] cuiuspiam[a] reminiscitur. Denique vir magnus et apostolicae vitae praeceptor Constantinus[b] philosophus[c] [6], qui Romam sub venerabilis memoriae Adriano[d] iuniori papa veniens sancti Clementis corpus sedi[e] suae[f] restituit[7] quique totum codicem saepe[g] memorati et memorandi patris memoriae commendaverat[h] et, quantum utilitatis medulla eius habeat[i], auditoribus commendabat, solitus erat dicere, quia, si sanctos, videlicet priores institutores nostros, qui hereticos quosque vix et quodammodo cum[k] fuste[l] decollaverunt[k], Dionisium contigisset habere, cum acuto illos[m] procul dubio gladio trucidassent, innuens profecto haec[n] dicens, quia, quorum os laboriosius et forte tardius[o] obstruxerunt, facilius et acutius sive velocius — 'oxy' quippe et acutum signat et velox — obmutescere[p] coegissent. At vero post praelatorum sanctorum sedis apostolicae praesulum memoriam tam sanctae septima[q] et octava sinodus, quam Latini et Greci doctores non solum, quia[r] venerabilis hic pater scripserit, innuunt, sed et testimonia ex scriptis eius frequenter assumunt, ut scilicet

cf. Act. 17, 34.

a) u *corr. ex* o *Ph.* b) t *in ras. F.*; ortodoxorum *O;* hortodoxorum *L;* ortodorum *P.* c) tradictio *B, Ph.* d) prodit tradictio *B 1.* e) *corr. ex* Martinum *Ph;* Martinum *P.* f) hec *C.* g) et — admiserint *ead. m. in marg. inf. add. F.* h) probalia *F.* i) vero, *add. in marg.* scilicet *B;* vero scilicet *B 1.* k) omelia *O, O 1.* l) de decem *O, O 1;* decem *corr. ex* de centum *C.* m) dramis *L.* n) synodo *(sic semper) F, O, L.* o) suo *B, B 1.* p) peribentium *B, Ph.* q) h *corr. Ph.* r) *om. B 1.* s) peptus *O 1;* ab *add. et del. F.* t) gregeus *Ph, F.* u) Luchas *Ph, P.* v) Corinthiorum *F, O, O 1.* w) quo *F, O, P.* x) *corr. ex* tractorum *Ph.* y) miserendi *O 1.* z) audorum *B, B 1;* audorum, h *superscr. Ph.* a) *2 litterae erasae,* uspiam *O;* uspiam *O 1.* b) Constatinus *Ph;* Costantinus *C.* c) phylosophus *Ph.* d) *corr. F.* e) sedis *Ph;* sedi *corr. ex* sedis *B 1.* f) suę sedi *C.* g) sęppę *Ph.* h) comendauerat *(sic et infra l. 21) Ph.* i) habebat *O, P, O 1.* k) decollauerunt cum fuste *L.* l) fusto *corr. ex* festo *O;* fusto *O 1.* m) illo *O, O1.* n) et *O, L, O 1.* o) t/ardius *(1 littera erasa) Ph.* p) ommutiscere *Ph, P;* obmittescere *O.* q) septimana *O 1.* r) q// *B;* q; *B 1.*

1) *Homilia in evangelia II, 34 cap. 12, ed. Migne Patr. lat. LXXVI, 1254.* 2) *A. 649, Secretarius V, ed. Mansi Conc. coll. X, 1099.* 3) *Reg. Jaffé 2109, ed. Migne Patr. lat. LXXXVII, 1191 D.* 4) *Ex. gr. De coelesti hierarchia VII, 4; XV, 6, ed. Migne Patr. gr. III, 212 B, 336 A et saepius.* 5) *Cf. Eusebius Hist. eccl. III, 4; IV, 23, ed. E. Schwartz p. 194, 374. Eosdem inter alios testes commemorat Iohannes Scotus l. l. p. 159 l. 12 sq.* 6) *Cf. supra p. 407 ann. 2.* 7) *Cf. infra n. 15.*

sensus suos et dicta tanti[a] viri reddant auctoritatis pondere gravida et cunctis mortalibus approbanda pariter[b] et consectanda. Deus omnipotens gloriam tuam a[c] terreno ad caeleste transferat regnum quandoque[d].

Data[e] decimo kal. Aprilis[f] indictione[g] octava[e].

14.

Anastasius bibliothecarius Karolo (Calvo) excerpta quaedam ex Mystica historia Maximi Confessoris et librum qui fertur Germani patriarchae de Mystagogia in linguam versa Latinam mittit. *(875 Mart.—Decemb.)*

Codd.: Cambrai 803 (711) (s. IX/X.) f. 2 (= C), nonnulla recentiore manu (s. X/XI.) addita sunt (= C¹), cont. R. Salomon; Paris lat. 18 556 (s. X.) f. 38, descr. K. Hampe (= P). — De codicibus cf. Pétridès in 'Revue de l'orient chrétien' X (1905), 290 sq.

Edd.: Pitra Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta II (1868), 287 (ex C); Pétridès l. l. X, 296 (ex C et P).

DOMINO GLORIOSISSIMO ET MAGNO PRINCIPI KAROLO[a] ANASTASIUS EXIGUUS.

Nil gratius, nil prorsus acceptius offerri cuiquam dinoscitur quam id, quod ipse gratum habere cernitur et acceptum, cui offertur. Unde quia tu, dictator optime, prae omnibus et super omnia sapientiam dilexisti, licet venerint tibi omnia pariter cum illa, nil inerti et imperito mihi famulo vestro[b] satius pietati vestrae[c] offerendum occurrit quam id, quod pertinere ad sapientiam comprobatur. Quid autem magis divinae sapientiae proximum quam mysteriorum nosse virtutem, quibus ad fidem imbuimur et ad pietatem[d] sedulis exercitiis erudimur? Ecce enim cotidie, ut pauca intentos reddendi causa fidelium animos[e] dicam, ecclesiarum parietes intuemur, panem et vinum offerri Deo super altare conspicimus[f], sacras lectiones et cetera divina in eis eloquia recenseri et audiri non ignoramus. Sed quid haec innuant, vel quid intus utilitatis habeant, aut quod[g] haec arcana vel mystica sint, nec advertimus nec saltem[h] sciendi gratia studiose rimamur. De quibus omnibus quia sanctum Maximum[1] Graece scripsisse Theocharisto[i] [2] cuidam repperi[k], de ipsius opimis sacrisque verbis excerpere quaedam et, sicut ea quoque Graece iam excerpta inveni, Latino sermoni tradere duxi[3]. Verum, sicut ipse confessor et martyr Christi testatur, haec partim, sicut magno cuidam seni, quem miris sapientiae sanctitatisque attollit praeconiis, fuerant mystice per contemplationem visa, descripsit[4]. Sane memorandum censeo, quid idem beatus Maximus de sancto Dionysio[l] dilecto et dilectore vestro[m] in huius operis praefatione perhibeat. Ait enim[5]: 'Sed quoniam a sanctissimo et revera deiloquo[n] Dionysio[l] Ariopagita in

a) tanta *B, Ph, B 1.* b) *om. O, O 1.* c) ad *B;* a *corr. ex* ad *B 1.* d) quandoque transferat regnum *F.* Explicit *add. codd. exceptis L, C.* e) Data — octava *om. B, C.* f) aprelis *P.* g) inditione *Ph, P.*

14. a) Karulo *C.* b) tuo *corr. ex* vestro *C¹.* c) tue *corr. ex* vestre *C¹.* d) appietatem *C.* e) animas *P.* f) conspicimur *C.* g) quid *corr. ex* quod *C¹.* h) *corr. ex* psaltem *P.* i) Theocaristo *P.* k) repperimus *corr. ex* repperi *C¹.* l) -ysi- *in ras. C;* Dionisio *P.* m) tuo *corr. ex* vestro *C¹.* n) deiloco *P.*

